cum hominibus ejusdem castellanie. Illud autem sciendum est, quod si comes vocatus fuerit alicujus forisfacti occasione in eisdem villis perpetrati, ecclesia duas ejusdem justicie partes, comes vero terciam habebit; quod si vocatus non fuerit pro justicie exhibitione, nullum prorsus habebit accessum. Statutum est etiam, quod prior de Chaniaco ad reficiendum et sustinendum domum suam in nemore de Hois, cum necesse fuerit, accipiet marimenta, et ad usum ignis quantum necesse fuerit, exceptis querceu et fago; et hujusmodi nemus, in equis et asinis super dorsa solummodo adducetur; marimenta autem quibuscumque modis voluerint monachi adducent. Forestarii vero hujus nemoris ecclesie fidelitatem exhibebunt, et forisfactorum medietatem ecclesie dabunt; alteram vero comiti. Nemus istud monachi vel comes dare vel vendere non poterunt. Quercetum autem de Givereio, ecclesie B. Remigii modis omnibus relictum est, pro sua possidendum et habendum voluntate. Supradictis etiam additum fuit, quod comes ullum de hominibus B. Remigii qui sit in advocatione sua, in suam non potest recipere commendationem; homines autem comitis qui in villis B. Remigii manebunt, quicquid comes agat adversus eos, ipsi tamen procurationem et alios redditus ecclesie S. Remigii debitos omnino solvere tenebuntur. Nemora vero de Bairon, sicut divisa et determinata fuerunt, sunt B. Remigii quita, ita quod nullus in eisdem nemoribus custodes vel forestarios apponere tenetur, nisi abbas vel monachus vice ejus; et ita sunt ecclesie, quod abbas de eisdem nemoribus dare vel vendere potest, et hominibus de potestate illa de nemoribus illis dare potest et debet ad novalia facienda, et ad fodiendum; et de eisdem nemoribus comes est advocatus: itaque si aliquis de eisdem nemoribus ecclesie faceret injuriam, nullum alium posset ecclesia pro advocato adducere, aut pro justicie exhibitione; et tunc cum vocatus fuerit terciam partem emendationis habebit, ecclesia vero duas partes; et comiti, vel eis qui illuc ex mandato ejus venerint, camerarius die illa procurationem exhibebit. Nemora etiam de potestate Vici S. Remigii sicut determinata sunt, propria sunt S. Remigii, et debet in eis ecclesia forestarios ponere. In nemore autem quod est inter Salciam et Vicum S. Remigii, homines regitestenses, et de Tammion, (*sic*) et de Aceio, habent bateitium suum; et si de aliis villis ibi venerint,

ecclesia ab eis forisfactum accipiet aut servagium. Alia autem nemora de potestate illa, propria sunt ecclesie ad ponendum in eis forestarios, et potest ea dare, vel vendere; potest etiam et debet de eisdem nemoribus dare hominibus ejusdem potestatis ad facienda novalia, et fodiendum, etiam nemus illud in quo predicti homines bateicium habent supra nominatum; pars autem nemorum illorum que data sunt francis villis, alias assignari non poterunt, sed eis sicut divisa sunt remanebunt. Nemus autem quod est juxta Terron et Poiz, S. Remigii est, sicut illa de potestate de Bairon. Et sciendum est quod homines B. Remigii Suppiam transeuntes, et extra villas ejus manentes, comes ab ecclesia in feodum tenet; qui si in villis B. Remigii manendi causa redierunt, comes in eisdem hominibus nichil amplius habebit quam in aliis hominibus ibidem manentibus. Hec omnia igitur supradicta quemadmodum presens autenticum protestatur, comiti registestensi et heredibus suis in perpetuum concessa sunt ab ecclesia B. Remigii in feodum et hominium possidenda, ita quod exceptis supradictis consuetudinibus in hominibus predictarum villarum, nullam aliam facere tenetur exactionem; et carte istius continentiam tam ipse, quam heredes ejus, sicut sibi in comitatu succedent, inviolabiliter se servaturos jurabunt; et quicumque comitatum regitestensem obtinebit, hanc advocationem integraliter habebit, nec in eadem alius esse poterit advocatus. Hoc autem totum factum est de communi assensu Petri abbatis et totius capituli B. Remigii, quod ut firmum obtineat in perpetuum vigoris munimentum, ego Hugo predictus regitestensis comes, uxore mea Felicitate, et Hugone filio meo laudantibus, et assensum prebentibus, cartam istam conscribi feci, et sigillo meo signavi, et ejus continentiam, interposito juramento, me fide bona observaturum juravi. Actum anno Verbi incarnati millesimo ducentesimo secundo, tertio kalend. aprilis.

XIX.

Mai 1203. CARTA domini Rogeri de Roseto, de aisantiis mansionariorum de Fraillicort.

Cart. G du chap., fol. 54, verso.

Ego Rogerus permissione Dei Roseti dominus, notum facio uni-

Digitized by Google

versis presentibus et futuris, quod cum hominibus de Frailicort damna plurima intulissem, tandem rediens ad meipsum, et volens eis satisfacere super hoc, in recompensationem damnorum que eis intuleram, concessi in perpetuum universis mansionariis de Frailicort presentibus et futuris, aisantias in tota terra mea, sicut habent eas homines de villis meis; et si forte pecudes eorum ad aliquod forisfactum capte fuerint, damnum quidem restituetur arbitrio boni viri, et pro forisfacto pecudum, quotquot fuerint sub uno custode, nullus ab eis exigere poterit amplius quam denarium unum laudunensis monete. Concessi etiam eis, quod majores et scabini ejusdem ville mensuram vini et annone et terrarum facient ad mensuram Roseti, quas mensuras dicti majores penes se fideliter reservabunt, et secundum eas unusquisque hominum de Frailicort suam propriam tam vini quam annone poterit habere mensuram, ad quam vendetur vel emetur, nec super hoc eos potero in causam trahere, dummodo mensure ille juste fuerint; et si forte mensure ille minus juste fuerint invente, pro forisfacto illo nichil aliud poterit exigi quam xx[i] solidi et sex denarii remensis monete, qui mihi et ecclesie equaliter dividentur; sed si forte mensura illa que apud Rosetum equata fuerit rosetensi mensure minus justa inventa fuerit, custodes mensure illius nullo forisfacto tenebuntur, sed tantummodo jurare tenebuntur quod mensure ille nec per se, nec per alios, ipsis scientibus, minus juste facte sint; et tunc nove reficientur predicto modo. Insuper predictis hominibus non poterimus interdicere quin annonam suam, et quascumque alias res suas ducant, vel duci faciant, ubicumque voluerint extra terram de Roseto, si hoc utilitati sue viderint expedire. Concessi etiam eis omnium rerum suarum quas per terram meam duxerint, vel duci fecerint, ab omni winagio immunitatem; quibus, fide data tantummodo, credendum erit quod res sint hominum de Frailicort. Licebit etiam predictis hominibus de Frailicort libere et sine contradictione aliqua, extra territorium de Frailicort, ubicumque voluerint et potuerint, terras excolere, et cultarum fructus colligere; dummodo hoc faciant de licentia et voluntate illorum qui terrarum illarum fuerint possessores; et hoc ego, vel aliquis ex parte mea, contradicere non poterimus vel denegare.

Hec omnia firmiter et in perpetuum bona fide tenenda, ego et uxor mea super sancta juravimus, et ab universis heredibus meis, et hominibus feodatis et ligiis terre mee, inviolabiliter et in perpetuum observanda statuimus, et ea sigilli nostri appensione et presentis scripti testimonio roboravimus. Actum anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo tercio, mense maio.

XX.

Ann. 1204. EPISTOLA capituli remensis ad abbatem clarevallensem, electum in remensem archiepiscopum, ut electionem gratam habere dignetur [1].

Baluz., Miscell., II, 245, ex ms. Colbert.

XXI.

6 juillet 1204. EPISTOLA Innocentii papæ III ad capitulum remense, qua ei præcipit ut Guidoni episcopo prænestino, quem ipse remensi ecclesiæ in rectorem providit, debitam obedientiam et reverentiam impendat, si dictus episcopus assenserit [2].

Gall. christ., X, Instr, col. 54. — Bulæus, Hist. Univ. paris., III, 27 ex orig. Vatic. — Duchesne, Hist. des Card. franç., II, pr., p. 145, ex eod. orig.

XXII.

Ann. 1204. NOTICIA de depositione Hugonis abbatis S. Remigii, et de institutione Milonis de Bazoches ab archiepiscopo remensi.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. VI. Cocquault, fragm. ex Cartul. archiep.

Tempore reverendi patris Guidonis dicti Albi Monachi, quondam

[1] Il faut lire, dans Baluze, outre cette lettre, celle de l'abbé de Clairvaux qui refuse l'archevêché de Reims, une seconde du chapitre qui insiste pour le lui faire accepter; et une dernière de l'abbé de Clairvaux, qui persiste dans son refus et en allègue les motifs suivants : « Qui monachus in urbe, vel qui debet agere solitarius inter plebeias catervas, diceretur quidem a multis : Non dimisit seculum ut transitoria fugeret et caduca..... et qui consueverat legumina sumere cum actionibus gratiarum, nunc mella fastidit et cibaria delicata, super palafredum rotans undique phaleratum, inebriando se vino in quo est luxuria, loco aquæ simplicis quam sumi prædicat regula monachalis. Nec tenet similitudo de beatissimis Nicolao et Martino propositis : quia tunc non habebant castella et arces ecclesiæ cathedrales, nec incedebant pontifices loricati. Sed nunc propter superabundantiam temporalium rerum flamma, ferro, cæde, possessiones ecclesiarum prælati defendunt, quas deberent pauperibus erogare..... »

[2] Voir Marl., II, 459.

remensis archiepiscopi, accidit quod auctoritate sua propria, et occasione discordiæ motæ tunc temporis inter monachos claustrales monasterii S. Remigii remensis ex una parte, et Hugonem tunc temporis abbatem monasterii ejusdem ex altera, tempore dictæ discordiæ apposuit idem archiepiscopus, tamquam dominus temporalis et guardianus, custodes seu gardias suas in monasterio prædicto, et post resignationem ipsius Hugonis, dominum Milonem dictum de Basoches eodem tempore abbatem monasterii S. Martini turonensis, in monasterio S. Remigii prædicto præfecit seu instituit in abbatem; quo Hugone amoto, et dicto Guidone præfecto, custodes seu guardias prædictas amovit absque ulla cohertione.....

XXIII.

PRIVILEGIUM Innocentii pape III, de alienationibus revocandis [monasterio S. Remigii concessum]. 21 mars 1205.

Archiv. de Saint-Remi, renseig., liasse 1. — Cart. C de Saint-Remi, fol. 5, n° XXII. — Cart. A de Saint-Remi, fol. 69.

Innocentius..... venerabili fratri G. remensi archiepiscopo, S. romane ecclesie cardinali, salutem et apostolicam benedictionem. Sollicitudini pastoris incumbit, ut taliter provideat juri suo quod ipsum per alios non detineatur injuste, ne ibi sit negligens ubi sedulus esse debet, cum incrementum sedulitas, et negligentia detrimentum importet. Ea propter venerabilis in Christo frater, auctoritate presentium indulgemus, ut altaria, decimas, redditus, jurisditiones et alia que bone memorie W. predecessor tuus, sue et successorum suorum dominationi ac potestati subtraxit, ea ecclesiis et monasteriis in perpetuum, et quibusdam personis tam ecclesiasticis quam secularibus, illicite concedendo, tibi liceat, nullius contradictione vel appelatione obstante, ad potestatem et manum tuam canonice revocare. Nulli ergo.... Datum Rome, apud S. Petrum, XII° kalend. aprilis, pontificatus nostri anno VIII°.

XXIV.

BULLA Innocentii pape III ad Guidonem remensem archiepiscopum, qua remensem ecclesiam sub sua protectione susci- 15 mai 1205.

pit; ac omnia ejus bona et privilegia, quorum plurima nominatim exprimit, adepta vel adipiscenda, illibata permanere jubet.

Duchesne, Hist. des Card. franç., II, 147, ex chart. arch. rem. — Gall. christ., IX, 102. — Marl., II, 461, fragm.

XXV.

Ann 1205. CHARTA qua Guido remensis archiepiscopus quibusdam hominibus concedit terram inter vicum Molendinorum B. Remigii et vicum de Jardo, ad domos ibi edificandas, certis conditionibus [1].

Marl., II, 463. — Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, Jurid.

Guido Dei gratia Remorum archiepiscopus, S. ecclesie romane cardinalis, apostolice sedis legatus, omnibus ad quos iste littere pervenerint, in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod nos terram nostram que sita est inter vicum Molendinorum B. Remigii et vicum de Jardo, concessimus et dedimus absolute quibusdam hominibus ad edificandum domos ibidem; ita quod mansionarii ejusdem loci nobis, vel majori terre pro nobis, de singulis perticatis terre reddent solummodo octodecim denarios censuales annuatim in festo S. Martini : qui mansionarii proprio gaudebunt majore constituto per manum nostram, coram quo tractabitur de causis eorum et de forisfactis usque ad septem solidos et sex denarios. Erit autem major de habitantibus in eodem vico, si idoneus inventus fuerit; qui major fidelitatem nobis faciet de jure nostro [servando?], et eisdem mansionariis de justicia in causis exhibenda. Idem etiam mansionarii eandem, tam in edificiis construendis, quam in omnibus aliis, habebunt libertatem quam mansionarii de Cultura nostra noscuntur habere. Que ut rata permaneant et firma, nec aliqua valeant in posterum malignitate mutari, presentes litteras in testimonium et confirmationem scribi fecimus et sigillo nostro muniri. Datum an. M°. CC°. V°.

[1] « Cette [terre connue sous le nom de] « mairie de Venisse comprend l'espace de- « puis la rue des Moulins jusqu'à la rue du « Jard, où est aujourd'hui le couvent des « Longeaux, au milieu de laquelle mairie « étoit la rue de Venisse, qui lui donnoit son « nom. » (Lacourt, Marl. ann., II, *not. in front.*, fol. 48.)

XXVI.

CHARTA qua capitulum remense canonicis S. Nutricis ecclesiam S. Nutricis concedit, secundum libertatem et consuetudinem ecclesiæ remensis possidendam. Ann. 1205

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III.

M. præpositus, B. decanus, C. cantor, cæterique remensis ecclesiæ fratres, omnibus.... Noverint tam futuri quam præsentes, quod nos, de concilio et assensu totius capituli nostri, canonicis S. Nutricis ecclesiam suam concessimus, secundum libertatem et consuetudinem ecclesiæ nostræ remensis, in perpetuum pacifice et quiete possidendam. Cum in eadem ecclesia tantummodo tredecim inveniantur numero canonici, scilicet magister Ohardus, Robertus, Bovelinus, magister Godinus, Radulfus, Pontchardus, Theodoricus, Robertus, Laurentius, Hugo, Ansellus, Odo et Johannes [1], suarum de assensu nostro, sine omni contradictione, octo inter eos nobis præsentandos eligere et instituere canonicos, qui omnes redigendi erunt ad duodenarium numerum, ultra quem in aliquo canonico instituendo, nisi de licentia nostra, procedere non poterunt. Præterea quicumque prænominatorum tredecim canonicorum obierit, præbenda ejus cedet in augmentum præbendarum reliquorum duodecim remanentium, quarum donatio de cætero ad capitulum nostrum pertinebit, præposito et decano facientibus investituram. Quod ut firmum..... Actum anno.... M° CC° V°.

XXVII.

CARTA domini Rogeri de Roseto super hoc quod non possit alienare partem suam de Frailicurte. Ann. 1205

Cart. G du chap., fol. 47.

Ego Rogerus dominus Roseti, omnibus ad quos littere iste pervenerint, salutem in Domino. Noverint tam presentes quam futuri, me et uxorem meam dilectis in Christo decano et canonicis B. Marie remensis fideliter concessisse, quod partem quam apud Frailicurtem

[1] Il y a évidemment ici une lacune dans la copie; nous n'avons pu retrouver l'original. Voyez le chapitre que Marlot, II, 414, a consacré à la collégiale de Sainte-Balzamie ou Sainte-Nourrice.

habeo, in nullam omnino transferre valeo personam; sed quandiu dominus ero Roseti, eam in manu mea tenebo, nec ipsam aliquo titulo alienare valebo. Insuper quicumque post me Roseti dominus erit, Rosetum et partem Frailicurtis inseparabiliter tenebit, nec eam modo aliquo alienare valebit; et de quibuslibet proventibus Frailicurtis nichil habebit, donec interposita juramenti religione, et litteris suis firmaverit, quod cartas et libertates ab antecessoribus suis hominibus de Frailicurte concessas, firmiter observabit, et quandiu Roseti dominus fuerit, partem suam de Frailicurte nullo modo, ut dictum est, alienabit. In hujus autem rei firmitatem, etc.... Actum anno incarnationis dominice M° CC° quinto.

XXVIII.

Ann. 1206. SOCIETAS inita inter capitulum remense et capitulum laudunense.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III.

A. laudunensis decanus, totumque capitulum, notum facimus universis, quod nos cum ecclesia remensi talem iniimus societatem. Si quis frater ecclesiæ remensis decesserit, ea ecclesia proprium ad ecclesiam laudunensem nuntium cum litteris suis destinabit, et fratris sui obitum nuntiabit. Nos vero tam cito, die tamen opportuna, in remedium animæ defuncti, vigiliam novem lectionum, animæ commendationem et solemnem pro defunctis missam celebrabimus; et quicumque de fratribus ecclesiæ vigiliæ interfuerit, sex nummos habebit, similiter et qui missæ. Idem officium celebrabit ecclesia remensis, et eodem modo in obitu fratrum nostrorum. Item singulis annis, semel in anno, die ad hoc competente et congruo, vigiliam novem lectionum, ecclesiæ commendationem, solemnem pro defunctis missam in remedium fratrum ecclesiæ remensis tam vivorum quam defunctorum celebrabimus; similiter et remensis ecclesia pro fratribus nostris. Item, si aliquis excommunicatus fuerit pro ecclesia remensi, sive pro singulis, sive pro universis, hoc nobis ab ecclesia remensi denunciato, nos etiam pro excommunicato habebimus, monitione tamen præmissa. Similiter ecclesia remensis excommunicatos ecclesiæ laudunensis habebit pro excommunicatis. Item si quis malefactor ecclesiæ remensis, vel alicui

Digitized by Google

de ecclesia, vel his qui pertinent ad eos, injuriam irrogaverit, et eadem ecclesia auxilium ab ecclesia laudunensi petierit, ipsa ei auxilium et consilium impendere tenebitur, ubicumque negotium illud ecclesia remensis prosequetur. Ad idem ecclesia remensis ecclesiæ laudunensi tenebitur, salva tamen summi pontificis et regis in omnibus authoritate, salva etiam fidelitate et reverencia archiepiscopo et episcopo a memoratis ecclesiis exhibenda. Si vero contigerit aliquem vel aliquos fratres remenses, necessitate cogente, ad ecclesiam laudunensem cum litteris sui capituli venire, ipsa eos tanquam suos recipiet : hoc idem faciet ecclesia remensis de fratribus ecclesiæ laudunensis. Si vero contigerit aliquem vel aliquos fratres remenses justa necessitate urgente, ad ecclesiam laudunensem cum litteris capituli venire, ipsa eos tanquam suos recipiet. Hoc idem faciet ecclesia remensis de fratribus ecclesiæ laudunensis. Quod ut ratum..... Actum anno..... mill. ducent. sexto [1].

XXIX.

CHARTA societatis inter S. Remigii et S. Nicasii ecclesias renovatæ et ampliatæ. Ann. 1206.

Marl., I, 650, fragm.

XXX.

PRIVILEGIUM domni Innocentii pape III, de concessione altarium de Driencort, et de Villari in Silva, et de Lupivia. 26 mar. 1207.

Cart. C de Saint-Remi, fol. 4, verso, n° xx.

[1] xix junii, in capitulo laudunensi, renovata fuit, anno 1395, societas juxta veteres litteras ante annos (*sic*) confectas, hoc articulo præcipue de his qui irent ad civitatem laudunensem ex ecclesia remensi, sub his verbis [adjecto?] : Si dictorum contingat fratrum ecclesiæ remensis aliquem, vel aliquos, simul vel separatim, ad civitatem laudunensem, quacumque de causa, accedere, singulis ipsorum fratrum mensibus singulis, una vice duntaxat, encenium de sex panibus albis capituli et uno sextario vini, prius tamen opportuna hora de ipsorum singulorum accessu habita notitia, ministrari faciemus; et si plures ejusdem societatis fuerint, quotquot erunt in eodem hospitio, sex panibus et duobus sextariis vini per nos enceniabuntur in communi. Cui vero separatum erit hospitale, etiam separatim enceniabitur..... Modo simili ecclesia remensis prædicta, singulis fratribus nostris ad civitatem remensem accedentibus, consimile encenium faciet ministrari (Bibl. Roy., *ibid.*). — Voyez une association semblable entre le chapitre de Laon et Saint-Remi de Reims, Marl., II, 606.

Innocentius..... decano, et majori archidiacono parisiensi, et O. scolastico majoris ecclesie coloniensis Parisius commoranti, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectis filiis D. remensi canonico, et N. monasterii S. Remigii procuratore, in nostra presentia constitutis, dilectum filium nostrum J., sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem, eis dedimus auditorem, in cujus presentia canonicus proposuit memoratus : Quod bone memorie G. remensis archiepiscopus, ad petitionem decani et capituli remensis ecclesie, auctoritate indulgentie ab apostolica sibi sede indulte, ut scilicet altaria, decimas, redditus, et alia que bone memorie W. predecessor ipsius monasteriis et quibusdam personis minus licite duxerat concedenda, ad manum et potestatem suam canonice revocaret, altaria de Lovois, de Driencurte, et de Villari in Silva, ad remensem ecclesiam de jure spectantia, que dictus W. predecessor ipsius, preter remensium canonicorum assensum, ecclesie S. Remigii pro sua voluntate contulerat, de prudentum virorum consilio revocavit; que cum idem G. archiepiscopus, dicto canonico ejusdem fidelitate ac devotione pensatis postmodum concessisset, supradicti monasterii monachi ad nostram audientiam appellantes, fructus ad altaria predicta spectantes contra justiciam occuparunt; unde canonicus supradictus donationem de ipsis altaribus sibi factam, auctoritate apostolica confirmari, et fructus medio tempore perceptos ex eis sibi restitui, postulavit. Procurator vero monasterii ex adverso respondit : Quod cum memoratus W. quondam remensis archiepiscopus eidem monasterio canonice contulerit altaria supradicta, et ipsa donatio postea fuerit auctoritate sedis apostolice confirmata, eadem altaria fere usque ad hec tempora monasterium ipsum sine alicujus contradictione possedit; propter quod procurator ipse sollicite postulabat, ut monasterium ab inpetitione canonici supradicti absolvere dignaremur. Nos igitur [causam istam?] vestro duximus examini committendam, per apostolica scripta mandantes, quatinus tam super premissis altaribus, quam super aliis altaribus et rebus aliis, de quibus inter ipsum D. ac monasterium questio agitari dinoscitur, inquiratis plenius veritatem; et quod canonicum fuerit, appellatione postposita, statuatis; facientes quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes

autem qui nominati fuerunt, si se gratia, odio vel timore traxerint, per eandem districtionem, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere, nullis litteris obstantibus preter assensum partium a sede apostolica impetratis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani VII kalend. aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

XXXI.

EPISTOLA Innocentii papæ III ad nivernensem et aurelianensem episcopos, et abbatem Casæ Dei, qua eis mandat ut inquirant an Albericus, in remensem archiepiscopum electus, sit irregularis, indiscretus et manumissus; quod si id sufficienter probatum fuerit, eum a regimine remensis ecclesiæ amoveant. 1er octobre 1207.

Epist. Innoc. III, tom. II, 75, fragm.

XXXII.

EPISTOLA Innocentii papæ III ad nivernensem et aurelianensem episcopos, et abbatem Casæ Dei, quibus mandat ut elapso tempore præfinito ad probandam remensis electi irregularitatem, pallium ei assignari faciant, cum sine pallio metropolitanus non possit plenitudinem pontificalis officii exercere. 1er octobre 1207.

Epist. Innoc. III, tom. II, 76.

XXXIII.

EPISTOLA Innocentii papæ III ad nivernensem et aurelianensem episcopos, et abbatem Casæ Dei, quibus mandat ut Petrum de Stampis, canonicum remensem, ab ejus præbenda spolient, et Theobaldum de Pertico archidiaconum, ab eligendi potestate suspendant, si remensis electi irregularitatem infra tempus præfinitum non probaverint. 6 octobre 1207.

Epist. Innoc. III, tom. II, 100.

XXXIV.

CARTA qua Albericus remensis archiepiscopus, et alii episcopi Octobre 1207.

Digitized by Google

plures, testantur canonicos remenses recognovisse, se ad regis subsidia præstanda teneri, sicut alia capitula Franciæ, quando submonitio fiet [1].

Marl., II, 466, fragm. — Gall. christ., X, Instr., col. 56, fragm. — Archiv. du Roy., reg. 31, capit. 3, pièce 5. — Archiv. du chap. de Reims, lay. 7, liass. 9, n° 1. — Cart. G du chap., fol. 65. — Livre Blanc du chap., fol. 119, verso.

Albericus remensis, Ph. belvacensis, Stephanus noviomensis, Gosuinus tornacensis, Willelmus nivernensis ecclesiarum Dei patientia ministri humiles, et Renaudus ejusdem miseratione laudunensis electus, universis ad quos littere presentes pervenerint, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod M. prepositus, B. decanus, H. cantor, M. de Lagerio et quidam alii canonici remenses, ex parte capituli, cum litteris patentibus *de rato* in nostra presentia constituti, super contentionibus que inter dominum nostrum Philippum illustrem Francorum regem, et capitulum remensem (*sic*) vertebantur, composuerunt in hunc modum : Dicti canonici pro toto capitulo recognoverunt eidem domino regi quod, quando submonitio fiet sicut solet

[1] C'est sans doute à cet acte que fait allusion Guillaume-le-Breton dans le passage suivant :

Tempore cujusdam guerræ, rex prodigus æris,
Cum res exigeret numerare stipendia multis,
Clerum remensem petiit, scriptoque rogavit,
Ut sibi subsidium fieret, quo gratior illi
Ad tantos vellet sumptus impendere gratis,
Ut solet Ecclesia patronos sæpe juvare.
Qui pro rege suo Regi suffragia summo
Fundere cum precibus, aiunt, se jure teneri,
Non solidos dare, vel censum, ne postea forte
Ecclesiæ pariant ex consuetudine damnum.
Postmodo cum bello fruerentur pace sepulto
Rex proceresque sui, res ardua protinus egit
Clerum remensem versa vice poscere regem.
Restellæ, Cocii, comites, dominusque Roseti,
Non attendentes regisve, Deive timorem,
Certatim Ecclesiæ patrimonia dilapidabant,
Damnosis populum clerumque premendo rapinis;
Gaudet, et hoc breve rex responsum reddit eisdem :
« Vos prece me sola nuper juvistis, eadem
« Lege relata nunc vice prælia vestra juvabo. »
Dixerat, et scripto comites rogat, ecclesiarum
Ut spoliis cleroque velint desistere damnis.
Acrius hoc illi perstant, gravioraque damna
Clero non cessant inferre, locisque sacratis;
Nec magnum reputant comites a rege rogari,
Qui minimo potuit illos compescere jussu.
Denique cognovit clerus, vexatio quippe
Rem docuit, quanto studio quantoque labore
Debeat Ecclesia sibi quærere regis amorem,
Summopereque ejus sibi procurare favorem,
Quo sine defendi nequeunt patrimonia Christi.
Mox regi suplicant et se peccasse fatentur,
Atque satisfaciunt plene super hoc, quod ab illis
Nil tulit auxilii contra sua bella petiti.
Protinus accingens se rex ad bella, cohortes
In comitum terris effundit; cogit et illos
Plurima damna pati, donec quæcumque tulissent
Ecclesiæ populis, vi compellente coacti,
Præcedente prius emenda, restituerunt.
(Guill. Brito, Philippidos lib. I, v. 768-806.)

Cette citation de *la Philippide* nous fournit l'occasion de rappeler que c'est à l'imitation de Galtherus, chanoine de Reims, auteur de l'*Alexandréide*, que Guillaume-le-Breton entreprit son poëme historique.

Digitized by Google

fieri in regno Francie, per christianitatem, pro defensione corone et regni, facere tenentur sicut alia capitula Francie et perfaciendo hoc, recognovit dominus rex, quod ipsi ab omni servitio liberi remanent in perpetuum; et tam dictus rex, quam dicti canonici pro capitulo, concesserunt quod quecumque sive littere, sive alia, facta antea fuerant occasione harum contentionum, utrinque de cetero contra hoc nichil valerent.

Actum apud Compendium, an. Domini M° CC° septimo, mense octobri.

XXXV.

Carta qua Philippus rex Francie recognovit custodiam castri Mosomii, vacante sede remensi, pertinere ad capitulum remense[1]. Ann. 1207.

Archiv. du chap., lay. 41, liass. 103, n° 1. — Archiv. du Roy. L, cart. 22, n° 109.

Philippus.... Noverint universi.... nos recognovisse custodiam castri Mosomii cum pertinentiis suis, vacante sede remensi, pertinere ad capitulum remense, et nos hoc idem volumus, et concedimus. Quod ut perpetuum robur optineat, sigilli nostri auctoritate, et regii nominis caractere inferius annotato, presentem paginam confirmamus. Actum Compendiis, anno.... M° CC° VII°, regni vero nostri anno vicesimo septimo, astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum Guidonis buticularii, Mathei camerarii, Droconis constabularii. Datum vacante cancellaria, per manum fratris Garini.

XXXVI.

Carta qua Guido S. Remigii abbas, notum facit quibus legibus et qua ratione, mansionariis de Burgo S. Remigii, ipse et monachi, assisiam talliarum concesserint. Janvier 1208.

Cart. B de Saint-Remi, p. 158.

Guido, Dei permissione S. Remigii remensis dictus abbas, totumque ejusdem ecclesie capitulum, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod cum mansionarii de burgo nostro, occasione talliarum que pro exercitu domini regis fiebant, sepe et multum variis injuriis et gravaminibus

[1] Voyez ce que dit, sur la ville de Mouson, Marl., II, 659.

Digitized by Google

vexarentur, timentes ne in posterum iidem mansionarii a nostro se dominio subtraherent, et immane incurreremus periculum et jacturam pariter, de consilio virorum prudentum, talem predictis mansionariis assisiam concessimus, quod pro jamdicta tallia quam pro regis exercitu solvere solebant, unusquisque focus singulis annis, in die festi S. Remigii in vindemiis, nobis duodecim denarios persolvet. De procuratione etiam que regi debetur semel in anno, si Remis venerit, ipsos liberos esse concessimus; ita tamen quod pro eadem procuratione, quisque focus nobis tantum reddet, quantum et de assisia nobis solvere tenetur, et eandem pecuniam pro predicta procuratione debitam, die tertia postquam super predicta procuratione a nobis regi fuerit satisfactum, sine dilatione aliqua solvere tenebuntur. Sciendum est autem quod ullus infra bannum nostrum manens, liber erit ab assisia pretaxata. Nos vero de predicta tallia pro exercitu regis debita, et de procuratione memorata [tan] tummodo, adversus dominum archiepiscopum remensem et dominum regem, eisdem portare tenemur garandiam. Quod ut ratum et inconcussum permaneat, presentes litteras conscribi, et sigillorum nostrorum fecimus appensione roborari. Actum anno Verbi incarnati M° CC° VII°, mense januario [1].

XXXVII.

29 février 1208.

PRIVILEGIUM Innocentii pape III, quod procuratio prelatorum non transcendat valorem IIII marcarum.

Archiv. de Saint-Remi, renseign. liass. 1. — Cart. A de Saint-Remi, p. 45.

[1] L'archevêque Albéric a donné de cette charte une confirmation qu'a publiée Marlot et que nous indiquerons à la date de 1209. Vers cette même époque le pape et le roi l'ont également confirmée, nous publierons la bulle confirmative; quant au diplôme, voici le seul passage que nous ayons cru devoir en reproduire: « Philippus.... Pro nostra procuratione que semel in anno a monachis nobis debetur si Remis venimus, unusquisque focus tantum eisdem monachis reddet, die tercia postquam de nostra procuratione nobis satisfacerint, quantum de assisia supradicta eisdem monachis reddere tenetur; et ipsi monachi servitium nostrum reddent, et servitium archiepiscopi remensis. Si vero monasterium Sancti Remigii servitium nostrum et servitium archiepiscopi solvere non potuerit, tam nos, quam archiepiscopus, pro servitio quod nobis debetur, ad burgum et ad villas que sunt de assisia recursum sine contradictione habebimus..... Actum Parisius, anno.... M° CC° IX°, regni vero nostri anno XXX° primo; astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. S. Guidonis buticularii. S. Bartholomei camerarii. S. Droconis constabularii. Data vacante cancellaria. » (Cart. C de Saint-Remi, fol. 11.)

Innocentius..... ad memoriam et observantiam perpetuam. Contra gravamina que, in procurationibus ratione visitationis debitis, inferebantur subditis a prelatis, providerant salubriter canonica instituta circa evectionum et personarum multitudinem, epularumque immoderantiam, aliasque superfluitates, statuendo modestiam debitam observari, ut, nec in exigendo nimium prelati excederent, nec in exhibendo superflue subditi gravarentur, fieretque visitatio ad salutem animique letitiam, et non ad afflictionem et tedium subjectorum. Verum quia nonnulle adhuc de hujusmodi procurationibus querimonie audiuntur, nos volentes pastorali sollicitudine providere taliter in hac parte quod tollatur omnino gravandi occasio, et cesset prorsus materia murmurandi, apostolica auctoritate statuimus, ut archiepiscopis, episcopis, archidiaconis, aliisque prelatis personaliter visitantibus, ab ecclesiis et locis visitatis exhibeantur procurationes in victualibus et aliis necessariis moderate; ita quod hec secundum communem rerum extimationem singulorum locorum, vel sumptus qui pro hiis fient, summam seu valentiam quatuor marcarum argenti in nulla procuratione transcendant; proviso tamen quod secundum majorem vel minorem evectionum et personarum numerum, pro majoritate vel minoritate prelatorum in concilio lateranensi [1] taxatum, fiant usque ad summam ipsam vel infra hujusmodi procurationum expense; sed in locis in quibus major fertilitas vel copia rerum habetur, et ubi minores sunt redditus, seu ecclesiastice facultates, minus, secundum ampliorem necessariorum ubertatem et parvitatem proventuum, in ipsis procurationibus expendatur. Si autem amplius in hujusmodi procurationibus fuerit expensum, prelati eas recipientes restituere in utilitatem ecclesiarum a quibus ipsas receperint, et illi qui eas exhibuerint erogare de suo proprio pauperibus dupplum ejus quod taliter ultra expensum extiterit, compellantur, alia nichilominus pena mulctandi si visum fuerit expedire; ceteris nichilominus que pro hujusmodi visitationibus et procurationibus generaliter statuta esse noscuntur, manentibus semper salvis. Nulli ergo.... Datum Laterani, II kalend. martii, pontificatus nostri anno undecimo.

[1] Voir troisième concile de Latran, tenu en 1179, can. IV. — Concil. Labb., X, 1510.

XXXVIII.

18 mars 1208. EPISTOLA Innocentii papæ III, de abbate S. Dionysii remensis super dilapidatione, perjurio, simonia, et quibusdam aliis infamato.

Cart. de Saint-Denis, p. 76.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis..... S. Mariæ in Cagia meldensis, et Vallis Secretæ suessionensis dioceseum abbatibus, et M. de Lagerio canonico remensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum J. et A. canonici S. Dionisii remensis ad nostras (*sic*) et præsentiam ex parte quorumdam canonicorum ejusdem ecclesiæ nostro apostolatui retulerunt quod (*sic*) abbas eorum super dilapidatione, perjurio, simonia et quibusdam aliis erat multipliciter infamatus, et cum super his et aliis, cum procuratore ipsius abbatis, apud sedem apostolicam diu litigassent, nos postmodum venerabili fratri nostro cathalaunensi episcopo, et dilectis filiis decano S. Quintini noviomensis diocesis, et magistro Simoni de Vallibus canonico laudunensi, dedimus in mandatis, ut ad ecclesiam ipsam pariter accedentes, tam in capite, quam in membris, appellatione postposita, corrigerent corrigenda, et statuerent quæ statuenda viderent. Coram quibus postea, tam abbate quam canonicis constitutis, idem abbas, ne judices contra juris ordinem in negotio ipso procederent, appellavit; cumque judices ab abbate pariter et canonicis de dicenda veritate super statu ecclesiæ requirerent juramentum, abbas per advocatum suum se asserens spoliatum, restitutionis beneficium postulavit ab eis. Inde judices, de voluntate partium, abbate ipso ad administrationem spiritualium restituto, discretis fidelibus viris curam temporalium commiserunt. Post hæc autem abbatis et canonicorum juramenta recipientes, quosdam eorum examinaverunt eodem die, ad examinandum alios diem alium statuendo, quem gratanter pars utraque recepit. Verum die statuto, abbate coram eis minime comparante, abbas S. Jacobi pruvinensis, avunculus ejus, se cum litteris *de rato* patentibus præsentavit, quo nequaquam contradicente, in examine ipso judices processerunt; et cum die sequenti parati essent sententiam promulgare, procurator jam dictus litteras abbatis exhibuit coram

eis, in quibus continebatur expresse quoniam appellationem quam prima die interposuerat, innovabat. Sed judices attendentes quod idem abbas appellationi prædictæ tacite renunciaverat juramentum præstando, et ipsorum judicium subeundo, maxime cum appellationis obstaculum nostris esset litteris interclusum, et de ipsius ecclesiæ lapsu irreparabili timeretur, habito prudentum virorum consilio, memoratum abbatem ab administratione ipsius ecclesiæ per sententiam removerunt, correctione membrorum dilata quam tunc non poterant expedire. A qua sententia tanquam iniqua, procurator prædictus ad nostram audientiam appellavit, pro eo quod interlocuti fuerant delegati prædictis ex causis ab appellatione fuisse recessum. Porro præfatus abbas et procurator canonicorum propter hoc nuper ad sedem apostolicam venientes, coram dilecto filio nostro J. S. Mariæ in Via Lata diacono cardinali, quem ipsis dedimus auditorem, idem abbas multa proposuit, per quæ dicebat ipsam sententiam merito reprobandam, tum quia litteræ illæ quarum autoritate judices processerunt, per suppressionem veritatis fuerant impetratæ, cum canonici per quos fuerant obtentæ de triplici excommunicationis sententia qua per eum, propter quod aleatores erant, et tabernas frequenter intrabant, et inobedientes existebant eidem, ligati fuerant, non fecerant mentionem, tum quia post appellationem ad nos interpositam in inquisitione ipsa, cum denunciationem caritativa commonitio minime præcessisset, [ad temporalia abbate?] nondum restituto, et lite non contestata, in ipso negocio processerant; tum etiam quia juramenta conspiratorum recipientes, judices contra ipsum, depositionibus minime coram partibus publicatis, nec ostensis eidem, ad sententiam procedere præsumpserant. Ad hæc altera pars respondit, quod prædicti canonici repelli minime potuerunt hujusmodi excommunicationis obtentu, cum etiamsi de illa excommunicatione constaret, idem abbas non solum per procuratorem suum qui cum ipsis litteras communes accepit, sed etiam per seipsum in divinis communicasset; sed nec appellatio supradicta potuit processum judicum impedire : nam cum abbas, ne contra juris ordinem judices procederent, appellasset, et judices secundum juris ordinem processissent in omnibus, evidenter apparet contra provocationem eandem nihil penitus attemptatum. Sed etsi denunciationem monitio non præcessisset,

est quod imputari possit abbati, si hoc neglexerit a principio allegare. Adjecit etiam pars prædicta, quod ad temporalia restitui non debuit idem abbas, licet esset [ad] spiritualia restitutus, cum de dilapidatione quæstio haberetur; qui potius in tali casu juxta rigorem juris, etsi fuisset in administrationis possessione repertus, potuisset tamquam suspectus non immerito amoveri. Præterea non opportuit ut coram illis judicibus fieret litis contestatio, cum per utriusque partis procuratores olim lis fuerit apud sedem apostolicam super eisdem articulis contestata, maxime cum non sit ea subtilitas in inquisitionibus attendenda ut litis contestatio necessario requiratur; et hoc unum contra præmissas citationes sufficere potuit, quod inquisitionis judicium sponte subiit, licet etiam juramenta conspiratorum constaret judices recepisse; irritari tamen ex hoc non deberet processus ipsorum, cum non constet ipsos, illorum dicta sequendo, sententiam protulisse, præsertim cum conjuratorum dicta recipi possent in hiis quæ abbatem nullatenus contingebant. Depositiones quoque testium nequiverunt coram partibus publicari, vel earum abbati copia fieri, cum ipse se per contumaciam absentasset, et procurator prædictus non ad defensionem causæ transmissus fuerit, sed ad provocationem tantummodo innovandam. Cum igitur hæc et alia quæ coram cardinali prædicto fuere proposita, idem nobis fideliter retulisset, quia de conspirationis articulo nobis non potuit fieri plena fides, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus inquisita plenius veritate, si vobis constiterit quod illi conspiratores fuerint quorum constat a judicibus juramenta recepta, et quod hoc ipsum abbas probare voluit coram eis, et quod eorum dicta judices secuti tantummodo, cum per alios sufficienter probata non essent, sententiam protulerunt, vos appellatione remota, irritantes processionem eorum in negotio ipso, juxta præscriptam formam in prioribus comprehensam litteris, procedatis. Si vero eos conspiratores fuisse nequiverit comprobari, vel licet de hoc constiterit, appareat tamen illos nihil super his deposuisse pro quibus idem fuit abbas amotus, vel etiam si aliqua deposuerunt super his, ea tamen per aliorum dicta fuerunt sufficienter ostensa, processum ipsorum judicum, sublato appellationis obstaculo, confirmatis. Quia licet adversus abbatem conspiratores non debuerint admitti, juramen-

tum tamen ipsorum de veritate dicenda super statu ipsius domus recipi potuerunt (*sic*), ut per ipsorum dicta super aliis fides posset haberi quæ abbatem minime contingebant, presertim cum tunc probatum non esset eos conspiratores fuisse. Volumus insuper et mandamus, ut supradictis judicibus ex parte nostra firmiter injungatis, et si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis eosdem, ut attestationes receptas ab ipsis quas penes se habent, absque diminutione, adjectione, seu mutatione aliqua, vobis non differant assignare, quarum copiam vos partibus facere procuretis; testes autem qui nominati fuerint, si se gratia, odio, vel timore substraxerunt, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis veritati testimonium perhibere; nullis litteris obstantibus, præter assensum partium a sede apostolica impetratis. Quod si non omnes super his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani, xv kal. aprilis, pontificatus nostri anno undecimo. *In plumbo :* Innocentius papa tertius.

XXXIX.

NOTITIA de satisfactione G. Bovis prepositi remensis archiepiscopi, qui ceperat servientem canonici remensis ecclesie [1]. 20 mars 1208.

Livre Rouge du chap., fol. 344, verso.

Decimo tercio kalend. aprilis, anno millesimo ducentesimo septimo, regnante rege Philippo, Gerardinus Bovis prepositus remensis, cum tribus suis servientibus, fecit processionem solempnem in ecclesia remensi; et ipse prepositus, et ejus servientes, fuerunt et iverunt ad totam processionem nudis capitibus et pedibus, in camisiis et bracchis, et in fine processionis fuerunt disciplinati a septimanario cum virga, pro eo quod ceperant servientem nostri concanonici [2].

XL.

PRIVILEGIUM Innocentii pape III de assisia civium Burgi S. Remigii. 2 juin 1208.

Cart. C de Saint-Remi, fol. 2. — Cart. A de Saint-Remi, p. 70.

[1] Voyez Marl., II, 465.

[2] « Hec reparacio reperitur in fine libri vocati *Psalmorum* librarie ecclesie remensis, littera siquidem antiquissima. » (*Note du livre Rouge.*)

Innocentius....., dilectis filiis civibus de Burgo S. Remigii remensis..... Gratum gerimus et acceptum, ac devotionem vestram plurimum in Domino commendamus, quod sicut est nostris auribus intimatum, constitutionem quandam que a vobis assisia vulgariter appellatur, provida pietate fecistis, ut de bonis vestris certam annualiter quantitatem monasterio B. Remigii conferatis. Nos igitur qui ex injuncto nobis apostolatus officio, pietatis tenemur opera fovere, constitutionem ipsam sicut provide facta est approbantes, universalitatem vestram monemus....., quatinus eam inviolabiliter observetis..... Abbati S. Germani de Pratis, decano et archidiacono Parisiensibus, dedimus in mandatis, ut si quis malitiose hoc impedire presumpserit, presumptionem eorum per censuram ecclesiasticam, sublato appellationis obstaculo, justitia mediante, compescant.

Datum Anagnie, IIII non. junii, pontificatus nostri anno XIe [1].

XLI.

3 juin 1208. EPISTOLA Innocentii papæ III ad nivernensem et aurelianensem episcopos, ac abbatem Casæ Dei, quibus mandat ut Petrum de Stampis canonicum remensem ab omni officio suspendant, ac Theobaldo de Pertico archidiacono interdicant contradicendi vocem in prælatorum electionibus, cum Alberici archiepiscopi remensis consecrationi temerario sese opposuerint; Raynerio autem papæ subdiacono injungant ut eidem archiepiscopo pallium de corpore B. Petri sumptum assignet.

Epist. Innoc. III, tom. II, 185.

XLII.

Octobre 1208. CARTA ecclesie remensis pro villa de Mauberti Fonte.

Cart. G du chap., fol. 40.

Milo prepositus, B. decanus, L. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in Domino salutem.

[1] Marlot a donné une partie de cette bulle, II, 467; son texte porte l'année XI du pontificat d'Innocent. — Une autre bulle datée du 25 janvier 1211, à peu près semblable à celle que nous publions, se trouve, cart. C de Saint-Remi, fol. 4, verso, et cart. A de Saint-Remi, p. 67.

Tam ad posterorum quam ad presentium noticiam volumus pervenire, quod nos concessimus mansionariis nostris de villa nova que dicitur Mauberti Fons, in terra Potestatum, libertatem, et ecclesie nostre defensionem, ita quod unusquisque mansionarius qui sibi caput erit, et de rebus propriis libere disponet, singulis annis in festo S. Martini nobis duos denarios pro theloneo persolvet, in Nativitate Domini sex denarios et gallinam, in festo S. Johannis Baptiste sex denarios. Donavimus etiam unicuique burgensi unam modiatam terre secundum mensurationem terre Potestatum, de qua, de duodecim galbis, due nobis persolventur pro decima et terragio. Si qua vero prata infra modiatas assignata inventa fuerint, eisdem hominibus ad rationabilem censum concedimus, ita tamen quod nobis decimam persolvent de eisdem; et si ea excoli aliquando ad bladum ferendum contigerit, decimam inde et terragium dicto modo habebimus. De questionibus vero emergentibus et forisfactis, ad usum et consuetudinem ecclesie nostre per scabinos judicabitur. Ad molendinum etiam nostrum molent mansionarii, secundum consuetudinem moliture molendinorum Potestatum. Si quis autem terram suam, domum, vel hereditatem aliquam magnam vel minimam vendiderit, venditor quatuor denarios persolvet, et emptor sex denarios; de quibus major habebit duos denarios et nos octo. Nullus tamen quicquam exinde vendere poterit, vel dare, vel modo aliquo transmutare, nisi mansionario ville. Forum concedimus eisdem in die sabbati. Aisancias quoque nemorum nostrorum et pascua nostra, sicut et ceteri homines villarum nostrarum de Potestatibus, communiter habebunt, exceptis nemoribus que eisdem hominibus tantum concessimus ad usum. Ad mensuram de Potestatibus que cursalis est apud Blonbais mensurabitur, et si contentio de mensura emerserit, per scabinos emendabitur. Terras vero eisdem hominibus concessas, nullus nisi burgensis ville nostre poterit possidere; de quibus a quocumque possideantur, quamvis ad alium locum prope sive longe diverterit ad manendum, decime et terragia dicto modo nobis integre nichilominus persolventur. Furnum vero pro voluntate sua burgenses construere poterunt et habere. Burgenses etiam dicte ville nobis tenentur facere fidelitatem, et tam nos, quam honorem nostrum, sicut alii homines de Potestatibus, defendere. Que ut perpetue

robur obtineant firmitatis, presentibus litteris inseri fecimus, et sigilli nostri appensione muniri. Actum anno gracie M° CC° VIII°, mense octobri.

XLIII.

Ann. 1208. PRIVILEGIUM H. comitis regitestensis de villa quam fecerunt ipse et abbas S. Remigii que appellatur Salvavilla; et de jure quod uterque habet in dicta villa.

Cart. C de Saint-Remi, fol. 33, verso, n° CCXI. — Cart. A de Saint-Remi, p. 490.

Notum sit universis qui litteras presentes inspexerint, quod ego Hugo regitestensis comes, et Guido S. Remigii remensis abbas, inter Bairum et Bironem, villam quandam faciemus que Salvavilla nuncupabitur, in qua ecclesia S. Remigii altare sibi retinet cum jure patronatus, et omnes decimas, et quatuor jorneria terre ob edificia sua facienda, et quandam partem nemoris ad usus suos : scilicet frasnetum quod vocatur Connais; quod si ad agriculturam vel ad prata devenerit, proventuum qui inde provenerint medietatem ego percipiam, et ecclesia alteram medietatem. In terragiis vero, justiciis, tonneio, camponibus, et omnibus aliis proventibus, quocunque modo provenerint, ego medietatem habebo, et ecclesia reliquum. Villici autem, furnarii, et molendinarii positio atque depositio, ad me spectabit, qui tamen tam ecclesie, quam mihi, et ville, fidelitatem exhibebunt, quocienscumque officiis suis fungi incipient. Predicte ville legem de Bellomonte habendam concessimus, ego, et predictus Guido abbas ecclesie supradicte; hiis tamen exceptis, quod nos ab unoquoque burgense duos campones habebimus annuatim, piscaturasque nostras in manu nostra retinuimus. Hujus ville villicus erit quem in ea commorantem atque burgensem esse constiterit. Si prefata villa fortuitu destruatur, quod absit, et nemus ibi renascatur, ego in fundo nichil reclamabo, sed ipsum quitum tenebit ecclesia quemadmodum et ante ville constitutionem, et quemadmodum in charta continetur quam a me habet ecclesia, que facta fuit vivente Petro abbate, anno gratie millesimo ducentesimo secundo, tercio kalend. aprilis. In hac villa homines seu burgenses Odonis Marescalli, seu Henrici de Sarceio non manebunt, nisi de mera dominorum suorum hoc fuerit voluntate. In hac etiam villa non ma-

« Depuis la création, par édit du mois d'octobre 1699, des charges de police dans les principales villes du royaume, et depuis la réunion de ces charges au bailliage de l'archevêché, par arrêt du conseil du 1er décembre 1699, obtenu sur requête par Charles-Maurice Le Tellier, sur le faux exposé, qu'à cause de sa duché-pairie relevant de sa majesté, il avoit, dans toute la ville et les fauxbourgs de Reims, tout droit et de juridiction et de police, comme dépendant de ladite duché-pairie, même dans les bans des autres seigneurs hauts-justiciers de Reims, il n'est plus resté aux échevins que le droit d'instituer les courtiers de vin, les brasseurs de foin, les langaieurs de porcs, les mesureurs de bois et de charbon, et les officiers nécessaires pour la visite et la vente du poisson de mer, ainsi que la police sur les courtiers de vin, sur la qualité de la marée, et enfin celle de la voirie dans toutte la ville et les fauxbourgs de Reims, tous lesquels droits sont toujours depuis restés unis à la justice du Buffet de l'échevinage.

« Les officiers du bailliage et siége présidial de Reims, dépouillés par cette union des charges de police au bailliage de l'archevêché, de tous les droits de police qui leur appartenoient, et qu'ils avoient droit d'exercer dans Reims, comme il paroît par un nombre infini d'actes de possession de leur part, édits, commissions et lettres patentes de nos rois, et d'arrêts du Parlement qui les y avoient maintenus, avoient tenté de faire

set sicut dominum monentes et requirentes, ut periculo quod inde posset evenire, quod monstrabitis ei, provideat sicut debet. Quod si requisitus facere noluerit, et hoc nobis ostenderitis, libenter consilium super hoc quale debemus, apponemus; sic autem in his et aliis vos habeatis fideliter erga dominum vestrum quod jus ipsius, vel dominium quod a nobis tenet, non diminuatur in aliquo, nec conqueri inde possit; et si in aliquo intercepistis, statim ei emendetis, ne manum apponere nos opporteat; in hoc enim non possemus ei deesse. Actum Parisius..... anno..... M° CC° XII°, mense januario.

LVI.

FORMA juramenti per scabinos remenses archiepiscopo prestiti [1]. Vers 1212.

Necrol. eccl. rem., fol. 19, ad calc.

Sub hac forma fecerunt scabini fidelitatem domino remensi : Juraverunt quod bona fide custodirent vitam, corpus, membra, honorem ejusdem domini remensis, et baillivorum ejus; et quod custodirent jura ejusdem domini remensis, et ville. Idem juramentum fecerunt homines alii, excepto ultimo articulo. Hiis interfuerunt Hugo Burgundus, Hugo de Sarcii (*sic*) archidiaconi; Petrus decanus; Bonefacius vicedominus; Clerembaudus, Fromundus, magister Adam, magister Radulfus de Burgo, Willermus Lombardus, Wido de Lageri, magister Prior, canonici remenses; Gerardus custos, Cochunus, Thomas de Roaco, Radulfus Castellanus, Colardus filius ejus; Ebalus Bos, Thomas Bos, Galterus Bos, Mainerus capellanus, Hanx (?), Petrus de Merfaus, Thomas de S. Remigio, Drogo, Herbertus de Versillis, Egidius Cochelez Vicinus, Henricus castellanus, Petrus Angeliers, Gilo Berselain.

réunir ces charges de police nouvellement créées audit bailliage roial; ils avoient même offert pour le rachat d'icelles une somme de 100,000 lb; mais monsieur Le Tellier les aiant obtenues par son crédit pour une somme modique de 30,000 lb, les officiers roiaux se sont contentés de faire, le 10 mars 1700, des protestations contre cette union, pour les faire valoir dans un tems plus heureux, ce qu'ils ont négligé après la mort de ce prélat, et depuis jusqu'à présent. »

(BIDET, *Memoires*, IV, 99.)

[1] Les noms des archidiacres, du doyen, du vidame, qui se trouvent dans cet acte, permettent de le rapporter à l'espace de temps compris entre l'an 1212 et l'an 1238. Il nous a semblé qu'il devait avoir quelque rapport avec les deux lettres de Philippe-Auguste.

LVII.

Juillet 1212. CARTA Alberici remensis archiepiscopi, quod servientes canonicorum proprii vel communes non possunt, vel suo, vel archidiaconorum examine, reconveniri.

Archiv. du chap., lay. 1, liass. 1, n° 3. — Cart. G du chap., fol. 52, verso. — Cart. E du chap., fol. 3, verso. — Cart. AB du chap., fol. 3.

Albericus, Dei gratia remensis archiepiscopus, universis ad quos littere iste pervenerint, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, nos jampridem indubitanter cognovisse, hanc esse consuetudinem remensis ecclesie : quod servientes canonicorum ejusdem proprios vel communes, excommunicare vel interdicere, vel alia qualibet censura ecclesiastica vel seculari coercere, auctoritate propria, non possumus, nos, vel archidiaconi, vel officiales nostri; nichilominus etiam frequenter audivisse, et assertionibus capituli fidem habere, quod predicti servientes sub nostro, vel archidiaconorum nostrorum examine, reconveniri non possunt; sed si reconveniantur, prius sunt super querelis suis audiendi, super articulo vero reconventionis, ad suum judicem remittendi. Preterea, sicut asserunt iidem canonici, et nos credimus, dicti servientes vel clerici canonicorum, pro litteris citatoriis, vel quibuslibet aliis quas a nobis, vel archidiaconis, vel officialibus nostris, super propriis negociis suis vel dominorum suorum impetrant, nummos vel precium aliud solvere non tenentur; sed gratis et absque contradictione qualibet sunt reddende. Quas omnes consuetudines et alias ejusdem ecclesie rationabiles approbamus, et ratas habemus, et nos observaturos promittimus bona fide. In cujus rei testimonium presentes litteras conscribi fecimus et sigillo nostro muniri. Actum anno gratie millesimo ducentesimo duodecimo, mense julio.

LVIII.

Janvier 1213. CARTA de salvamento comitis Regitestis apud Terron.

Cart. A de Saint-Remi, p. 490.

Notum sit universis tam futuris quam presentibus, quod ego Hugo regitestensis comes, ad rogatum Petri abbatis S. Remigii remensis, et

capituli sui, nec non et Warneri de Vendilio, villam eorum que Terruns appellatur, in meo suscepi salvamento. Eandem igitur villam et habitatores ejus, contra omnes homines, pro posse meo teneor salvare. Pro salvamento autem meo, ab unoquoque burgense ibidem manente, exceptis villico et duobus servientibus, singulis annis in perpetuum, in festo S. Remigii, unum sextarium avene ad mensuram de Machodio, et duas gallinas habebo; ita quod nichil amplius, preter dictum salvamentum, a dictis hominibus exigere potero. Si vero aliquando, aliqua discordia inter dictos homines et abbatem S. Remigii, vel prefatum Warnerum, emerserit, ego me inde non intromittam. Hoc etiam adjectum fuit, quod quicumque tenebit comitatum regitestensem, istud salvamentum habebit, nec illud aliqua occasione de manu sua poterit alienare. In hanc villam manendi causa non venient homines in villis S. Remigii manentes, nec homines mei, vel qui michi tenentur in procurationibus exhibendis, nec homines hominum meorum infra meum manentes comitatum. Hujus carte continentiam ego me observaturum juravi; similiter et heredes mei successive, sicut michi in comitatu succedent, jurare tenebuntur. Quod ut ratum..... Actum anno Verbi incarnati millesimo ducentesimo duodecimo, mense januario.

LIX.

Epistola Innocentii papæ III ad remensem archiepiscopum et suffraganeos ejus, de coercenda jurandi temeritate. 14 mars 1213.

Epist. Innoc. III, tom. II, 735. — Marl., II, 482.

LX.

Nomina archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, ducum, comitum, baronum, castellanorum, vavassorum, militum citatorum in bello inter dominum regem et regem Othonem, in quo præliatum est apud Bovinas [1]. 27 juillet 1214.

Laroque, du Ban et Arrière-Ban, pr., p. 2.

[1] « .....Cependant, Garin esleu de Senlis, « ayant soin de l'armée... fit choix des meil- « leurs soldats dans les communes de Cham- « pagne et de Picardie, qui seuls parurent « le plus dans ceste journée; celles des au- « tres provinces estant occupées contre les Al- « bigeois et dans l'Anjou. La cavalerie, levée « dans le Soissonnois, commença la bataille

LXI.

Septembre 1215.

CARTA quod A. remensis ecclesie archiepiscopus, Theobaldum comitem Campanie recepit in hominem de feodo quod tenet de se [1].

Bibl. Roy., mss. cart. de Champ., n° 5992.

Ego A., Dei gratia remensis archiepiscopus, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos, ad preces dilecte et fidelis nostre Blanche illustris comitisse Campanie, recepimus in hominem nostrum comitem Th. filium ejus, et ipsum investivimus de feodo quod de nobis tenere debet, sicut mater ejus de nobis tenebat, et sicut predecessores sui de nobis et de nostris predecessoribus tenuerunt, salvo dotalitio matris sue, et salvo ballio ejusdem, quod ipsa tenere debet, donec dictus comes compleverit XXI annum. Ipse autem comes in ea fidelitate quam nobis fecit, creantavit quod non exhibit de ballio matris sue, donec ipse compleverit XXI annum, et nos, ad preces ipsius comitis, concessimus comitisse matri sue, quod id ei ita teneri faciemus, et ipsam inde juvabimus bona fide. Actum Remis, in palacio nostro, anno gracie M° CC° X° IV°, mense sept. Datum per manum Hugonis cancellarii nostri.

« par ses escarmouches avec une telle vigueur « qu'elle mit les ennemis en désordre, et fut « en mesme temps soustenue par les Champenois rengés à la droite, entre lesquels se « signala un vaillant homme nommé Pierre de « Reims [*], qui prit, avec ceux de sa compagnie, Galterus de Guistella et Buridan. Ce « furent les Champenois qui prirent Ferrand. » (Marl., Hist. Franc., liv. VIII, ch. 42.) Voyez Guill. armor., *Rec. des Hist. de Fr*, XVII, 96 et 106. Il serait bon aussi de consulter toutes les listes données par Laroque dans son *Traité du Ban et Arrière-Ban*.

[1] Nous n'avons pu rapporter tous les actes de foi et hommage rendus à l'archevêque de Reims par ses nombreux feudataires; nous nous sommes arrêté aux actes émanés des comtes de Champagne les plus puissants d'entre eux, et parmi ces actes nous n'avons recueilli que ceux du commencement et de la fin du XIIIe siècle : du commencement, parce que ce sont les plus anciens qui nous restent; de la fin, parce qu'alors le comté de Champagne était entre les mains de la royauté.

[*] « Cette famille est célèbre en notre ville. Il se « voit en mesme temps un archidiacre, un abbé de « Saint-Nicaise, et depuis un maistre d'hostel de « Charles V nommé Jean de Reims, lequel est inhumé dans la chapelle du cloistre de cette abbaye « [de Saint-Nicaise?]. Et Joinville fait mention d'un « Beaudoin de Reims qui fut à la Terre-Sainte avec « Saint-Louis. » (Marl., *ibid.*) La dernière héritière de cette illustre famille, après s'être alliée à la famille Champagne, est morte sans enfants. Ses biens ont passé, en 1335, dans les familles Gillotin, Baron, Champagne-Barré, Salle-Assy-Champagne, et Champagne-Varin.

LXII.

PRIVILEGIUM Frederici regis Romanorum, de castro de Litebert destruendo. 22 novembre 1214.

Cart. C de Saint-Remi, fol. 19, verso, n° IIII^XX III.

Fridericus secundus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus, et rex Sicilie, omnibus presentem cedulam intuentibus, audire et credere quod testantur (*sic*). Harum insinuatione litterarum, vobis certum facimus et manifestum, quod cum in sollempni curia basiliensi judicio sederemus, coram nobis fuit judicatum manifeste, omnibus qui in judicio fuerant constituti consentientibus, quod nos autoritate regia castrum Liehtinberch, quod comes de Veldenzen in allodio S. Remigii remensis, abbate illius loci et fratribus universis ibidem degentibus reclamantibus et conquerentibus, violenter et injuste construxit, juste destruere debeamus. Hujus rei testes sunt, Theodoricus Trevirorum archiepiscopus, Amadeus Bisuntinus archiepiscopus, Berardus Pannormitanus archiepiscopus, Conradus mettensis et spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius; Henricus argentinensis episcopus, Otto dux Meranie, Anselmus de Justingens, Walterus imperialis aule pincerna, et alii quamplures. Acta sunt anno millesimo ducentesimo quarto decimo, decimo kalend. decembris.

LXIII.

CARTA compositionis inter capitulum remense et thesaurarium, super oblationibus, elemosinis, capitagiis que solent in ecclesia offerri, et super custodiis tam clericalibus quam laicalibus a thesaurario deinceps conferendis[1]. Septembre 1215.

Archiv. du chap., lay. 23, liass. 35, n° 1. — Cart. G du chap., fol. 62.

Albericus, Dei gratia remensis archiepiscopus, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in Domino salutem. Noverint universi quod

[1] Les trésoriers, en nommant les coutres et chapuciers de la cathédrale, créaient, dans la cité, une classe de privilégiés qui échappaient à toutes les charges publiques et ne ressortissaient plus guère que du dignitaire sous la surveillance duquel ils exerçaient leurs fonctions. Nous verrons plus tard, dans le courant du XVe siècle, une indication détaillée des avantages dont jouissaient les coutres de la cathédrale et ceux de l'abbaye de Saint-Remi.

Outre leur juridiction sur les coutres,

contentio que inter dilectos filios capitulum et A. thesaurarium remensis ecclesie, super oblationibus et rebus aliis, vertebatur, de assensu

les trésoriers en avaient une plus étendue dont tout citoyen pouvait devenir justiciable et que nous fera connaître la notice suivante extraite des portefeuilles de Lasalle. (Bibl. de Reims, portef., yy, p. 61.)

Du Trésorier.

« Le trésorier avoit autrefois la pleine disposition des biens et oblations de l'église de Reims, moyennant quoy il étoit chargé de luy fournir toutes les choses nécessaires pour le service divin, ayant sous luy un sous-trésorier pour l'aider dans cette administration. Mais, par accord fait en 1215 et 1220, on a séparé la mense du trésorier de celle de l'église, à laquelle on a laissé les oblations et toutes les donations qu'on y feroit dans la suite, attribuant au chapitre le choix du sous-trésorier ou fabricien chargé du soin de l'église et de ses biens, qui depuis ce temps en a toujours rendu au chapitre ses comptes intitulés, jusqu'à nos jours, *Comptes du sous-trésor ou fabrique*. Cela supposé, il faut observer :

« 1°. Que le trésorier avoit autrefois l'exercice de la justice temporelle *in ecclesia et locis*, comme porte le livre des réceptions, et pour l'exercice de laquelle il etoit obligé, outre les autres officiers, *instituere unum servientem idoneum, qui diligenter omni tempore custodiat ecclesiam de die, et precipue dum cantatur in ecclesia, et ne per gentium impetum turbetur officium divinum, aut rixæ vel aliæ res inhonestæ fiant*.... Ce sergent étoit donc chargé des mesmes fonctions que fait aujourd'hui le suisse. Il semble, par ces termes, que la jurisdiction du trésorier s'étendoit dans toute l'eglise, mesme dans le chœur, puisque c'est particulièrement en ce lieu que la foule du peuple peut troubler l'office. D'ailleurs on voit, dans une signification faite de la part du chapitre à Guillaume de Tryes, archevesque en 1327, et dans une bulle de Jean XXII en 1330, contenant, au long, des plaintes du chapitre..... que dans l'église le chapitre a toute jurisdiction spirituelle et le trésorier la jurisdiction temporelle, qu'il tient du chapitre ; et on trouve plusieurs actes et exploits faits par le sergent du trésorier, dans l'église..... Cependant on trouve parmy les titres de la trésorerie une reconnoissance faite en 1376 par le bailly du trésor *par l'ordonnance du trésorier, qui avoit certifié audit baillif, si comme il disoit, qu'il n'avoit aucune jurisdiction au chœur de l'église de Reims*..... et une autre, de 1408, par laquelle le bailly du trésorier *estant en un lieu qui est entre l'un des huis de l'église et un treillis de bois où on dit l'hostel des ardens, lequel lieu est, si comme on dit, en la terre et jurisdiction du chapitre*, expose qu'ayant veu dans l'église un homme qui portoit un certain jouel en manière de relique, il l'avoit fait venir audit lieu et jurisdiction du chapitre, et que ou nom et comme garde et bailly du tresor, il l'avoit fait mener ès prison du trésorier, lequel exploit il met au néant. — On conserve plusieurs actes de foy et hommage rendus par les trésoriers au chapitre. Celui de A. de Florentia, en 1328, porte : *jurisdictionem temporalem dictæ ecclesiæ ac infra licias* ; celui de R. Jacqueti, en 1331 : *pro jurisdictione alta, bassa et media temporali prefatæ ecclesiæ, et pro platea quæ est ante majus portale ipsius ecclesiæ usque ad licias circumquaque, et omnimoda jurisdictione ejusdem*, et cela conformément aux termes de la réquisition à luy faite par le chapitre assemblé ; celui de G. de Castro Villani, en 1337, porte : *jurisdictionem temporalem ecclesiæ remensis et liciarum ante portale ejusdem circumquaque*. Ceux d'A. de Craon en 1372 et de J. Blanchard en 1386 portent : *toute la jurisdiction qui appartient au trésorier dans ladicte église et dans les lisses devant le grand portail*. Du reste, de quelque manière qu'on explique ces actes... on ne voit aucun exercice de jurisdiction dans l'église ny d'établissement de sergent de la part du trésorier depuis près de trois cents ans, et cette justice a été peu à peu réunie au corps du cha-

et voluntate utrius[que] partis, per amicabilem compositionem, pacificata est in hunc modum : quod ecclesia remensis libere et integre percipiet omnes oblationes et elemosinas que in ecclesia fient, et ubicumque in ea offerentur, et capitagia que solent in eadem ecclesia afferri, et tam denarios quam obolos quos presbiteri parochiales solent reddere et afferre pro cera; et propter hoc faciet eadem ecclesia omnes sumptus necessarios, quales hucusque alii fecerunt thesaurarii, ad luminare, et eadem que circa ornatum et reparationem ecclesie solent expendi, et alia que per manum subthesaurarii solent dari et procurari; excepto quod in Natale Domini reddet thesaurarius custodibus sexdecim solidos pro cenis quatuor dierum, et in Pascha sexdecim solidos, et in Pentecoste duodecim solidos, et in anniversario domini Ebali remensis archiepiscopi sex sextarios vini, et octo panes tante quantitatis quante sunt panes de quibus fiunt octoginta de sextario frumenti ad mensuram remensem, et in anniversario domini Radulfi Viridis archiepiscopi, totidem sextarios vini et totidem panes. Reddet etiam thesaurarius subthesaurario, tantummodo decem modios vini grossi ad mensuram remensem; et carpentario reddet tres modios vini grossi ad eandem mensuram, modium siliginis, et dimidium modium avene, ad mensuram remensem. De servitio quod carpentarius debet thesaurario et

pitre sans que les trésoriers ayent réclamé, excepté C. Dorigny, en 1615...., mais sans que cette affaire ait eu de suite..... [Si elle en avoit eu et que C. Dorigny l'eût emporte, les trésoriers eussent été obligés] de se charger de payer le suisse, et de pourvoir à la nourriture des enfans qui pourroient être exposés dans l'église.....

« 2°. La maison du trésorier est une partie de l'ancien cloître, et par conséquent de la jurisdiction spirituelle et temporelle du chapitre.... En effet, c'est le chapitre qui, par ses officiers, exerce toute jurisdiction en cette maison après la mort des trésoriers, et y appose le scellé....

« 3°. Lorsque la trésorerie est vacante, l'exercice de la jurisdiction du trésorier *jurisdictionis temporalis ecclesiæ et liciarum* appartient au chapitre, comme étant un fief mouvant de luy. ... On ne voit point que le chapitre soit en possession de saisir et percevoir les revenus de la trésorerie vacante... Mais il confère les offices et bénéfices dépendans de la trésorerie, qui ne sont autres que les coutreries ecclésiastiques et laïques et l'office de chapucier.

« 4°. Un arrest d'avril 1716 a pleinement decidé les contestations agitées depuis plusieurs années touchant la manière de conférer les coutreries laïques et chapucerie. Les trésoriers ayant entrepris de vendre ces offices, les coutres avoient essayé de les faire déclarer transmissibles et mesme héréditaires; et quoyque, par arrest contradictoire du 7 août 1670, le trésorier eût été maintenu au droit de les conferer librement et gratuitement, vacation avenant de quelque manière que ce soit, les coutres s'étant pourveus contre cet arrest ont été déboutés de leurs pretentions par ledit arrest de 1716.. »

ecclesie, erit sicut esse solet. Preterea reddet ecclesie remensi singulis annis dictus thesaurarius sexaginta libras remenses tribus terminis.... ; et hec predicta reddendo, liber erit thesaurarius ab omnibus sumptibus et expensis qui (*sic*) pro omnibus quocumque modo ad ecclesiam remensem pertinentibus, solent et debent fieri a subthesaurario remensi. Item etiam thesaurarius custodias remensis ecclesie, tam clericales, quam laicales, et carpentariam cum vacaverint, personis quibus voluerit conferet libere et absolute, tamen idoneis; retentis sibi penitus dignitatibus et justiciis quas hucusque thesaurarii remenses habuerunt. Hec omnia predictus thesaurarius se servaturum juravit, et nos in hujus rei testimonium et confirmationem presentes litteras sigilli nostri appensione fecimus communiri; sub interminatione anathematis districtius inhibentes, ne quis huic nostre confirmationis pagine ausu temerario presumat contraire, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Datum per manum Hugonis cancellarii nostri, anno gratie M° CC° quinto decimo, mense septembri [1].

LXIV.

Septembre 1215.

CARTA super vivario, ponte et molendinis de Frichambaut.

Cart. C de S.-Remi, fol. 6, n° XXVII. — Arch. du chap., lay. 54, liass. 162, n° I.

Milo prepositus, S. decanus, F. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres, omnibus..... Noverit universitas vestra, quod cum nos, et ecclesia B. Remigii remensis molendina de Frichambaut, necnon et vivarium sive stagnum ibidem, pro indiviso possideremus [2], ab illo loco

[1] « Cette chartre fut confirmée en février 1220 par une autre de l'archevesque Guillaume, qui en outre prononce,

« 1°. Que la provision et donation de la « sous-trésorerie appartiendra désormais à « l'église de Reims.

« 2°. Que celle-ci possédera, à perpétuité, « une partie du jardin de la trésorerie [situé « entre la cathédrale, la trésorerie et l'Hôtel-« Dieu], et que, dans la clôture que le trésorier fera faire il ne pourra avoir aucune « porte de communication..... »

(Lemoine, cat. des arch. du chap., I, 330.)

[2] Cette possession par indivis date sans doute d'un acte dont il est parlé en ces termes dans l'*Hist. man. de l'Abb. de Saint-Remi* (Bibl. Roy., mss. Reims, cart. VI) :

« Acquisitio tertiæ partis molendinorum « de Frichambaut, *ex originali*.

« Anno M° C° LX° IV°, Petrus abbas emit « ab Hildnino B. Mariæ canonico tertiam « partem de molendinis Folleret, qui sunt « sub Frichambaut, pro centum libris de « quibus solvit Acharinus, qui fuit presbyter S. Stephani, quinquaginta libras, ea « conditione ut in die anniversarii sui habe-« rent monachi in refectorio pro pitancia, « viginti solidos..... »

ubi aqua Castellani eidem vivario conjuncta est in latum et longum, usque ad predicta molendina de Frichambaut, et ultra poncellum Odonis, usque ad pratum de Muriniaco, nos tandem habito tractatu in capitulo, de communi assensu, quicquid habebamus in eisdem molendinis, vivario, ponte et redditu pontis, vendidimus ecclesie B. Remigii in perpetuum possidendum, pretio videlicet ducentarum et quinquaginta librarum remensium, et preterea in redditu annuo decem librarum et quindecim modiorum frumenti talis scilicet, quod de unoquoque solido melioris unus denarius cadet; videlicet si melius frumentum duos solidos valuerit, duo denarii : si tres solidos, tres denarii remittentur, et ita ascendendo et descendendo. Prefatas autem decem libras annui redditus, ecclesia B. Remigii reddet nobis annuatim de bursa conventus, in duobus festis B. Remigii, videlicet centum solidos in utroque. Verum memoratum frumentum, memoratus conventus similiter reddet nobis annuatim, ad granarium nostrum, et ad cartallum nostrum, quod ita se habet ad cartallum archiepiscopi, quod sedecim ex nostris valent decem et septem de cartallis archiepiscopi.... Quod si dissentio de valore frumenti nobis reddendi forsitan oriretur, per penetarium nostrum et penetarios S. Remigii et S. Nichasii, sub fidelitate qua tenentur, discordia ista sopiretur, ita quod super hoc, dicto duorum staretur. Per hanc autem venditionem concessimus prefate ecclesie S. Remigii quicquid habemus et habebamus in domibus et mansuris juxta calceatam de Frichambaut, ex parte vivarii; retentis nobis plene banno et justicia in eadem calceata, circa metas ibi, de communi assensu partium, positas. Retinuimus etiam nobis bannum et justiciam in rippis supra prefatum vivarium, a calceata prefata, usque ad dictum pratum de Muriniaco, circa metas ibidem per longum simili modo constitutas. Adjectum est etiam in eodem contractu, quod homines tam nostri, quam sui, et alii, a poncello Odonis, usque ad ortum Fulcaudi Quilliet, sub metis ibidem positis, inter easdem metas et stagnum, liberam habebunt viam et transitum ad carrum et carretam, pedites et equitantes, sicut hactenus habuerunt, justicia tamen et banno ejusdem vie penes ecclesiam B. Remigii consistente. Adjectum est insuper, quod tam nostri quam sui, sive etiam alii, liberum habebunt usum herbagii quod in

eodem stagno erit, infra loca superius annotata, sicut hactenus habuerunt; ita tamen quod monachi propter hoc non prohibebunt [*sic*, prohibebuntur?] tam rippas ultra metas approfundare si voluerint, quam vivarium memoratum. Preterea mansionarii nostri de Aussons, et alii, aisentiam suam habebunt in vado quod est ante portam de Aussone, quam hactenus habuerunt, nec poterunt monachi vadum obstruere memoratum. De calceata vero memorata ita determinatum est, quod mansionarii et servientes, sive piscatores S. Remigii, sicut mansionarii nostri ex opposita parte manentes, liberum habebunt per eandem ingressum et egressum, justicia tamen et banno ejusdem calceate usque ad metam que pontem et calceatam dividit, penes ecclesiam nostram remanentibus circa metas; porro monachi pontem eundem amodo, et retinere per se, et reficere tenebuntur. Ceterum inter nos et monachos ita convenit, quod inter molendina de Vico Molendinorum et molendina de burgo Vidule, nec nos, nec ipsi, molendinum facere poterimus. Facta est autem hec venditio, partibus inde renunciantibus beneficio juris.... In quorum omnium testimonium.... Actum anno Verbi incarnati millesimo ducentesimo quintodecimo, mense septembri [1].

[1] La contre-lettre de cet acte se trouve cart. A de Saint-Remi, p. 326 et 331; sa confirmation par l'archevêque Henri, cart. A de Saint-Remi, p. 2, et Livre Blanc du chap., fol. 152, n° XXIII de la sénéchaussée; enfin une seconde confirmation du pape Honorius en date du 22 avril 1217, se trouve, cart. C de Saint-Remi, fol. 6, n° XXVII. — Vingt ans après la conclusion de ce contrat, des difficultés s'étaient élevées entre les mansionnaires de l'église et l'abbaye de Saint-Remi, un compromis fut dressé; il se trouve cart. A de Saint-Remi, p. 228 et 233, et Livre Blanc du chapitre, fol. 154, n° XXIV de la sénéchaussée. En voici les principales dispositions :

« Contentione suborta inter nos [monachos S. Remigii] et mansionarios ecclesie remensis, videlicet Balduinum, Renaldum et Ponciam qui cognominantur Porgeonarii, super eo quod nos dicebamus, dictos mansionarios quosdam meatus subterraneos et apertos fecisse in terra remensis ecclesie, per quos aqua dicti stangni decurrebat, et pisces ejusdem stangni transiebant in terram dictorum mansionariorum, in nostre ecclesie prejudicium et gravamen; tandem dictis meatibus inspectis, et inquisita super hiis diligencius veritate, ecclesia remensi mediante inter nos et dictos mansionarios, ita fuit ordinatum, quod omnes dicti meatus in perpetuum omnino obstruentur, nec alii meatus fieri ibidem de cetero poterunt per quos aqua dicti stangni decurrat ad terram supradictam. Ordinatum fuit etiam quod fossatum antiquum ab inferiori parte remaneat in eo statu in quo erat, hoc salvo quod nos tenebimur illud preparare secundum dispositionem ventallorum ibidem positorum, ita quod aqua tantum, sine piscium transitu, per aperturas ventallorum numero et quantitate sufficienter perforatorum, libere possit decurrere ad terram dictorum mansionariorum; fiet etiam quidam meatus a superiori parte, quem nos similiter tenebimur preparare secundum dispositionem ventallorum ibidem

LXV.

CARTA qua A. remensis archiepiscopus clerico familiari suo dat potestatem quasdam decimas concedendi. Septembre 1215.

Archiv. du Roy., pièce non cataloguée.

A. Dei gratia remensis archiepiscopus, dilectis in Christo omnibus qui presentes litteras viderint, salutem in vero salutari. Cum dilectus socius et fidelis noster Fulco, remensis cantor, decimam de Warneio que est de feodo nostro et in nostra diocesi constituta, et decimam de Suminida (?) que similiter sita est in remensi diocesi, de laica manu, nobis prebentibus sibi assensum in parte ista, redemerit, nos eidem cantori, tamquam familiari nostro et clerico bene de nobis et de remensi ecclesia merito, specialem graciam facientes, indulgemus ei atque concedimus ut decimas antedictas cuicumque ecclesie voluerit, nostra auctoritate suffultus, conferat et assignet; et nos in hoc ipsi cantori concedimus plenitudinem potestatis, et ecclesiam vel ecclesias cui vel quibus decimas dederit memoratas, pacifica volumus possessione gaudere, donum sepefati cantoris presentibus litteris confirmantes : et quod ei de decimis quas emit concessimus, nichilominus de illis quas habet in nostra diocesi pignore obligatas, liberaliter duximus concedendum, et quod inde statuerit perpetuam habere decernimus firmitatem. In cujus rei testimonium presentes litteras ipsi cantori tradidimus sigilli nostri appensione munitas. Actum apud Virtutum, anno Domini M° CC° quintodecimo, mense septembri.

LXVI.

SENTENCIA a paribus regni lata in causa quæ vertebatur inter Erardum de Brena, et Blancham comitissam Campaniæ et Th. filium ejus, de comitatu Campaniæ [1]. Juillet 1216.

Traité des Fiefs par Chantereau Lefèvre, pr., p. 69. — Droits des Ecclésiast. dans

positorum, ita quod aqua tantum, sine piscium transitu, per aperturas ventallorum numero et quantitate sufficienter perforatorum, libere possit decurrere ad terram dictorum mansionariorum. Si vero alios meatus ab illis duobus ibidem fieri contingeret, ipsos ad petitionem nostram ecclesia remensis faceret obstrui, et dampna que propter hoc incurreremus nobis restitui secundum quod jus dictaret. Preterea ordinatum fuit, quod dicti remensis ecclesie mansionarii applicationem navium suarum habeant ad usum herbagii tantum, in aqua stangni memorati. Quod ut ratum sit.... Actum anno Domini M°. CC°. tricesimo quarto, mense mayo. »

[1] Nous nous sommes gardé d'indiquer tous

Digitized by Google

l'admin. de la just. sécul., par Petitpied, p. 129. — Marl., II, 485. — Hist. généal. de la Maison de France, II, 523. — Hist. du Perche, par Bry, p. 132. — Preuv. de l'Hist. de Bretagne, par D. Morice, I, 832. — Rec. des Rois de France, par Dutillet, part. II, p. 28. — Rec. de pièces concern. les Pairs de France, pr., p. 22. — Favyn, Théât. d'Honneur et de Chevalerie, I, 302.

LXVII.

Septembre 1216. CARTA de terra et fossato ecclesie remensis inter moncellum S. Martini et muros civitatis [1].

Cart. G du chap., fol. 71. — Livre Blanc du chap., fol. 173.

Albericus.... archiepiscopus remensis.... Noverit universitas vestra quod cum dilecti filii capitulum remensis ecclesie, terram cum fossato veteri inter moncellum S. Martini et muros civitatis existentem asserent suam esse, et quibusdam concessissent ad mansuras et domos edificandas [2], civibus nostris nobis aliud suggerentibus, idem capitulum accedens ad presentiam nostram, obtulit se probaturum competenter prefatam terram, antequam fossatum ibi fieret, suam esse. Nos vero nolentes capitulo in jure suo deesse, ad hoc probandum magistrum Priorem officialem nostrum ipsi concessimus auditorem, coram quo capitulum per testes idoneos.... sufficienter probabit,.... [*sic*, probavit?]. In hujus rei testimonium..... Datum..... anno M° CC° X° VI°, mense septembri.

LXVIII.

Vers 1216. EPISTOLA canonicorum remensis ecclesiæ ad laudunenses canonicos, qua renunciant se corpora sanctorum in ecclesia remensi, super pavimentum et spinas deposuisse ad maleficia Enguerranni de Couciaco in ecclesiam laudunensem compescenda [3].

Marl., II, 486.

les actes dans lesquels l'archevêque de Reims intervient en qualité de pair de France; nous nous sommes borné à ceux dans lesquels les intérêts de sa pairie même sont engagés et à ceux qui en révèlent l'exercice pour la première fois. Voir aussi les lettres de l'archev. de Reims sur ce procès. (Chantereau Lefèvre, *Traité des Fiefs*, pr., p. 73.)

[1] Bidet, Mém., V, 22, indique cette pièce en ces termes : « Chartre d'Albéric par laquelle « il a reconnu que les cantons de la terre « commune, dite la mairie du bourg de « Vesle, appartenoient au chapitre de l'église « de Reims en toute propriété. »

[2] Le texte porte : .....Mansuras et domos ad edificandas.....

[3] Voir aussi la lettre du clergé de Soissons, de celui de Tournai et du pape Honorius (Marl., II, 487, 489). Voici l'ancienne formule de l'excommunication lancée par le

LXIX.

PRIVILEGIUM Honorii pape de cessatione ecclesiarum S. Remigii et S. Mauricii, cum aliis ecclesiis remensibus, pro injuriis et oppressionibus illatis capitulo. 6 mai 1217.

Hist. manuscrite de Cocquault, III, 45.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis preposito, J. archidiacono et cantori suessionensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii decanus et capitulum remensis ecclesie nobis graviter sunt conquesti, quod cum abbas et conventus S. Remigii, et prior S. Mauricii remensis, pro injuriis et oppressionibus eidem ecclesie irrogatis, observare cum eis soleant interdictum sua organa suspendendo, id efficere contradicunt in ipsius ecclesie prejudicium et non modicam lesionem. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis, audiatis causam.... Datum Laterani, II non. maii, pontificatus nostri anno primo.

chapitre de Reims. Elle est précédée d'une prière, que les chanoines réunis récitaient au pied de l'autel. Ces deux documents se trouvent : Necrol. eccl. rem., fol. 6, ad calc.

« In spiritu humilitatis et in animo contrito, ante sanctum altare tuum et sacratissimum corpus et sanguinem tuum, Domine Jhesu redemptor mundi, accedimus, et de peccatis nostris pro quibus juste affligimur culpabiles contra te nos reddimus. Ad te, Domine Jhesu, nos venimus; ad te prostrati clamamus, quia viri iniqui et superbi suisque viribus confisi, undique super nos insurgunt, nequiter terras hujus sanctuarii invadunt, depredantur, vastant pauperes tuos, cultores earum, in dolore et fame atque nuditate vivere faciunt, tormentis eciam et gladiis occidunt. Nostras eciam res unde vivere debemus in tuo servitio, et quas bone anime huic loco pro salute sua relinquunt, diripiunt, nobis eciam violenter auferunt. Ecclesia tua hec, Domine, quam priscis temporibus fundasti et sublimasti in honore et nomine sancte tue genitricis omniumque sanctorum, sedet in tristicia; non est qui consoletur eam et liberet, nisi tu, Deus noster. Exurge igitur, Domine Jhesu, in adjutorium nostrum, conforta nos et auxiliare nobis, expugna impugnantes nos, frange eciam superbiam illorum qui tuum locum et nos affligunt. Tu scis, Domine, qui sunt illi et nomina eorum; corpora et corda antequam nascerentur tibi sunt cognita. Quapropter eos, Domine, sicut scis, justifica in virtute tua; fac eos recognoscere prout tibi placet, sua malefacta. Ne despicias, Domine, clamantes ad te in afflictione, sed propter gloriam nominis tui et misericordiam qua locum istum fundasti et in honore sancte genitricis tue Marie omniumque sanctorum sublimasti, visita nos in pace et erue nos a presenti angustia. Amen.

EXCOMMUNICATIO.

« Auctoritate Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti, cooperatione Dei genitricis Marie, sanctique Johannis precursoris Christi, ac B. Petri apostolorum principis, sanctique Remigii omniumque sanctorum suffragantibus meritis, excommunicamus et a liminibus S. matris ecclesie segregamus illos quousque resipiscant, et ad satisfactionem veniant. Fiat, fiat, fiat.

LXX.

Octobre 1217. CARTA Rogeri domini rosetensis, de quitatione cujusdam inhibitionis quam fecerat capitulo remensi.

Cart. G du chap., fol. 120, verso.

Viris venerabilibus et karissimis suis, M. preposito, H. decano, H. cantori, ceterisque remensis ecclesie fratribus, R. dominus rosetensis, salutem et paratam ad bene placita voluntatem. Contradixeramus vobis per nuntios nostros et litteras, ne terram domini G. de Berebais, et universa que habet in Potestatibus, sine laude et assensu nostro, eo quod de feodo nostro sunt, emeretis; quod licet de jure facere possemus, cum M. de Novavilla omnia supradicta coram multis, tam hominibus nostris, quam aliis, de feodo nostro esse, et se ea in homagium a nobis tenere, cognoverit; tamen ad preces dilectorum nostrorum M. prepositi, et H. decani remensis, et pro amore ecclesie vestre, quam semper conservare et augere desideramus, predictam inhibitionem revocamus, et quod sepedictas res ematis libere concedimus omnes, preter eas quas dictus G. habet apud Vilainnes. Actum anno Domini M° CC° septimo decimo, mense octobris.

LXXI.

2 décembre 1217. PRIVILEGIUM Honorii pape, quod [nos monachi S. Remigii] possimus revocare alienata.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. 1. — Cart. C de Saint-Remi, fol. 1, verso. — Cart. A de Saint-Remi, p. 66.

Honorius...., dilecto filio abbati S. Remigii remensis, salutem et apostolicam benedictionem.... Ex tua sane relatione accepimus quod P., et quidam alii predecessores tui, quedam bona monasterii S. Remigii remensis, in grave ipsius alienarunt monasterii detrimentum. Ea propter, dilecte in Domino fili, tuis precibus grato concurrentes assensu, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut alienationes predictas tibi liceat, sublato appellationis obstaculo, legitime revocare. Nulli ergo..... Datum Laterani, quarto non. decembris, pontificatus nostri anno secundo [1]

[1] Un privilége absolument semblable, donné en faveur de Saint-Nicaise le 16 décembre 1217, se trouve cart. de Saint-Nic., fol. 58, n° CXXI.

LXXII.

CARTA quod comitissa [Campanie] potest compellere ad satisfaciendum quibusdam creditoribus suis romanis per captionem rerum ecclesie, sine mefacere. 10 août 1218

Cart. de Champ., Bibl. Roy., mss. f. lat., n° 5993, A, fol. 266, et 5992, fol. 246.

Ego Petrus humilis abbas S. Remigii, universis..... Notum facimus nos mutuo recepisse in presentibus nundinis S. Johannis trecensibus a Gregorio de Alexio et Matheo Dare civibus romanis, tantam quantitatem pecunie, quod nos et ecclesia nostra tenemur, vel eis, [vel?] eorum certo nuntio litteras de mutuo confectas deferenti, reddere in proximis nundinis S. Johannis trecensibus, quatuor diebus antequam clametur : Hare! hare! quadraginta libras pruvinenses de pagamento; tali tenore adjuncto, quod si predicta pecunia predicto termino soluta non fuerit, sicut dictum est, promisimus eis dare, de singulis nundinis in nundinas, de singulis decem libris, viginti solidos pro recompensatione dampnorum, et expensas duorum mercatorum cum duobus equis et duobus servientibus peditibus, usque ad solutionem totius pecunie memorate. Renunciavimus autem exceptioni non numerate pecunie, et omni auxilio juris tam canonici, quam civilis, et omnibus que possent obici contra instrumentum et factum; et ad majorem securitatem, eis sacrosanctis evangeliis juravimus, omnia que supradicta sunt nos firmiter observaturos; et si forte in solutione prefate pecunie, quod absit, deficeremus, concessimus illustri domine nostre Blanche..... potestatem, quod sine reclamatione aliqua et appellatione, possit tantum capere de rebus mobilibus ecclesie S. Remigii que sunt in potestate ipsius comitisse, quod dictis civibus sit de toto predicto debito plenarie satisfactum. Ad petitionem vero nostram dictis civibus eadem comitissa promisit quod sicut dictum est, de rebus ecclesie nostre...., si forte, quod absit, in solutione prefate pecunie nos contingeret defecisse, tantum capient, quod eisdem civibus erit de debito satisfactum; et si forte propter hoc aliquam incurreret comitissa jacturam, nos et ecclesia nostra ipsam penitus indempnem reddere teneremur. Datum anno..... M° CC° VIII° decimo, in festo B. Laurentii.

LXXIII.

19 décembre 1218.

PRIVILEGIUM Honorii pape III, ut nullus, in nos [monachos S. Remigii] vel monasterium nostrum, excommunicationis sententias promulgare presumat.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. 1. — Cart. C de Saint-Remi, fol. 1.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui S. Remigii remensis, salutem et apostolicam benedictionem. Ut improborum temeritas que juri publico reluctatur, efficacius refrenetur, nonnumquam quod est meri juris petentibus specialiter indulgemus, cum plus specialia quam generalia edicta soleant observari. Cum igitur in sacris canonibus, et specialiter in generali concilio, inhibitum sit expresse, ne quis in alium, sine manifesta et rationabili causa, et competenti monitione premissa, excommunicationis vel interdicti sententiam audeat promulgare; quia, sicut vobis audivimus conquerentibus, quidam inhibitioni hujusmodi minime deferentes, sed sequentes motum proprie voluntatis, in vos hujusmodi sententias jaculantur; nos et illorum reprimere insolentiam, et vestram volentes innocentiam favorabiliter confovere, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut nullus in vos, vel monasterium vestrum, sine manifesta et rationabili causa, canonica monitione premissa, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias promulgare presumat; quas si de cetero promulgari contingat, decernimus irritas et inanes. Nulli ergo.... Datum Laterani, XIIII kal. januar., pontificatus nostri anno tertio.

LXXIV.

19 décembre 1218.

PRIVILEGIUM Honorii pape III ne aliquis cogat nos [monachos S. Remigii] vel aliquem nostrum extra ecclesiam nostram ire ad testimonium perhibendum.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. 1. — Cart. C de Saint-Remi, fol. 1, verso. — Cart. A de Saint-Remi, p. 63.

Honorius episcopus, dilectis filiis abbati et conventui S. Remigii remensis, salutem.... Cum monachi ad hoc claustro claudantur, ut a negotiorum secularium tumultu semoti, jugiter in lege Domini medi-

tentur, et que sursum, non que super terram sunt, sapiant; satis videtur monastice honestati contrarium, ut cum alias sine dispendio esse potest, ad forum publicum pro causarum strepitu excludantur qui soli Domino militantes non debent se, secundum apostolum, negotiis secularibus implicare; ne de tecto contemplationis, ad tollendam tunicam secularis conversationis, vel pallium quod cum Joseph in manus Egyptie impudice reliquisse creduntur, descendere inculpentur. Volentes igitur quieti vestre paterna diligentia providere, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut nullus, nisi forte de mandato sedis apostolice speciali, vos, vel vestrum aliquem, claustrum exire compellat, ad testimonium perhibendum; sed infra septa monasterii, super hiis quibus requisiti fueritis, deponatis. Nulli ergo..... Datum Laterani, XIIII° kal. januarii, pontificatus nostri anno tercio.

LXXV.

LITTERÆ precatoriæ civium remensium ad summum pontificem, pro Milone de Nantolio urbis custode designato [1]. Vers 1218.

Marl., II, 490, fragm. — Bibl. de Reims, Rogier, II, fol. 34.

Martinus (*sic*, Milo) miseratione divina belvacensis electus, omnibus..... Noverint universi quod scabini remenses ad preces nostras quasdam litteras sigillaverunt quarum tenor talis est :

Sanctissimo patri et domino Honorio, Dei gratia summo pontifici, universi et singuli cives remenses, salutem, et omnimode servitutis et subjectionis obsequium debitum et devotum. Paternitati vestre pressuras, et afflictiones, et damna que per defectum defensionis, et invasorum malitiam quotidie patimur, conquerendo significamus. Nos enim in marchia regni et imperii constituti sumus, et tam a vicinis quam a remotis hostibus undique concutimur et spoliamur; et tanquam ab hostibus obsessi, intra civitatis muros inclusi, non audemus ad negocia nostra procuranda, vel ad negociationes nostras exercendas egredi, nec ad citationes auctoritate vestra factas secure possumus proficisci, quoniam in tantum excrevit persecutorum nostrorum

[1] « Le pape permit à Milon d'accepter la « garde de la ville; on a des chartres où il a « signé dès le mois d'avril 1218. » (Lacourt, Marl. ann., II, *not. in front.*, fol. 50, verso.)

malitia, quod Dei timorem non habent, et districtione ecclesiastica compesci non possunt. Propter quod venerabilem patrem nostrum Albericum, Remorum archiepiscopum, Hierosolymam profecturum, rogavimus suppliciter et devote, ut talem nobis terre defensorem relinqueret et custodem, qui nobis ad negotia euntibus securum posset prestare conductum, et malorum hominum, qui personas nostras injuriis affligunt, et res nostras malitia eorum depredantur, potestate sua valeret coercere. Ipse vero, pressuris et necessitatibus nostris paterna pietate compatiens, prudentium virorum consilio remensis ecclesie, venerabilem virum M. de Nantolio belvacensem electum, custodem, et provisorem terre et ecclesie dereliquit. Nos vero paternitatis vestre genibus provoluti, quanta possumus affectione supplicamus, ut hunc predicti patris nostri delectum, nobis et ecclesie remensi necessarium, ratum habeatis, gratum, et ipsi, si placet, per litteras apostolicas injungatis, ut custodiam ecclesie et civitatis viriliter exsequatur.

LXXVI.

21 décembre 1218.

NOTITIA de obitu D. Alberici remensis archiepiscopi.

Necrolog. eccl. rem.

IX kalend. januar. decessit pie recordationis domnus Albericus archiepiscopus, qui ad ampliandam ecclesiam nostram et cultum ejusdem et ad opus cimiterii dedit nobis magnam partem domus sue, quatuor pannos sericos, V capas sericas, tres casulas, tres dalmaticas et tres tunicas [1]. Ceterum dedit nobis redditus qui dicuntur casa S. Sixti, altaria de Curvilla, de Amenancort, de S. Maria subtus Burgum; medietatem altarium de Baalon et de S. Lupo, altaria de Estrebaiz, de Liart, de Prees, de Gerondele, de Cerlonne, de Booigni et de

[1] De simples particuliers et de simples chanoines contribuaient, par de nombreux présents, à l'ornement et à l'entretien de la riche cathédrale et de son cloître. Voici quelques notices empruntées, parmi une foule d'autres, au Nécrologe :

« XIV kal. junii obiit Hersendis laica, que dedit S. Marie cortinam longitudini ecclesie competentem..... VII kal. junii obiit Thomas levita et canonicus, qui dedit nobis quatuor libras cathalaunensis monete ad cooperiandos IIII^or angulos claustri, et ad mensam duos ciphos mazarinos.. .. II kal. julii obiit Pipinus, qui dedit nobis in vita sua quinquaginta libras ad turrim claustralem faciendam, post cujus obitu uxor sua Macela dedit XX lib. ad idem opus perficiendum, pro animabus amborum, et ad hospicium pauperum vineam unam in Moyseio..... etc., etc. »

Gruere; altaria de Bar, de Chaimeri, de Landres, cum appendiciis eorum. Insuper dedit nobis decimas tocius territorii de Potestatibus et circa Potestates ubicumque remensis ecclesia proprium habet, tam in nemore quam in plano, quod non est situm infra fines alicujus parrochie, necnon et ejus [*sic*, jus?] patronatus in ecclesiis que constructe sunt vel in posterum construentur in villis ejusdem territorii, jam de novo fundatis vel deinceps in eo fundandis; de quorum proventibus distribuentur x ℔ in ejus sollempni anniversario canonicis et clericis chori qui intererunt, ita quod quilibet dictorum clericorum tres denarios habebit in vigilia et totidem in missa. Ceterum hospicium nostrum in eodem anniversario debet reddere IIII^or capas et IIII^or tunicas, singulas IIII^or ulnarum et dimidie, dandas pauperibus, propter quod habuit XL. ℔ par. de bonis pie memorie Wiberti cantoris nostri. Reddet eciam eadem die dictum hospitale V paria sotularium et totidem caligarum.

Ordinatum est per capitulum remense, quod istud anniversarium domni Alberici.... semper fiat die precedente vigilie Nativitatis Domini. Si vero Natale Domini evenerit feria secunda, vel tercia, dictum anniversarium fiet feria V^a vel VI^a precedente.

LXXVII.

NOTITIA de obitu Balduini junioris prepositi ecclesie remensis. Vers 1218.

Necrolog. eccl. rem.

IIII kalend. marc. obiit Balduinus [1] dictus Junior, prepositus et diaconus, qui dedit nobis domum suam de Remis cum omnibus appendiciis, ita quod in perpetuum et successive vendatur ad vitam unius canonici, et de precio prime venditionis emantur redditus ad distribuendum canonicis in anniversario meo (*sic*). De secunda vero venditione, redimantur ab ecclesia de Eslensio LX^a solidi annui census quos habet dicta ecclesia super dictam domum; et facta tali redemptione, de eo quod residuum fuerit, emantur redditus dividendi in anniversario suo cum redditibus emptis de prima venditione. De tercia siquidem venditione et de subsequentibus que in perpetuum fient,

[1] Voyez Marl., I, 500.

emantur redditus quorum tercia pars distribuatur canonicis in die anniversarii sui, tercia pars dividatur eisdem canonicis in anniversario D. Balduini quondam patrui sui et prepositi remensis ecclesie, et de alia tercia parte emantur tunice ad distribuendum pauperibus in anniversario dicti Balduini junioris.

Predicta vero domus primo vendita fuit precio sexcies viginti librarum parisiensium, que posite fuerunt in emptione decime de S. Suppleto, empte a Petro milite de Chardeneio; de quibus proventibus debent distribui nobis, singulis annis, in ejus sollempni anniversario VI lib. par. Secundo vendita fuit D. Johanni de Bria, precio XI^{xx} lib. par. for., de quibus redempti sunt LX^{a} antedicti quos habebat ecclesia jamdicta de Eslancio super dictam domum, et in emptione decime de Tanion empte a D. Petro de Lislet milite posuimus LXXVI ℔ par., de cujus proventibus distribuuntur nobis singulis annis IIII^{or} lib. cum predictis. Tercio vendita fuit A. de Choisel canonico VII^{xx} lib., que posite sunt in edificatione molendinorum de Mauberti Fonte; de quorum proventibus distribuuntur VII lib. et XII^{s} in hunc modum, quod in hujus anniversario tercia pars, in anniversario Balduini avunculi sui tercia pars II° idus septembris, et alia tercia pars hospitali nostro pro tunicis emendis in eodem anniversario distribuendis. Et sic fiet de singulis venditionibus que fient in posterum, secundum voluntatem et dispositionem testatoris que in omnibus est observanda. Quarto vendita fuit magistro Guillermo de Brayo archidiacono remensi, precio II^{c} ℔, de quibus habemus C^{s} in terra de la Tirelire, quos reddunt senescalli eodem modo distribuendos, et C^{s} in molendinis predictis de Mauberti Fonte distribuendos; et de venditionibus predictis debet dictum hospitale singulis annis XX tunicas in isto anniversario distribuendas pro VI ℔, XXXII d. minus, quos percipit in eodem annuatim.

LXXVIII.

10 janvier 1219.

Privilegium Honorii pape III, ne archiepiscopus remensis quando facit visitationem in capitulo nostro [S. Remigii] secum adducat seculares, nisi duos vel tres de canonicis suis.

Marl., I, 349, et II, 497. — Decretales, lib. I, tit. XXXI, cap. 17.

LXXIX.

MANDATUM Philippi regis abbati S. Remigii remensis, ut omnes homines ecclesiæ S. Remigii manentes apud Remis faciat facere suam fidelitatem. Février 1219.

Archiv. du Roy., L, cart. 22, n° 192.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, dilecto et fideli suo abbati S. Remigii remensis, salutem et dilectionem. Mandamus vobis, quatinus omnes homines vestros, et ecclesiæ vestræ, manentes apud Remis, faciatis nostram facere fidelitatem, coram dilectis et fidelibus nostris, magistro Boso clerico, et Roberto de Lesgua, custodibus regalium nostrorum remensem (*sic*), loco nostri, illis tamen exceptis qui fiduciabunt se fidelitatem nobis fecisse. Nec hoc fieri volumus pro eo quod regalia remensem (*sic*) nunc sint in manu nostra, sed quia certum est quod omnes cives remenses fidelitatem nobis debent, nec archiepiscopo remensi possunt nec debent fidelitatem facere, nisi salva fidelitate nostra; et multi sunt eorum qui nondum fecerunt nobis fidelitatem. Quod si facere nolueritis, mandamus vobis, et vos submonemus, quatinus dominica qua cantatur *Lætare*, sitis coram nobis apud Parisius, dicturi quare id facere non velitis. Actum Compendiis, anno Domini millesimo ducentesimo x° VIII°, mense februarii.

LXXX.

NOTICIA de fidelitate facta domino regi per homines de Burgo S. Remigii remensis. Mars 1219.

Favyn, Théâtre d'Honneur et de Cheval., I, 265. — Baluze, Miscell., VII, 340. — Marl., II, 491, fragm.

Homines de Burgo S. Remigii remensis fecerunt domino regi fidelitatem sub hac forma : Ipsi conservabunt pro posse suo, bona fide, vitam, corpus et membra regis, honorem regni et omnia jura regis, presente Petro de Nongento tunc abbate, Radulfo priore consanguineo suo; monachi presentes, Garnerius, Orillardus camerarius domus, Nicholaus Avis, Garnerus suessionensis, Petrus capellanus abbatis, et plures alii. Hanc fidelitatem pro domino rege receperunt magister Boso clericus ejus, et Robertus de Lesgua. Actum Remis, dum ipsi

custodirent regalia, post decessum Alberici archiepiscopi remensis, anno Domini M° CC° XVIII°, mense martio, ante capellam abbatis.

LXXXI.

6 mai 1219. EPISTOLA Honorii papæ III ad suessionensem episcopum et Gervasium abbatem præmonstratensem, ut pallium remensi archiepiscopo tradant et fidelitatis ab eo sacramentum excipiant [1].

Hugo, Sacr. antiq. monum., I, 11.

LXXXII.

Ann. 1219. EPISTOLA Gervasii abbatis premonstratensis ad Honorium papam III, quem certiorem facit de executione mandati apostolici, et de traditione pallii facta Willelmo remensi archiepiscopo [2].

Hugo, Sacr. antiq. monum., I, 12.

LXXXIII.

Juin 1219. CARTA quod Guillelmus remensis archiepiscopus recepit Blancham comitissam in feminam suam tanquam de baillio.

Bibl. Roy., mss., cart. de Champ., n° 5992.

Guillelmus, Dei gratia remensis ecclesie minister humilis, omnibus..... Noverit universitas vestra, quod nos dilectam et fidelem nostram Blancham, comitissam Campanie palatinam, recepimus in feminam nostram, tanquam de ballio, de hiis que tam ipsa, quam predecessores sui comites Campanie, a predecessoribus hostris archiepiscopis remensibus tenuerunt; et etiam recepimus eam in feminam nostram de eo quod tenet in feodo nostro de dotalitio sibi assignato. Filium autem ejus Th. comitem Campanie recepimus in hominem nostrum, de hiis omnibus que clare memorie comes Henricus avus ejus, de nostris predecessoribus dinoscitur tenuisse. Actum Remis, anno gratie M° CC° X° IX°, mense junio.

[1] A la suite de la lettre d'Honorius, se trouve le protocole du serment prêté par l'archevêque, et celui de l'investiture.

[2] Toutes les cérémonies qui accompagnaient l'investiture du pallium sont décrites dans cette lettre.

LXXXIV.

CARTA qua capitulum remense molendina sua super Vidulam concessit Henrico Coquo quoad vixerit possidenda sub annuo trecensu. Juin 1219.

Archiv. du chap., lay. 53, liass. 160, n° 2.

Magister Bonus officialis D. H. Burgundi archidiaconi, omnibus.... Noverit universitas vestra quod capitulum remense molendina sua juxta pontem lapideum supra Vidulam, in quibus tres rote molentes habentur, concessit Henrico Coquo quoad vixerit possidenda, sub annuo trecensu viginti et unius modiorum frumenti singulis annis solvendorum, quorum quindecim modii erunt frumenti molentis et competentis ad faciendum panem refectorii, et talis scilicet quod sextarius valeat de singulis duodecim denariis unum denarium minus quam melius frumentum quod vendetur in foro remensi; quinque autem alii modii de tali frumento erunt quale accipietur de moltura molendinorum, et hos viginti modios persolvet dictus Henricus annuatim capitulo in granario suo remensi, ad mensuram mine ejusdem granarii; reliquum autem modium frumenti, qui similiter debet esse ejusdem molture, reddet pro capitulo idem Henricus annis singulis S. Dionisio remensi, ad mensuram archiepiscopi. Quarta vero pars totius predicti frumenti persolvetur a festo S. Theoderici intrante julio usque ad festum S. Remigii kal. octobris, alia quarta pars usque ad Natale, alia quarta pars usque ad Pascha, et reliqua quarta pars usque ad Pentecosten. Tenentur etiam preter hec dicta molendina molere sine moltura totum bladum capituli totius panis qui annuatim dividitur et expenditur in refectorio, cum blado similiter pro pane de vendemiis et anniversarii Adalberonis archiepiscopi; totam autem annonam ad predictas expensas necessariam tenetur dictus Henricus, a curia B. Marie usque ad molendinum, et a molendino usque ad eandem curiam, propriis sumptibus ducere et reducere. Tenetur insuper idem Henricus molendina, cum domo et pertinentiis omnibus, propriis sumptibus suis omnino retinere, et si necesse fuerit de novo restachare ad arbitrium bonorum virorum; sed quandocumque de novo restachabuntur, pro qualibet rota que restabitur (*sic*), quia tunc cessabit molere, remittentur ipsi ea vice

octo sextarii de predictis quinque modiis frumenti qui capitulo annuatim, ut dictum est, de moltura debentur. Dictus vero Henricus, de assensu et voluntate capituli antedicti, huic trecensui et pactionibus associavit sibi, in vita sua tantum, Odonem et Ernulfum piscatorem, ita quod unusquisque ipsorum trium sociorum tenetur capitulo in solidum super predictis pactionibus firmiter tenendis. Et propter hoc dictus Henricus domum suam sitam in vico Laurentii Bedelli, et quicquid habet in terra B. Marie et habiturus est in posterum in eadem, Odo vero et Ernulfus omnes possessiones et mobilia sua et quicquid habent in predicta terra B. Marie, erga capitulum in contravadium posuerunt; et uxores eorumdem Odonis et Ernulfi hoc approbaverunt coram me, et de non reclamando, fidem interposuerunt. Concessit autem dictum capitulum ipsis, Henrico videlicet, Odoni et Ernulfo, quod si molendina ista restachare de novo contigerit, vel etiam aliquod molendinorum eorumdem, ipsi tres, vel eorum heredes, si voluerint, a die qua post restachationem incipient molere, per quinquennium tenebunt molendina memorata, sub trecensu et pactionibus antedictis, pro sumptibus istis in hunc modum factis ab eisdem. In quorum omnium testimonium..... Actum anno D. M° CC° nono decimo, mense junio.

LXXXV.

Août 1219. CARTA prioris et capituli S. Dyonisii remensis, quod non debeant eligere abbatem sine consensu capituli remensis.

Archiv. du chap., lay. 8, liass. 12, n° 1. — Cart. G du chap., fol. 111.

Th. prior, totusque conventus S. Dyonisii remensis, omnibus..... Noverit universitas vestra, quod cum nos venerabilem patrem T. electum nostrum in abbatem fecissemus per dominum remensem benedici, antequam ipsum capitulo remensi presentassemus, et ejus electio esset ab eodem capitulo confirmata, quod facere non debuissemus; nos eidem capitulo emendavimus quod in ipsius prejudicium feceramus in hunc modum. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri appensione muniri fecimus. Actum anno gracie M° CC° nono decimo, mense augusti.

LXXXVI.

Epistola P. senonensis archiepiscopi, G. carnotensis, M. aurelianensis, W. autissiodorensis, H. trecensis, et W. meldensis episcoporum, ad W. remensem archiepiscopum et ejus suffraganeos, et ad decanos et capitula cathedralium ecclesiarum provinciæ remensis, de querela regis adversus clerum [1]. 20 avril 1220.

Louvet, Antiq. du Beauv., I, 191.

LXXXVII.

Diploma quo Philippus rex notum facit, quod archiepiscopus remensis tale jus habet in villa Peronæ, quod primo anno consecrationis suæ, quando prima vice personaliter venit in villam Peronæ, potest illa vice, et non amplius, remittere in illa villa forisbannitos qui nec vitam, nec membrum amittere meruerunt [2]. Août 1220.

Marl., II, 497.

LXXXVIII.

Charta qua Henricus I, Brabantiæ dux, confirmat ea quæ archiepiscopus remensis, visitando bruxellensem ecclesiam S. Gudulæ, gesserat [3]. Octobre 1220.

Miræi Oper. diplom., II, 989.

[1] Il faut lire dans les *Antiq. du Beauv.* tout le chapitre où est insérée cette lettre. Il appartient à l'histoire trop peu étudiée de la lutte qui s'établit en France, entre la royauté et la puissance temporelle des ecclésiastiques, à la fin du XIIe siècle, vers l'époque où Thomas Becket est venu chercher un asile dans la province rémoise, lutte dont l'histoire de cette province va bientôt nous révéler un des plus curieux épisodes sous le règne de Saint-Louis.

[2] Voyez aussi dans Marl., II, 513, l'accord de l'archevêque de Reims et du comte de Flandre relatif à la maltolte et au rappel des bannis. « Marlot a fait deux chartes de cet acte en « séparant ce qui concerne la maltolte d'a- « vec ce qui regarde le rappel des bannis. » (Supplém. de Rogier, p. 16.) — « Il est in- « certain s'il est question ici de Péronne en « Picardie ou du Château-Cambresis, qu'on « appeloit aussi Péronne. » (Lacourt, Marl. ann., II, *not. in front*, fol. 52.)

[3] En indiquant cette pièce, nous prévenons le lecteur que nous omettrons désormais tout ce qui concerne les droits de visites dans des diocèses étrangers à celui de Reims, bien que ces droits constituent une des prérogatives honorifiques et lucratives de l'archevêque de Reims

Digitized by Google

LXXXIX.

Ann. 1220. LITTERA homagii domini de Gothis [archiepiscopo remensi prestiti].

Cart. A de l'Arch., fol. 2. — Cart. C du chap., fol. 15, n° XVI.

Ego Balduinus de Gotis, universis notum facio, quod cum controversia haberetur inter venerabilem patrem ac dominum remensem archiepiscopum ex una parte, et me ex altera, super eo quod ipse dicebat me debere tenere ab ipso in feodum, furnum et fortericiam meam de Gotis, me confitente furnum de Gotis esse de feodo suo, et asserente quod fortericiam tenebam in feodum a domino Campanie; tandem inter me et dictum archiepiscopum, de assensu comitisse et filii sui Theobardi, composuimus amicabiliter hoc modo : quod ego feci archiepiscopo de dictis furno et fortericia de Gotis ligium homagium, salva ligietate domini Regis, a quo teneo Antrefontaine in homagium ligium, et salva ligietate domini Campanie, a quo teneo fortericiam de Gotis primo, et postea ab archiepiscopo remensi, in homagium ligium, et juravi eidem archiepiscopo quod se et suos quandocumque ab ipso vel suis requisitus fuero, in eadem fortericia recipiam, et sibi vel suis eandem fortericiam tradam quandocumque ex parte sua fuero requisitus, contra omnes, excepto solo domino Campanie. Et dictus archiepiscopus, tanquam dominus meus legius, michi tamquam homini suo legio, sub bona fide creantavit quod quociescumque sibi pro negociis suis fortericiam meam tradidero, ipse finito negocio suo, infra quadraginta dies post, fortericiam ipsam talem qualem sibi tradidero, scilicet tam munitam et tam integram, michi bona fide reddet, et hoc idem successores sui, eodem modo, in receptione homagii et juramenti mei michi creantare tenebuntur, et litteras suas michi tradere harum tenorem continentes. Adjunctum est etiam huic compositioni, quod cum ego villam meam Mouisons a duce Lotharingie, et dux ab archiepiscopo, in feodum et homagium tenere deberem, nisi dictus dux fecerit dicto archiepiscopo homagium de eadem villa usque ad festum B. Remigii in capite octobris, ex tunc ego dictam villam cum predictis furno et fortericia ab ipso, sub uno feodo et eadem legietate tenebo. In hujus autem rei testimonium..... Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo.

Digitized by Google

XC.

Carta domini H. de Sarqueis remensis archidiaconi, et B. prepositi remensis ecclesie, de captione parvi panis in terra ecclesie remensis, et capiendo sestellagio, a ballivis domini archiepiscopi. 20 septembre 1221.

Archiv. du chap., lay. 46, liass. 113, n° 1. — Cart. G du chap., fol. 86. — Necrol. eccl. rem., *ad calc.*, fol. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis, H. de Sarqueis archidiaconus, et B. prepositus ecclesie remensis, in Domino salutem. Universitati vestre notum facimus, quod suborta fuit controversia inter dominum remensem ex una parte, et capitulum ecclesie remensis ex altera, super eo quod pars archiepiscopi dicebat, quod de qualibet furnata panis qui fit in terra ecclesie, et totus venditur in ea, theloneum debebat habere archiepiscopus; pars autem capituli dicebat, quod nisi totus panis, vel saltem pars ejus, venderetur in terra archiepiscopi, non habebat ex eo theloneum archiepiscopus. Item de parvo pane qui ad fenestras tendentes extra muros exponitur venalis in terra ecclesie, dicebat pars archiepiscopi, quod ballivi archiepiscopi poterant illum panem capere ad predictas fenestras, et pro eo emendam habere debebant, et pistores mansionarii ecclesie coram preposito archiepiscopi vel ballivis ejus ire debebant pro emenda parvi panis; capitulo remensi sentiente in contrarium. Preterea de blado quod extranei adducunt in terra S. Martini que est ecclesie remensis, cujus bladi particulam deferunt extranei in scatellis, vel alio modo, in foro remensi ad vendendum, et ibi venditur; dicebat pars archiepiscopi, quod bladum ibi venditum debebat duci extra terram ecclesie, et mensurari quartello archiepiscopi; et de eo sic vendito, et mensurato, debebat habere sestellagium archiepiscopus; capitulo remensi contradicente. Cumque super his tribus articulis diu fuisset altercatum, tandem placuit tam domino archiepiscopo quam capitulo remensi, quod totum istud negotium, in omnibus articulis suis, nostre committeretur ordinationi; et quod super eis ordinaremus, bona fide promiserunt se observaturos. Nos igitur super premissis diligenti facta inquisitione, testibus ab utraque parte productis diligenter examinatis, super primo articulo taliter

Digitized by Google

duximus ordinandum : quod de pane qui fit in terra ecclesie, sive vendatur totus in eadem, sive in terra archiepiscopi totus vel saltem pars ejus vendatur, dominus archiepiscopus habebit theloneum de eodem pane, et erit in hujus juris quasi possessione, reservata utrique parti questione super proprietate; terram autem S. Martini que est ecclesie remensis, excipimus ab hac prestatione thelonei, quia in ea nullum debet habere theloneum panis archiepiscopus. De secundo articulo similiter ordinamus, quod si parvus panis positus sit ad fenestras tendentes extra muros, et certum sit quod sit in terra archiepiscopi, ballivi archiepiscopi pro voluntate sua possunt eum capere. Si vero dubium fuerit utrum sit in terra archiepiscopi, vel certum erit quod sit in terra ecclesie, non capient panem illum; sed si volent, requirent senescallos ecclesie sive majorem terre capituli, vel saltem unum eorum, ut parvum panem capiat vel prestet eis auctoritatem capiendi; qui si malitiose distulerint, vel recusaverint facere, tunc habeant ea vice ballivi archiepiscopi potestatem capiendi parvum panem. Si vero controversia super emenda parvi panis suborta fuerit inter ballivos archiepiscopi et mansionarios ecclesie, coram senescallis ecclesie ventilabitur causa. Terram S. Martini que est ecclesie, similiter ordinamus a captione parvi panis esse liberam, quantum ad ballivos archiepiscopi. Super tercio articulo duximus ordinandum quod si sit bladum in terra archiepiscopi, ibi mensuretur et sestellagium sit archiepiscopi; quod si fuerit in terra S. Martini que est ecclesie, licet in foro remensi vendatur bladum, ibi mensuretur, et erit sestellagium ecclesie, nec cogetur extraneus a ballivis archiepiscopi portare bladum extra terram ecclesie ut ibi mensuretur. Hec omnia dicimus salva in omnibus libertate servientium ecclesie, tam communium quam privatorum. Predicta super premissis articulis ordinavimus bona fide; que ne aliquo casu oblivioni tradantur, sed ut teneantur memoriter, presentes litteras fecimus conscribi, et eis sigillorum nostrorum..... Actum anno Domini M° CC° vicesimo primo, in vigilia S. Mathei apostoli [1].

[1] La layette 46, liasse 113, n° 1, et le cart. G du chap., fol. 86, contiennent un acte qui est la reproduction littérale de celui-ci, mais qui est daté de novembre 1222

Digitized by Google

XCI.

INQUISITIO facta super juribus que rex Francie dicit se habere apud Laudunum [1]. 24 novembre 1221.

Cart. de Laon, fol. 64, verso.

Hec est inquisitio facta de juribus domini Regis, que habet in civitate laudunensi et ducatu et comitatu laudunensi, et habuit tempore multorum episcoporum, facta de mandato domini Regis a venerabili viro Garino silvanectensi episcopo, qui anno Domini M° CC° vicesimo primo, die mercurii proxima ante festum B. Andree, presens Lauduni in curia domini Regis, pluribus probis viris assistentibus et audientibus, obtulit domno Anselino laudunensi episcopo inquisitionem super juribus illis fieri. Ut ergo veritas prodiit et [*sic*, prodiret?] in medium, et ne jura domini Regis deperirent in aliquo, processum est ad inquisitionem illam cum testimonio proborum et fidelium virorum et cum magna veritatis inquirende [diligentia?], eo modo quo est inferius annotatum. Nicholaus de Loysi et Matheus de Trojussy milites, Tennabertus baillius, Radulfus Bernage, Guillelmus, de curia episcopi; Galterus Carnerus, Petrus justicia, Odardus de Biaune, Bricellus, Henricus Vitulus, Guiardus Corbiaus major, Robertus de Courlieges, Guillermus ejus frater, et Thomas Bouviaus, cives laudunenses jurati, dixerunt : quod de omni justicia et querela episcopacie laudunensis que non sit de foro ecclesiastico, appellatio est domini Regis, sicut viderunt et usitatum est jure pro domino Rege. Quando autem placitum venit ad curiam domini Regis per appellationem, scabini laudunenses judicant, ad mandatum prepositi vel ballivi domini Regis, utrum in eadem querela fuerit defectus, vel non : et si defectus reperiatur, remanet in curia domini Regis placitum. Si vero defectus non fuerit, remittitur ad eum querela de cujus curia venit; si tamen queratur curia sicut debetur, scilicet per judicatores illius querele qui debent ad requirandum curie domini Regis venire. Et etiam proprii

[1] Le rôle que joue le bailliage de Vermandois dans les affaires de la ville de Reims nous faisait une obligation de rechercher les premiers actes inédits relatifs à ce tribunal. Malheureusement ses archives ne nous ont offert aucune ressource, et c'est à celles de l'archevêché que nous devons les pièces trop rares que contient sur ce sujet notre collection.

Digitized by Google

homines episcopi de corpore, sunt de hac conditione ubicumque maneant, sive intra feudis domini episcopi, sive in aliis. Quando igitur mandatum domini Regis injunxerit scabinis de aliquo placito appellationis, judices ipsi vident et considerant utrum de hoc debeant judicare, et si viderent quod debeant judicare, judicatum [*sic*, judicant?]. Si vero videant quod non debeant judicare, non judicant; sed dicunt hoc faciendum per francos homines domini Regis, sicut est in querelis militum et aliorum francorum hominum qui judicantur per alios francos homines. Et sciendum quod ille qui appellavit, remittitur ad curiam domini Regis illius (*sic*) a quo appellavit. Nullam det appellans de appellatione sua emendam et expensam, et hoc est de dignitate curie domini Regis. Item dicunt jurati quod episcopus de feodis et domaniis suis super catallis, scilicet mobilibus et immobilibus rebus, recepit per appellationem querelas ratione ducatus sive comitatus, nisi prius super eisdem querelis ad domini Regis curiam fuerit appellatum. Item dicit Galterus Cambellanus quod ipse longo tempore multociens tenuit placita laycalis justicie in curia episcopi, et aliquando contingebat quod aliquis alienus appellabatur (*sic*) presencia ad episcopum vel ejus officialem qui tenebat placita christianitatis, et ipse G. prosequebatur suam curiam, et si videbatur quod in illa querela non esset aliquid pertinens ad forum ecclesiasticum, sicut est usura, aut matrimonium, fidei interpositio, aut similia, redebatur ei curia sua et tunc cum ipso, G. tenebat curiam suam. Si autem appellaretur a curia [*sic*, ad curiam?] domini Regis tenebat appellatio ita quod si defectus illius inveniebatur, remanebat placitum in curia domini Regis. Si vero non inveniebatur, remittebatur querela ad suam curiam; et omnes alii jurati in hoc sequuntur dictum G. Item dicunt hii jurati quod nunquam viderunt aliquem episcopum laudunensem utentem appellatione super querela laycali, nisi in eis que sunt de suis feodis aut domaniis aut tresfondis. Item dicunt quod homines scutarii, tam etiam laudunenses quam etiam alii, tenent et observant hujusmodi appellationes factas ad curiam domini Regis. Licet autem hec inquisitio facta fuerit absque consensu episcopi laudunensis, tamen in scripto fuit ei tradita et ipse scriptum recepit coram ipsis, quasi ad habendum consilium super eam.

Digitized by Google

XCII.

CARTA domini episcopi belvacensis super custodia terre et hominum de Potestatibus sibi concessa a capitulo remensi. Novembre 1222.

Cart. G du chap., fol. 106.

Milo divina miseratione belvacensis episcopus, omnibus.... Noverit universitas vestra, quod remensis ecclesia nobis ad vitam nostram, quamdiu episcopus fuerimus, concessit custodiam terre sue et hominum suorum de Potestatibus, mediantibus conventionibus que in ejusdem ecclesie litteris super hoc confectis plenius continentur; quarum tenorem de verbo ad verbum presenti pagine duximus inserendum, qui talis est.

B. prepositus, P. decanus, W. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres.... Noverint universi, quod nos pensata utilitate ecclesie nostre, venerabili patri et domino M. Dei gratia belvacensi episcopo, terram nostram de Potestatibus, ad vitam suam, quamdiu episcopus fuerit, taliter concessimus custodiendam, quod ipse pro custodia ejusdem terre habebit justicias, et omnia forefacta que de eadem terra levabuntur; item fenum pratorum ecclesie de eadem terra; gallinas que debentur remensi ecclesie in Potestatibus; medietatem redditum Mauberti Fontis et Mellemontis, exceptis decimis. Si quas autem novas villas in eadem terra fecerit episcopus memoratus, tres partes de proventibus earum habebit, et ecclesia nostra quartam partem proventuum eorumdem. Quicquid autem in eadem terra acquisierit, toto tempore vite sue integre tenebit; post decessum autem ipsius, quicquid in eadem terra acquisierit vel edificaverit [1], ad ecclesiam nostram libere revertetur. Concessimus etiam eidem capitulo [*sic*, episcopo?] proventus nemorum provenientes ex venditione glandium, et pastura nemorum; ita videlicet, quod si occasiones vel querele ex venditione hujusmodi glandium vel pasture, aliquatenus orirentur, prefatus episcopus super hoc tenetur ecclesiam nostram conservare indempnem.

[1] Le *Nécrol. eccl. rem. porte* : « Non. septem. decessit donnus Milo episcopus belvacensis, et quondam noster prepositus, qui fecit nobis duas villas in Potestatibus, scilicet Mauberti Fontem et Mellemont, de quarum proventibus quos recipiunt senescalli, in anniversario suo sexaginta solidi distribuuntur. Dedit eciam plures reliquias que in ecclesia nostra requiescunt. » Voy. *Gall. christ.*, IX, 742.

Digitized by Google

Preter hec concessimus dicto episcopo, pro custodia supradicta, terciam partem omnium proventuum aliorum a proventibus supradictis, in tota terra quam modo tenent prebendarii, et in terra quam emimus a domino Rogero de Roseto; ita videlicet quod sepedictus episcopus, propter dictam partem terciam, et alia que de terra percipiet memorata, centum et novem libras remensis monete nobis singulis annis persolvet..... Porro dictus episcopus prebendarios de Potestatibus, sive etiam eorumdem nuntios, quotiens et quamdiu debitam et moderatam moram fecerint in Potestatibus, pro suis redditibus vendendis, colligendis, assignandis, sive etiam pro solutione sibi de suis redditibus facienda, honeste in dictis Potestatibus procurabit; hoc idem facturus nuntiis ecclesie remensis, quos eadem ecclesia in Potestates, pro aliquo ejusdem terre negotio, destinabit; similiter et aliis quam prebendariis, quibus ecclesia remensis, si maluerit, portionem prebendariis attributam duxerit assignandam. Sed si prebendarii, vel alii prescripti, immoderatam et indebitam moram facerent in Potestates, ad consilium decani emendaretur. Ad hec sepedictus episcopus negotia et causas que amodo in Potestatibus orientur pro eadem terra et hominibus, et quas oporteret ecclesiam nostram procurare, propriis sumptibus et laboribus procurabit; ita tamen quod si causa fuerit mota contra nos de trefundo ejusdem terre, ecclesia nostra, si voluerit, procutorem (*sic*) et consilium ad dies in sumptibus episcopi destinabit. Ceterum memoratus episcopus ballivum sive servientem suum habebit et tenebit in Potestatibus, in expensis propriis, qui terram custodiet, et annonam tam molendinorum quam aliorum redditiuum, si necesse fuerit, et prebendariis, vel aliis quibus portio prebendariorum fuerit assignata placuerit, recipiet communibus expensis, et fideliter custodiet, donec annonam vendi contigerit memoratam, vel de ipsa a predictis aliter fuerit ordinatum. Sepedictus etiam episcopus, de assensu decani remensis, duos de canonicis remensibus ponet loco sui, qui prebendariis de Potestatibus, sive illis qui loco prebendariorum fuerint, debitam facient justitiam super hiis de quibus conquerentur in Potestatibus, pro suis redditibus; et iidem duo canonici, si dictus episcopus defuerit in solutione supradicte annue pensionis, satisfacient ecclesie remensi de eadem pensione infra quindecim dies post terminos ad eandem pen-

Digitized by Google

sionem solvendam episcopo superius assignatos. Quod si dictus episcopus non potuerit remensem canonicum (*sic*) invenire, qui pro ipso ecclesie remensi respondeant in hunc modum, vel si etiam maluerit, de consilio et assensu decani remensis, alios duos viros idoneos ponet loco sui, qui prorsus eodem modo de premissis capitulo respondebunt, et aliis supradictis, et super hiis subicient se jurisditioni et cohertioni nostre. Dictus autem episcopus cum voluerit, poterit mutare dictos suos canonicos, vel alios in modum premissum loco sui positos, et alios loco ipsorum substituere, et hoc semper faciat de consilio et assensu decani remensis; ita tamen quod priores semper tenebuntur nobis, et prebendariis, vel aliis qui ad portionem prebendariorum fuerint assignati, donec loco amotorum alii fuerint substituti qui loco priorum a nobis poterunt conveniri. Quod si taliter positi loco episcopi, antequam alii ab episcopo pro ipsis substituerentur, decederent vel cederent, sive etiam alter eorum, dictus episcopus post eorum decessum, sive cessionem, loco cedentium vel decedentium, infra quindecim dies postquam ad eum pervenerit, alios in modum substituet supradictum. Dictus autem episcopus, vel dicti duo canonici, vel duo alii positi, in loco episcopi positi, quolibet anno in festo B. Johannis, vel infra quindenam ejusdem, sufficientes nobis dabunt fideijussores de supradicta pensione nobis suprascriptis terminis exsolvenda. Preter hec supradictus serviens, sive ballivus episcopi qui in Potestatibus morabitur, jurabit nobis et prebendariis, quotiens de novo ibi ponetur ab episcopo, quod fideliter custodiet redditus, terram et homines de Potestatibus, nec ibi faciet exactiones aliquas, nec nemora vendet, nec dabit marementum de nemoribus sine assensu nostro; et idem serviens, sive ballivus, sub juramento suo respondebit duabus personis quas episcopus loco sui posuerit in modum premissum, de omnibus que in Potestatibus ad episcopum pertinuerint sepedictum. Ceterum idem episcopus in pleno capitulo promisit, in Verbo Domini, quod bona fide terram et homines de Potestatibus custodiet, et supradictas conventiones, quantum in se fuerit, fideliter observabit, et quod [non?] faciet in eadem terra tallias vel exactiones indebitas; et si exactiones aliquas ibidem fecerit, de quibus visum fuerit preposito, decano, et cantori remensibus, vel duobus ex ipsis, quod non fuerint faciende,

consilio eorumdem, vel duorum ex ipsis, sicut dixerit (*sic*), emendabit; alioquin due persone, in modum premissum loco ipsius posite, nobis super hoc respondere tenebuntur. In quorum omnium testimonium... Actum anno Domini M° CC° vicesimo secundo, mense novembri.

Nos itaque M. episcopus belvacensis, supradictas conventiones super custodia terre de Potestatibus, in modum prefatum, inter nos et remensem ecclesiam habitas, quantum in nobis est, ratas habemus et firmiter approbamus. Ad majorem etiam securitatem in posterum, promisimus in pleno capitulo remensi, in Verbo Domini, quod dictam terram Potestatum, secundum quod nobis a capitulo concessa est ejus custodia, bona fide custodiemus, nec ibi faciemus tallias et exactiones indebitas, et si fecerimus, ad dictum eorum qui superius sunt expressi, curabimus efficaciter emendare. In quorum omnium testimonium.... etc. Actum anno Domini M° CC° vicesimo secundo, mense novembri.

XCIII.

Novembre 1222.

CARTA officialis de emenda quam fecerunt Symon Apostolicus et J. Haquilinus, ballivi comitis Campanie.

Cart. G du chap., fol. 100.

Magister Willelmus et Th. canonici et officiales remenses, omnibus.... Noverit universitas vestra, quod cum Symon Apostolicus et Jacobus Haquilins de Suppia, ballivi comitis Campanie, traherentur in causam coram capitulo remensi, super eo quod in terram remensis ecclesie quam habent (*sic*) apud Murmenrium, per vim dicebantur intrasse, et in eadem terra furnum quendam per violentiam diruisse; tandem dicti Symon et Jacobus, in nostra presentia constituti, supradictam violentiam et injuriam, quam se fecisse mandato prefati comitis coram nobis recognoverunt, domino Petro decano remensi, pro remensi ecclesia emendaverunt; in manu ejusdem decani fide prestita corporali, quod super prefatis violentia et injuria starent mandato remensis ecclesie. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo remensis curie fecimus consignari. Actum anno Domini M° CC° vicesimo secundo, mense novembri.

Digitized by Google

XCIV.

Carta qua Briardus aurifaber, civis remensis, et Agnes uxor ejus, terram concedunt monialibus ordinis cisterciencis de Claro Marisco juxta Remos, tali conditione apposita, quod dictæ moniales ad præfatum locum se omnino transferrent et facient ibidem domum suam religionis [1]. Ann. 1222.

Gall. christ., x, Instr., col. 58.

XCV.

Epistola Honorii pape III, qua mandat judicibus delegatis ut absolvant a censura episcopum laudunensem et capitulum ejus, qui archiepiscopo remensi recusaverant litteras prædicationis a capitulo remensi postulatas, pro reparanda ecclesia B. Mariæ remensis, anno M° CC° X° [2] fortuito incendio conflagrata [3]. 1122 ou 1123.

Marl., II, 470.

XCVI.

Carta libertatum et consuetudinum hominum de Coulommes prope Attigniacum. Juillet 1223.

Cart. A de l'Archev., fol. 25, verso.

Guillermus.... archiepiscopus.... Pastoralis sollicitudo nos admonet incessanter, consuetudines et jura ab antecessoribus nostris rationabili circonspectione stabilita, modis omnibus conservare, et eadem ad augmentum honoris et utilitatis nostre propensius propagare. Ea propter, dilecti fideles filii homines de Colommes, paci et utilitati vestre providere cupientes, libertatem et consuetudines subscriptas perpetuo possidendas vobis et successoribus vestris concedimus et confirmamus.

[1] En même temps que l'abbaye de Clairmarais s'élevait aux portes de Reims, les Jacobins, les Cordeliers, les Claristes, étaient reçus dans l'intérieur de la ville. Voir Marl., II, 499.

[2] « Inscriptio cerei paschalis ecclesiæ S. « Mariæ remensis, et multi scriptores habent « an. M°. CC°. XI°. » (Lacourt, Marl. annot., II, *not. in front.*, fol. 49.)

[3] Sur la construction et les dimensions de la cathédrale actuelle, consultez Marl., II, 471, et la description de M. Povillon-Phierrard.

Digitized by Google

Decernimus ergo, vos et posteros vestros, ab exactione que vulgo tallia dicitur semper esse liberos, et ad legitimas consuetudines confirmari volumus [*sic*, reformari?], quas per singula capitula fecimus annotari. Statuimus siquidem, ut singulis annis, in festivitate B. Martini hiemalis, unusquisque vestrum qui equm ad carrucam non habuerit, solvat nobis unum cartellum avene; qui vero ad carrucam unum, vel duos, vel plures, habuerit, de singulis equis solvat unum cartellum avene; et de singulis bobus ad carrucam trahentibus, unum quartrellum avene; et de uno quoque igne, unam gallinam. Furnum habebimus ad bannum in eadem villa tali modo : de triginta et duobus panibus, nobis reddetis unum. Aqua libera erit et communis omnibus ville, et si archiepiscopus aliquod molendinum fecerit, et stagnum habuerit, licebit ei servare piscaturam stagni. Vendere et emere ad ratam mensuram de Attigniaco, unusquisque poterit, sine licencia majoris, vel prepositi, sicut antiquitus. Calvachiam nobis facietis eodem modo quo et illi de Attigniaco. Carreta nulla nobis facietis, nisi et assensu ville. Ad custodiendum segetes et prata nullum bannum erit, nisi sicut consuevistis per bannum ecclesie conservare. Quatuor juratos habebitis, qui nobis et toti ville fidelitatem jurabunt, nobis de jure nostro, ville de justicia, et causis, et justiciis exequenda. Duos scabinos habebitis, et majorem unum, qui similiter jura nostra et jura ville jurabunt; et major et scabini ponentur per assensum quatuor juratorum, et quatuor jurati de assensu ville. Duo eorum juratorum singulis annis amovebuntur, nisi tales inventi fuerint quod pro utilitate ville debeant retineri; et majores et scabini similiter amovebuntur. Si quis aliquem percusserit, et sanguinem non fuderit, vel si fuderit, si membrum truncaverit, si homicidium fecerit, habebimus bannum nostrum et forisfactum; quod si negare voluerit, et res in palam facta non fuerit, judicio scabinorum purgabit se, vel emendabit. Bannum fractum erit quindecim solidorum; simplex justicia duorum solidorum. Jus scabinorum est habere de emendatione forisfactorum, de quibus clamor et responsio fiat ante eos, quatuor denarios, quos solvet ille qui justiciam emendabit. Corpus homicide et ejus possessio in manu nostra erunt; quod si ille qui lesus est, de familia nostra fuerit, judicio nostro et curie nostre emendabitur. Nulli liceat hominem capere in eadem villa,

Digitized by Google

quandiu paratus erit stare juri in eadem villa. Hominem de mortali facto nemo conducet in eadem villa, preter nos et senescallium nostrum [1] jussu nostro, sed neque eum qui villam predatus fuerit, quandiu predam detinebit. Si quis extrahabitantium in eadem villa manere voluerit, maneat secundum consuetudines antedictas; et quando extra manere voluerit, exeat in pace, rebus suis salvis, etiam consuetudinibus nostris, et jure nostro. Nullus requiret hereditatem suam post mortem antecessoris sui, quia non est consuetum in villa, sed tenebit sicut heres. De harmis non habendis justicia non poterit exhiberi. Quando sedes remensis vacaverit, villa et ea que habet archiepiscopus in ipsa, in manu capituli remensis erunt, donec archiepiscopus substitutus erit. Preposito non liceat aliquem citare extra villam, cum paratus sit stare juri in eadem villa, nec majori similiter. Si quis in eadem villa venire voluerit, et ibi mansionem facere, maneat secundum consuetudines ville et secundum libertatem predictam, ita quod reddet in ingressu suo archiepiscopo unum quartellum avene et unam gallinam, et majori octo nummos, et scabinis quatuor. Hanc igitur libertatem confirmamus, et singulis quindecim annis renovabitur idem juramentum a nobis. Ut ergo ista constitutio perpetue robur obtineat firmitatis..... Datum per manum Hugonis cancellarii nostri, anno..... M° CC° XX° III°, mense julio.

XCVII.

Epistola Ludovici VIII Francorum regis Remensibus, qua eis mandat ut subveniant Willermo remensi archiepiscopo, expensis pro regia coronatione factis gravato [2]. Août 1223.

Marl., II, 508. — Duchesn., Hist. des Card. franç., II, 138. — Bergier, entrée de Louis XIII à Reims, fol. 82, recto. — Cart. A. de l'Archev., fol. 30, verso, etc.

Ludovicus, Dei gracia Francorum rex, dilectis suis scabinis et civibus remensibus in banno archiepiscopi remensis commorantibus,

[1] Nous avons déjà vu le bailli et le prévôt de l'archevêque cités comme officiers actifs de sa justice. Le sénéchal, dont le nom reparaît ici, n'était déjà plus sans doute que le chef honoraire de cette même justice.

[2] L'histoire des sacres n'appartient à notre sujet qu'autant qu'elle peut jeter quelque jour sur l'histoire de la localité. Nous avons donc omis tout ce qui, dans cette cérémonie, appartient à l'histoire générale, pour laquelle nous renvoyons à la liste des ouvrages indiqués par le père Lelong, II, 703, et plus spécialement à l'incomparable compilation de D. Martenne, *de antiquis Ecclesiæ Ritibus*.

Digitized by Google

salutem. Cum dilectus et fidelis noster Wuillermus remensis archiepiscopus magnas et graves in coronamento nostro fecerit expensas, nec

cependant nous croyons devoir transcrire ici un fragment curieux, perdu dans un ouvrage obscur du père Lelong (*Abrégé roy. de l'All. chron. de l'Hist. sacr. et prof.*, I, 619), qui attribue au XIIIe siècle le manuscrit d'où il l'a tiré. Ce manuscrit a péri dans l'incendie de la Chambre des Comptes, mais nous avons pris la copie qui a été collationnée avec soin sur les registres, † fol. 25, *Pater*, fol. 163, *Noster*, fol. 25b, *Qui es*, fol. 27, de la Chambre des Comptes, copie qui se trouve aujourd'hui aux Archives du royaume.

C'est l'ordonnance à enoindre et à couronner le roy.

« Premièrement, l'en doit appareiller un eschaffeau un poy haut, joignant au cuer de l'église, au dehors, mis ou milieu entre l'ung et l'autre cuer, ouquel l'en montera par degrés, et ouquel puissent estre avecques le roy les pères du royaume de France et autres, se metiers est.

« Au jour que li roys vient à estre couronnez, il doit estre receu à procession des chanoines de la mère église et des personnes des autres églises conventuaux.

« Le samedy devant le diemanche que le roy doit estre consacrés et couronnez, après complie chantée, doit estre baillié l'église à garder aux gardes qui seront à ce establiz du roy, avecques les propres gardes de l'église, et à la nuict assés tost, le roy doit venir à la dite église pour faire l'oraison et veillier illec en oraison une pièce, se il veult. Quant l'en sonne aux matines, les gardes le roy doivent estre appareillés pour garder l'entrée de l'église, et doivent mettre ens honorablement et à diligence entre les autres les chanoines et les clercs de l'église, et adonc et par après de jour, quant mestier sera, et les autres entrées de l'église doivent estre bien et fermement fermées et garnies. Les matines doivent estre chantées si comme il est accoustumé, et icelles matines chantées, l'en sonne prime; et après prime chantée li roys doit venir à l'église et avecques li les arcevesques et les évesques, et les barons que il voldra faire mectre ens, et si doit venir ançois que l'iaue benoiste soit faite; et doivent estre les siéges ordennez environ l'autel où les arcevesques et les évesques doivent seoir honorablement, et les évesques qui sont pères du royaume un poy au dehors en l'encontre de l'autel, non pas loing du roy; ne ne doit pas avoir moult de gens mis entre euls desavenamment.

« Entre prime et tierce doivent venir les moines de Saint-Remy à procession, o les croix et les cierges, et avecques la sainte ampole, laquelle li abbés doit porter à très grant révérence, sous une courtine de soye, portée sur quatre perches de quatre moynes vestus en aubes; et quant il vendront à l'église Saint-Denis, ou se il convenoit mieux, pour la presse se elle estoit trop grant, jusques à la porte greigneur de l'église, li arcevesque doit aller encontre, et avecques li les autres arcevesques, les évesques et les chanoines, et se ce poeet faire; et se ce ne peut estre fait pour la grant presse qui seroit dehors, allassent avecques li aucuns des évesques et des barons. Adonc li arcevesques doit prendre l'ampole de la main de l'abbé, et si li doit promectre en bonne foy que il li rendra; et en telle manière doit li arcevesques porter icelle ampole à l'autel, o grant révérence du peuple, et le doit accompaigner li abbés avec aucuns de ses moynes, et les autres doivent actendre tant que tout soit parfait; et donc la sainte ampole sera raportée ou en l'église de Saint-Denis, ou en la chapelle Saint-Nicolas.

« Ces choses faictes, li arcevesques se appareillera à la messe vestuz de plus nobles vestemens et du palle, avec les diacres et avecques les souz-diacres; et doit, en cette manière vestus, venir à l'autel à procession, si comme il est accoutumé; et li roys se doit lever o révérence, et ester illec. Et quant l'arcevesques sera venuz à l'autel, il, ou aucun des évesques pour tous, et pour les églises qui leur sont soumises, doivent deman-

Digitized by Google

sine vestro et aliorum de terra sua auxilio sufficiat ad solvendum; mandamus vobis quatinus tale auxilium in solvenda pecunia illa fa-

der au roy que il promecte et afferme par son serrement à garder et à faire garder les droictures des évesques et des églises, si comme il avient au roy à faire en son royaume, et les autres choses, si comme elles sont contenues en l'ordinaire, où trois choses li sont proposées à estre promises et jurées, hors le serrement de la nouvelle constitution du concile de Latran; c'est assavoir, de mettre hors de son royaume les herges. Et ces choses promises du roy, et fermées par son serrement sur les saintes évangilles, tuit ensemble chantent: *Te Deum laudamus*. Entre ce l'en doit avoir appareillé et mis sur l'autel la couronne le roy et l'espée mise dedens son fuerrel, ses esperons d'or, son sceptre doré et sa verge à la mesure d'un conte ou de plus, qui aura au-dessus une main d'yvoire.

« Item, les chauces de soye de couleur de violette, brodées ou tieussues de flours de liz d'or, et la cotte de cette couleur et de celle euvre mesme, faites en manière de tunique dont les sous-diacres sont vestuz à la messe, et avecques ce le sercot qui doit estre du tout en tout de celles mêmes couleur et de celles mesmes euvres; et si est fait à bien près en manière d'une chappe de soye sans chapperon. Toutes lesquelles choses devant dittes li abbés de Saint-Denis en France doit apporter de son moustier à Reims, et doit estre à l'autel et garder les. Li roys sera en estant à l'autel, et despoillera sa robe fors sa cotte de soye et sa chemise, qui seront ouvertes bien aval devant et derrières, c'est assavoir ou piz et entre les espaules, et les ouvertures de la cotte seront à la foiz reclozes et rejointes avecques attaches d'argent.

« Adonc tout premièrement li grans chambères de France chaussera illec au roy les devantes dites chauces, lesquelles li abbés de Saint-Denis li baudra, et après li duc de Bourgoigne li mettra les esperons d'or es piez, que li abbés de Saint-Denis li baudra, et maintenant li seront ostés. Après l'arcevesque tout seul saindra au roy l'espée avec le fuerrel, laquelle espée sainte li arcevesque mesmes traira hors du fuerrel, et le fuerrel sera mis sur l'autel, et li arcevesques mectra au roy l'espée en sa main, et le roy la doit offrir humblement à l'autel, et maintenant il la reprendra de la main à arcevesques et la baudra tantôt au sénéchal de France à porter devant luy en l'église jusques à la fin de la messe, et après la messe quant il yra au palais.

« Ces choses ainsy faictes, et le cresme mis à l'autel sus une patène consacrée, li arcevesques doit appareiller à ouvrir la sainte ampole sur l'autel, et doit traire à une aiguille d'or aucun petit de l'huile envoye des cieux, et mesler o grant diligence avec le cresme qui est appareillé à enoindre le roy, liquels roys seulement resplendist devant tous les autres roys du monde de ce glorieux privilége que il singulièrement soit enoint de l'uille envoye des cieux.

« Adonc l'en li defferme les devant des attaches des ouvertures devant et derrière; après il se doit mectre à genouz à terre, et donc il doit estre enoint premièrement au-dessus du chief de la devant ditte oylle, la seconde fois ou piz, la tierce entre les espaulles, la quarte aux espaulles, la quinte en la jointure des bras, et en demantières que l'on enoint, cil qui sont entour doivent chanter cette antienne: *Inunxerunt regem Salomonem*, après l'en li doit refermer les attaches des ouvertures pour l'onction.

« Adonc li chamberiers de France li doit vestir la devant ditte cote de l'euvre et de la couleur devisez cy-dessus, et li abbés de Saint-Denis la doit bailler à icelluy chamberier, et aussy li doit le chamberier vestir par-dessus le devant dit sarcot, en telle manière que il doit avoir la destre main délivre devers l'ouverture du sercot, et sur la senestre main doit estre levé le sercot aussi comme le chasuble d'un prestre, et après li arcevesques li met le ceptre en la main dextre, et la verge en la senestre; et derrenièrement appelés les pers de France qui sestent entour, li arcevesque prend la cou-

ciatis eidem, quod non solum ipse, sed etiam nos ipsi vos in facto isto debeamus commendare; nec difficultatem aliquam pretendatis, scientes quod si archiepiscopus etiam vellet vos a missione ista absolvi, nequa-

ronne royal et il seul la met ou chief du roy, et icelle couronne mise, tuit li per et clercs et lays y doivent mettre les mains et sousteuir la deçà et delà, lors doit li arcevesques avec les pers qui soustiennent la couronne mener le roy ainsy aourné en la chaire qui ly est appareillée et aournée de draps de soye, et le doit illec mettre en son siége, qui doit estre si haut que tous le puissent veoir; et doit li arcevesques pour révérence baiser le roy sceant en telle manière en son siége, et après li arcevesques et li lay pers qui soutiennent la couronne; et en ceignant luy l'espée, si comme il est dessus dit, et quant li arcevesques l'enoint, et quant il li baille le ceptre et la verge, et il li met la couronne, et quant il s'assiet en sa chaière, il dit les oraisons qui en leurs lieues sont escriptes en l'ordinaire; en telle manière assis le roy en sa chaière, et les pers du royaume avec li qui soustiennent la couronne, li arcevesques retourne à l'autel.

« Collationné par nous, conseiller maître, à ce commis. *Signé* Buzeau. »

C'est comment la royne doit estre enointe et couronnée.

incipit primo archiepiscopus : Veni creator, etc., que sequitur (*sic*) velud in synodo; postea evangelium, postea oracio et hujus [modi] secundum quod in synodo; postea sermo, postea pronunciantur statuta in scriptis, et hiis actis, sequitur benedictio. Dyaconus dicit : Humiliate vos ad benedictionem. Respondet clerus : Deo gracias. — Benedictus Christus Dei filius, qui est inicium et finis, complementum nobis tribuat caritatis. Amen. — Et qui vos hujus fecit pervenire concilii (*sic*), absolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen. — Ut ab omni reatu liberiores effecti, absoluti eciam per donum S. Spiritus, felici reditu vestrarum sedium cubilia resumatis illesi. Amen. — Quod ipse prestare dignetur, etc.

Ad refrenandas feneratorum fraudes innumeras, quas jugiter meditantur, ut possint aliorum substancias exhaurire, remedium aliquod nos convenit invenire. Statuimus igitur, ut si quis super usuras fuerit diffamatus crimine, licet nullus accusator appareat, prelatus loci sola fama defferente, descendat et inquirat; et si clamorem opere completum compererit, in criminosum canonicam exercere non differat ulcio-

même. Le concile de 1231 est la réponse à l'acte de 1225, ou aux plaintes qui lui ont donné naissance. On y arrête des mesures contre quiconque touchera aux biens ecclésiastiques. Les barons, en 1225, se sont adressés au roi; les évêques, en 1231, s'adressent également au roi. Mais le roi n'est encore que le premier et le plus puissant des barons féodaux. Il agit comme ceux-ci, et encourt la censure de ceux-là. De juge il devient partie. Une première lutte s'engage dans la province de Rouen *; et avant que celle-ci ne soit terminée, une seconde lutte éclate dans le diocèse de Beauvais; les barons se rangent derrière le monarque agresseur, le clergé se groupe autour des prélats menacés; et il en résulte un conflit dont nous ne faisons entrevoir ici l'importance, que pour assigner la sienne au concile que nous publions pour la première fois, mais sur lequel nous nous proposons de revenir. (Voir plus bas la note de la pièce n° CXXII.)

Avant de terminer ce que nous avions à dire du concile de 1231, il nous reste à avouer une difficulté à laquelle nous n'avons point trouvé de solution satisfaisante. Les manuscrits qui contiennent ses canons sont : le Livre Rouge, le cart. AB et le cart. E du chapitre. Tous l'inscrivent en tête des pièces qui concernent l'affaire de Beauvais. Marlot, qui publie plusieurs de ces pièces, et même un des canons de notre concile, en l'attribuant au concile de Noyon (21 février 1233), déclare que les actes de 1231 sont perdus. Sirmond, qui a eu communication de la lettre synodale de 1231, et des autres conciles, omet celui-ci. D'où vient l'ignorance de Marlot? d'où vient l'omission de Sirmond? est-ce erreur du copiste, mauvais vouloir du chapitre, dédain de l'historien? je l'ignore.

* Voyez Bessin., *Concil. rothom. eccl.*, part. II, 50, 51, 52; Rainal., *Annal.*, *ad ann.* 1232, n° 26, et 1233, n° 62; d'Achery, *Spicil.*, III, 614, 615.

nem. Si autem non probatum fuerit contra taliter diffamatum, si fama tamen adhuc crescat, ad sedandum scandalum, secundum discretum prelati sui arbitrium, taliter diffamato purgatio canonica indicatur; in qua si deffecerit, canonice puniatur.

Ad hoc, quia sepe per advocatorum calliditates hujusmodi cause prorogantur, et sic tales in suis criminibus deffenduntur, precipimus ut in qualibet causa usuraria, statim peticione edita per quam spes future litis demonstratur, juramentum hujus[modi] ab advocato quolibet exigatur, videlicet quod ipse credit se justam causam deffendere, et quam cito credet contrarium, non solum a patrocinio prestando desistet in eadem causa, sed ab omni consilio et auxilio tam publico quam privato. Si vero aliquis advocatus tante pompe fuerit, ut ore proprio aliquid non proponat, sed proponenti assistat, precipimus ut ipse prestet similiter juramentum. Hanc autem constitucionem extendimus ad procuratores gerentes officium advocati. Qui vero premissa jurare renuerit, quamdiu eadem causa tractabitur, a curia penitus excludatur. Si quis autem advocatus post prestitum juramentum detentus fuerit degerasse, infamia notetur; et non solum advocacione careat, ymo foro.

Ut autem hec constitucio firmiter observetur, pena unius mensis a judicandi officio, videlicet qui circa premissa observanda negligentes extiterint, decernimus puniendos.

Quia vero per advocatorum effrenatam multitudinem, et impericiam causarum, multociens processus impeditur, precipimus omnibus judicibus ut ipsi diligenter provideant, ut eorum onerosa multitudo in causis omnibus refrenetur, et solum digni ad hoc officium admittantur.

Si cultum domus Dei circa numerum ministrorum ampliaverint reges Veteris Testamenti, nos pontifices sustinere non debemus, saltim in ecclesia Dei, diminui numerum servitorum. Sane pro certo didicimus, quod quidam abbates prioratuum adeo exhauriunt facultates, quod iidem prioratus debito monachorum numero deffraudantur. Cum igitur non debeamus hoc sub dissimulacione pertransire, statuimus ut prelati visitacionis officium exercentes, diligenter inquirant inter alia quantus debeat esse numerus servitorum; et si diminutus fuerit, abbati nuncient, ut infra mensem suppleat numerum diminutum secun-

Digitized by Google

dum quod possint sufficere facultates. Quod si facere noluerit, per satisfactionem bonorum vel alio modo, secundum quod prelati expedire viderint, compellatur. Precipimus autem ut hoc statutum, absque accepcione personarum, ab omnibus inviolabiliter observetur. Si vero qui super hoc inventus negligens fuerit, sciat se in sequenti concilio graviter puniendum. Hanc autem constitucionem extendimus ad canonicos regulares nomine. Adicimus eciam, quod in locis ubi plures monachi consueverint esse, compellantur abbates per ordinarios, ut ibidem solitum numerum constituant monachorum, non amotis monachis dicta loca dantes ad firmam grangias aliquatenus redigentes [1].

Sacras constituciones legentibus satis liquet, quod laici nullam habent disponendi aliquomodo de rebus ecclesie potestatem. Verum nobis multorum questio patefecit, quod in tantum quorumdam principum secularium processit [audacia?] ut si aliqui conquerantur de aliqua ecclesiastica persona quod eis sit debitis obligata, statim irrequisito loci prelato, nec convictos, nec confessos, per capcionem bonorum, eos nituntur compellere ad ea debita persolvenda. Cum igitur istud sit manifeste contra canonicas et legitimas sanctiones, et eciam a racione discordet, precipimus ut prelati, si quando in eorum juridictione tale quid acciderit, in delinquentes hujus[modi] penam canonicam viriliter studeant exercere; nec eam relaxent, donec non solum de dampno, sed de injuria satisfecerint competenter.

De violatoribus ecclesiarum statuimus, ut si quis ab ecclesia alium violenter extraxerit, quamvis extractum restituerit, ab ingressu ecclesie se noverit per annum privatum. Si quis vero aliquem in ecclesia interfecerit, quamdiu vixerit ab ingressu ecclesie ipso facto sit privatus, nisi cum ipso per provinciale concilium fuerit dispensatum, salvis aliis penis que contra tales in canonicis constitucionibus continentur.

Contra questores ecclesiarum pro ecclesiis et piis locis, statuimus ut nulli predicatores mercenarii admittantur; sed per solos sacerdotes dictorum locorum negocia fideliter exponantur.

Ad quorumdam perversorum maliciam reprimendam [statuimus?],

[1] Le copiste a sans doute omis quelques mots dans cette dernière ligne.

ut si privatus in collegium, vel privatus in privatum, suam voluerit cedere actionem, hoc faciat coram ipso episcopo vel archidiacono ordinariam juridictionem habente, causa ab eodem cognita diligenter. Si vero aliter facta fuerit cessio, qui cessit careat jure suo, et is ad quem facta est cessio commodum non reportet; et si ex cessione tali agere attemptaverit, et monitus ab ordinario suo, infra quindecim dies non destiterit, ex tunc sciat se excommunicacionis vinculo innodatum.

Statuimus quod si aliquis abbas preter solitam et antiquam pensionem a priore suo propter aliquam causam rationabilem aliquid exigere voluerit et habere, illud prius loci dyocesano exponat, et causa sibi exposita et eciam disprobata concilio episcopi, a priore suo accipiat, pensatis domus facultatibus et necessitate quam patitur, subsidium opportunum. Eciam, si post hujusmodi statuti publicacionem quis abbas a priore suo, forma hujus non servata, aliquid duxerit exigendum, vel prior contra nostre constitucionis decretum ei duxerit erogandum, statuimus bona domus per episcopos saisiri, et priores alias debita animadversione puniri, ita, quod de cetero talia facere non attemptent.

In lateranensi concilio provida fuit deliberacione statutum, quod ad excommunicacionem alicujus, sine causa racionabili, et nisi legitima monicione premissa, nullatenus procedatur, pena eciam [lata in eos qui?] contra duxerint faciendum [1]. Ceterum, cum juris lator, qui diligenciam tantam in hujusmodi sentenciis promulgandis adhibuit, eas noluerit nisi in forma ecclesie relaxari, cum ex hoc vilipenderetur nervus ecclesiastice discipline; et nobis fuerit intimatum, quod quidam, ad preces aliquorum, sentencias excommunicacionis rite prolatas retractare presumunt, et excommunicatos absolvere, forma ecclesiastica non observata; districtius inhibemus ne de cetero aliquis sentencias suspencionis excommunicacionis ad aliquis (*sic*) instanciam, preter formam ecclesie relaxare presumat. Si quis vero, forma ecclesie non observata, aliquem absolvere, vel suam sentenciam revocare presumpserit, ingressum ecclesie per mensem sibi noverit interdictum.

Quia sepe contingit, quod a laicis bona ecclesiastica per violenciam

[1] Le canon dont il est ici question est le quarante-neuvième du quatrième concile de Latran, ouvert le 11 novembre 1215. (Conc. Labb., x, 196.)

Digitized by Google

capiuntur, et judices seculares in justicia [reddenda?] ecclesiasticis et religiosis personis se negligentes exibent vel remissos, statuimus quod quilibet episcopus, post monicionem legittimam hujusmodi malefactoribus factam, si monicionibus noluerint obedire, per suam diocesim cessari faciat a divinis, exceptis baptismo parvulorum et penitenciis mortuorum, in illa parochia in qua detinebuntur bona persone ecclesiastice sic a laicis per violenciam occupata; et tamdiu cessetur ibidem, donec fuerint dominis restituta et ecclesie de excessu hujusmodi legitime satisfactum.

Nulli autem predicatori, vel minori, seu religioso cuilibet, detur licencia a prelatis predicandi, confessiones audiendi, penitencias injungendi et similia faciendi; preterquam in civitate vel diocesi, in qua vel quibus sit conventus talium, et quod ejusdem conventus sit cui talia committuntur; dummodo sit conventus ibi talium religiosorum, alioquin assumi valeant aliunde, generalibus ministris vel prioribus dumtaxat exceptis, et magistris in theologica facultate.

Item de religiosis privilegiatis qui qualitercumque committunt excessus, observetur districtissime quod in jure statutum est contra tales, et viriliter ac uniformiter contra eos per locorum ordinarios procedatur.

Item statuimus, quod fautores, consiliarii, et deffensores laicorum contra jura ecclesiastica et ecclesiasticas facultates, pena teneantur super hiis in jure statuta.

Item compellantur judices seculares per censuras ecclesiasticas, auctoritate concilii, ne de crimine usure, de sacrilegio, aut alio crimine ecclesiastico aliquatenus cognoscant; nec super hujusmodi cognicione detur eis auctoritas a prelatis.

Quia plerumque contingit, quod domini seculares, baillivi et prepositi ac justiciarii eorumdem, bona ecclesiastica seu res ecclesiasticas capiunt, arrestant et detinent, seu capi, arrestari et detineri faciunt minus juste et sine causa rationabili, in prejudicium ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum; et tamen non reperiantur in diocesibus in quibus hoc faciunt, vel fieri mandant, seu in quibus auctoritate ipsorum talia perpetrantur, propter quod diocesani episcopi in quorum territorio res et bona predicta capta, arrestata sunt et detenta,

in predictos dominos seculares, baillivos, prepositos, et alios justiciarios ipsorum, extra territorium suum juridictionem ecclesiasticam non exerceant. Sed ne predicta maleficia remaneant impunita, et ne ipse ecclesie aut persone ecclesiastice per usurpaciones hujusmodi dispendium paciantur, statuimus ut ille episcopus sub cujus juridictione prefati malefactores consistunt, vel ejus officialis aut vicarius, ad requisicionem alterius episcopi in cujus diocesi premissa fuerint perpetrata, vel ejus officialis vel vicarius, competenter moneat dictos malefactores, quod predicta bona seu predictas res ecclesiasticas reddant et deliberent, sine custu et dampno, nisi causam, etc. (*sic*); quam si allegaverint, prefigatur eis dies certa et competens coram episcopo in cujus diocesi premissa fuerunt perpetrata, aut coram officiali seu vicario ipsius. Si vero nullam causam allegaverint, hoc ipsum prefato diocesano aut ejus officiali seu vicario rescribatur, ut ex tunc contra dictos malefactores procedant ad excommunicacionem ipsorum, vel ad aliam penam eis infligendam, secundum quod viderint expedire.

Quia [1] intelleximus quod quidam monachi, religionis honeste et observancie regularis habitu derelicto, armati et in habitu seculari impudenter incedunt per mundum insolenter et temere taliter evagantes; statuimus ut quicumque episcopus, monachos aut alios religiosos, in habitu predicto, arma prohibita portantes, absque sui diocesani aut abbatis, seu prioris si abbatem non habeant, licentia, aut in suo diocesi invenerint ipsos monachos aut religiosos predictos, capi, detineri et arrestari, et ad diocesanum, vel abbatem suum, aut priorem si abbatem non habeant, perduci absque difficultate faciat quando super hoc modo debito fuerit requisitus.

[Epistola synodica pro ecclesiasticæ disciplinæ restitutione.]

Henricus [2], Dei gracia remensis archiepiscopus, ceterique remensis ecclesie suffraganei, apud S. Quintinum Viromenduem in concilio congregati, omnibus hec visuris, in Domino salutem. Scriptum est, quod alter debet alterius onera supportare, et quod frater fratrem adjuvans, ambo in benedictione erunt. Ut ergo primum consilium im-

[1] Ce canon est imprimé dans Marlot, II, 516; il l'attribue au concile de Noyon.

[2] A dater d'ici le reste des actes du concile se trouve dans Hard., VII, 179.

Digitized by Google

pleamus, et simus benedictionis participes, et legem Domini impleamus, attendentes quod laice persone dignitatem ecclesiasticam vilipendant, et honorem debitum, eciam ipsis episcopis, non impendant, ymo dum se volunt murum opponere pro deffendenda ecclesiastica libertate, plerumque a laicis diffidantur, nec assecurari valeant; ne vilescat tante dignitatis ordo, fuit in dicto concilio ordinatum, quod si episcopus diffiduciatus fuerit a quocumque, vel concilium suum, vel familia sua, contra diffidentem taliter procedetur : Diffidens monebitur ab episcopo de cujus fuerit diocesi, ut assecuret episcopum, familiam et consilium suum. Quod si facere noluerit, excommunicabitur monicione premissa. Quo excommunicato, ostendet episcopus illi domino sub cujus potestate et dominio erat diffidens, ut episcopum, consilium et familiam, a diffidente legitime faciat assecurari. Quod si facere noluerit, similiter excommunicabitur monicione premissa, et terra ejus supponetur interdicto; et modus iste observabitur gradatim usque ad principes et barones. Cum vero princeps vel baro excommunicatus fuerit pro deffectu, et terra ejus supposita interdicto, episcopus domino regi premissa faciet demonstrari, supplicando eidem, ut eum assecurari faciat, consilium, familiam et res suas, quamdiu voluerit, ubi voluerit stare juri. Si autem assecuracionem modo predicto a rege, quod absit, obtinere non possit, elapsis XL diebus, episcopus in potestate habebit pro suo periculo facere cessare in episcopatu suo a divinis; et si pecierit ab archiepiscopo suo, et coepiscopis suis ejusdem provincie, ut cum ipso plorent sue tribulationis participes, statim sue peticioni non acquiescent; ymo dominus metropolitanus, per se, vel episcopos suos, querimoniam sui fratris episcopi domino regi humiliter demonstrabit, supplicando et requirendo propensius, ut dictum episcopum assecurari faciat pro jus faciendo, ubi debuerit, et illatum dedecus emendari. Quod si forte non potuerit obtineri archiepiscopus et sui episcopi, peticionem dicti episcopi non poterunt non audire, imo, ipso cessante, omnes alii cessabunt, et facient cessari per episcopatus suos, nec resument organa, quoadusque ad honorem Dei et Ecclesie assecuracio facta fuerit cum emenda. Datum in dicto concilio, anno Domini M° ducentesimo tricesimo primo, mense augusto.

CXIX.

Février 1232. CARTA qua Theobaldus Campanie comes dat Henrico remensi archiepiscopo feodum quod habebat in domo de Gueux.

Cart. A de l'Archev., fol. 2, verso. — Suppl. de Rogier, p. 14.

Theobaldus Campanie et Brie comes palatinus, universis ad quos presentes littere pervenerint, salutem et dilectionem. Noveritis me dedisse karissimo domino meo Henrico venerabili archiepiscopo remensi, et successoribus suis, feodum quod ego habebam in domo de Gueux, qui (*sic*) fuit deffuncti Balduini de Reims, et feodum jardini eidem domui adjacentis, et tocius proprisii ejusdem domus, concedens eidem archiepiscopo et successoribus suis quod de illo feodo suam possint facere imperpetuum voluntatem. Datum anno.... M° CC° XXX° I°, mense februario.

CXX.

13 septembre 1232. PRIVILEGIUM Gregorii pape IX, quod canonicus in ecclesia remensi recipiendus debet jurare se esse de matrimonio procreatum.

Livre Blanc du chap., fol. 67, n° XLIV des Liber.

Gregorius episcopus, etc....., dilectis filiis decano et capitulo remensi..... Honorificentie magnitudo qua ecclesia remensis noscitur pro [*sic*, preeminere?] munere, non indigne requirit, ut sicut honore, ita fulgeat honestate; unde cum ex personarum decentia ecclesie decorentur, et de antiqua consuetudine, sicut ex vestra insinuatione accepimus, obtentum sit hactenus in eadem, ut nullus ibi, nisi juret se de legitimo matrimonio procreatum, in canonicum admittatur. Nos ipsius honestatem conservari volentes vestris postulationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut illegitime genitos recipere non cogamini, absque mandato sedis apostolice speciali, nisi per eam dispensatum fuerit cum eisdem. Nulli ergo, etc... Datum Agnanie, idus septembris, pontificatus nostri anno sexto.

CXXI.

30 novembre 1232. INSTRUMENTUM de reformatione sigilli S. Remigii remensis.

Thesaur. novus anecdot., tom. I, p. 972. — Cart. A de Saint-Remi, p. 131.

Digitized by Google

Ego P. decanus remensis, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod, elapsis circiter tredecim annis, sicut firmissime possum recolere, et non amplius, presens fui in pratello domini archiepiscopi remensis, sito in domo sua remensi, ubi idem dominus archiepiscopus Guillermus, in presentia sua et mea et plurimorum aliorum, sigillum conventus S. Remigii remensis osseum sive eburneum, super quendam lapidem puteo qui est in eodem pratello superpositum, fecit confringi; et dicto sigillo usque ad tempus illud usus fuerat prefatus conventus. Post modum vero, hoc est post confractionem dicti sigilli, novum sigillum ejusdem conventus, quo ex tunc usque ad presens tempus, usus est prefatus conventus, in mea presentia, de mandato supradicti archiepiscopi, ob securitatem majorem, perfectum est per ultime littere appositionem, et de manu mea redditum conventui memorato. In quorum testimonium presentes litteras emisi sigilli mei appensione signatas. Datum feria sexta ante festum beati Nicholai, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo secundo.

CXXII.

VIDIMUS cartæ communiæ civitati belvacensi a Ludovico VII collatæ anno M° C° L° I°, datus Noviomi, die lune post dominicam qua cantatur : *Invocavit me*, anno M° CC° XXX° II°, per Henricum remensem archiepiscopum, Jacobum suessionensem, Anselmum laudunensem, Philippum cathalaunensem, Godefridum cameracensem, Anchum attrebatensem, Godefridum ambianensem, Adam sylvanectensem, Petrum morinensem episcopos [1]. 21 février 1233.

Louvet, Hist. et Ant. du Beauv., II, 288 *bis*.

[1] Ce vidimus est évidemment donné dans un concile; et en effet la Notice rapportée plus haut, dans les notes de la pièce n° CXVIII, indique un concile tenu à Noyon dans la première semaine du carême de l'an 1233. Le concile de 1231 ne se rapportant que d'une manière indirecte aux démêlés qu'eut Saint-Louis avec le clergé de la province rémoise, celui que nous indiquons ici offre la première des cinquante et une pièces que nous avons réunies sur cette querelle célèbre. De ces cinquante et une pièces, vingt-neuf étaient déjà publiées, une ne l'était qu'en partie, vingt et une se trouvaient inédites. Inédites ou publiées, nous avons cru devoir toutes les reproduire pour trois raisons : 1°. les vingt-neuf pièces déjà publiées se trouvaient disséminées dans dix-sept ouvrages, dont les auteurs sont : Louvet, Hardouin, Marlot, Martenne, Rainaldi, Labbe,

Digitized by Google

CXXIII.

12 mars 1233. EPISTOLA Gregorii papæ et compromissum archiepiscopi et capituli remensis, super cessatione in ecclesia remensi.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III.

Henricus, Dei gratia remensis archiepiscopus, omnibus.... Noverit universitas vestra, quod cum discordia seu querela inter nos ex una parte, et capitulum remense ex altera, vertebatur, essent impetratæ litteræ a sede apostolica sub hac forma :

Gregorius episcopus, servus servorum Dei,.... abbati et priori S. Genovefæ parisiensis, et M. Petro de Collomedio capellano nostro, præposito S. Audomari morinensis diocœsis, salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte venerabilis fratris nostri remensis archiepiscopi fuit propositum coram nobis, quod remense capitulum occasione cujusdam consuetudinis, imo verius corruptelæ quam se habere proponunt, cum eis vel subditis suis aliquod gravamen infertur, nulla de offensa cognitione præhabita, organa sua suspendunt in ejus opprobrium, et gravamen ac scandalum plurimorum....; quare humiliter supplicavit, ut cum hoc frequenter præsumunt in suam injuriam

Justel, Laroque, Dupuy, Lacombe, Lenglet, Duchesne, d'Achery, les Bollandistes, le P. Anselme, la congrégation de Saint-Maur, et le collecteur des Preuves sur l'Hist. des Pairs de France; 2°. les vingt et une pièces inédites eussent perdu la moitié de leur sens si elles eussent été isolées; 3°. en effet, chaque pièce de ce débat, prise à part, paraît produite dans un intérêt purement local; mais quand on voit dans les unes l'autorité royale dessiner nettement sa position envers le clergé, en paraissant ne le faire qu'à l'égard de l'évêque de Beauvais; dans les autres, le clergé descendre réuni dans la lice où l'intérêt d'un seul avait été lésé par l'autorité royale; dans d'autres encore, la féodalité serrer ses rangs autour du monarque menacé; puis enfin le tiers-état accourir à son tour pour prendre sa part du combat, alors on comprend qu'il ne s'agit plus seulement de l'évêque de Beauvais, ni de l'échevinage de Reims, ni des griefs de tel baron, ni de tel droit du prince, mais bien de tous les intérêts généraux de l'époque; alors on comprend que royauté, clergé, féodalité et tiers-état, se trouvent engagés dans une de ces crises qui renouvellent la face des sociétés; et en y regardant de plus près, on voit bientôt que, sous prétexte de défendre l'évêque de Beauvais, c'est sa juridiction tout entière que défend le clergé; qu'en revendiquant un droit modique, la royauté ne fait que poursuivre un système; qu'en offrant son aide, la féodalité veut reconquérir ses droits; qu'en réclamant les siens, la bourgeoisie s'est habilement créé des appuis étrangers, et a saisi avec une rare sagacité un moment de collision générale pour attaquer par derrière l'ennemi commun que la royauté attaquait de front. — Dira-t-on que ceci n'appartient plus, à proprement parler, à l'histoire d'une ville? Mais que serait donc l'histoire d'une ville si elle n'appartenait pas à l'histoire du pays?

Digitized by Google

et contemptum et generaliter constitutione concilii sit provisum, ut si canonici absque manifesta rationabili causa, maxime in contemptum episcopi, cessaverint a divinis, metropolitanis [*sic*, metropolitani?] ad querelam ipsius, tanquam super hoc a sede apostolica relegatus (*sic*), taliter eos per censuram ecclesiasticam appellatione remota

(*sic*), et prædictus archiepiscopus nullum alium superiorem quam romanum pontificem habere noscatur, mandaremus super hoc juxta consuetudinem eandem, per viros providos et discretos, cum ab eodem archiepiscopo fuerint [*sic*, fuerimus?] requisiti, vice ac autoritate nostra, sublato appellationis inpedimento, procedi. Procurator vero ipsius capituli obtentis super hoc litteris, in communi audientia contradicens, proposuit ex adverso, prædictæ ecclesiæ suæ consuetudinem hactenus observatam, et firmatam archiepiscopi juramento, idem, de injuriis et gravaminibus ab ejus subditis eis vel suis illatis, ad requisitionem ipsorum, si præsens fuerit ipse, vel ejus bailivus debeat ipsis facere satisfieri; alioquin postea organa sua suspendere possunt, juxta consuetudinem supradictam; [et?] quia dictus archiepiscopus gravamina h [*sic*, horribilia?] pro sua dissimulat voluntate, iidem ne propter ejus negligentiam sui juris dispendium patiantur, organa sua interdum, secundum eandem consuetudinem, suspendere compelluntur..... Unde cum spiritualiter et temporaliter sub ejus dominio constituti, alium non habeant ad quem pro satisfactione injuriarum suarum recurrere valeant, et eo negligente ipsos defendere, ut tenetur, exponantur injuriis et rapinis (*sic*) difficile pro singulis gravaminibus ad sedem apostolicam laborare, humiliter supplicant, ut eos dignemur in suis libertatibus, immunitatibus et consuetudinibus misericorditer confovere. Quia vero pati nolumus dictum archiepiscopum indebite conservari,..... et præfatum capitulum propter ejus negligentiam exponi malefactoribus indefensum, et damnis et injuriis lacessari, eorumque consuetudines approbatas, libertates et immunitates perperam violari, discretioni vestræ, de utriusque partis procuratorum assensu, per apostolica scripta mandamus, quatenus inquisita super iis et cognita plenius veritate, quod æquitati et justitiæ consentaneum fuerit appellatione postposita, statuatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes

autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint.... Quod si non omnes iis exequendis.... Datum (*sic*).

Inter nos, et dictum remense capitulum, pro bono pacis sic convenit, quod solus magister de Collomedio ecclesiæ S. Audomari præpositus, ut judex audiat, vel audiri faciat, testes senes et valetudinarios de quorum morte seu longa dubitatur absentia, quos nos et dictum capitulum procedere [*sic*, producere?] voluerimus, prius expressis articulis probaturi, quorum attestationes sub sigillo dicti magistri signabuntur, ut eis utraque pars loco et tempore possit uti, salvo tamen jure utrique parti..... In hoc etiam consentimus, tam nos quam prædictum capitulum, quod non obstante receptione testium sic facta, omnes exceptiones et defensiones tam nobis quam ipsi capitulo, sicut antea competebant (*sic*). In cujus rei testimonium.... Datum anno Domini M° CC° XXX° II°, feria sexta ante *Lætare*.

CXXIV.

12 mars 1238. COMPOSITIO inter archiepiscopum et capitulum remense de cessatione in ecclesia remensi.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III.

Henricus, Dei gratia remensis archiepiscopus,.... Noverit universitas vestra, quod cum diu contra nos cessatum esset in ecclesia remensi, sanctæ ecclesiæ remensis consuetudinem et privilegia...., (*sic*) quod capitulum asserebat. Tandem cum venerabilis vir magister Petrus de Collomedio..... Remis, pro pace inter nos et dictum remense capitulum reformanda, personaliter accessisset, ad preces ipsius præpositi resumpsit organa capitulum memoratum, ita tamen quod ex hac resumptione organorum nullum prorsus præjudicium ipsi capitulo vel ecclesiæ remensi, quoad possessionem vel proprietatem, in aliquo generetur, nec aliquid juris nobis ex hoc acquiretur, nec alterutri partium ex hoc detur aliquod jus vel tollatur; et similiter ex emendatione injuriarum propter quas cessabat dictum capitulum, quas nos pro pace prædicta fieri fecimus, ad preces dicti magistri, nullum nobis prorsus præjudicium in supradictis omnibus generetur, nec ipsi capitulo ex hoc jus aliquod acquiratur. In cujus rei testimonium.... Datum anno..... M° CC° XXX° II°, sexta feria ante *Lætare*.

Digitized by Google

CXXV.

ATTESTATIO admonitionis factæ domino regi, auctoritate concilii, ab episcopis laudunensi, cameracensi et attrebatensi [1]. 20 mars 1233.

Cart. E du chap., fol. 63, verso. — Marl., II, 515. — Concil. Hard., VII, 200.

A. [2] [Anselmus] Dei gratia laudunensis, G. cameracensis, A. attrebatensis episcopi, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. A venerabili patre H., Dei gracia remensi archiepiscopo, totoque concilio apud Laudunum congregato, ad dominum regem missi, ut ipsum pro domino episcopo belvacensi, ejusque ecclesia, ipsius auctoritate concilii super certis articulis moneremus, eum coram probis viris monuimus sub hac forma : Vobis, domine Rex, supplicamus, requirimus, et tocius concilii auctoritate monemus, quatinus cum dominum belvacensem dissaisiveritis in pluribus de justicia belvacensi quam habet in singulos et communes, et qua usus est in singulis et communia communiter et aperte, ipsum ad justiciam restituatis eandem. Item cum res dampnatorum et eorum qui deficiunt de veniendo ad jus coram eo, sint episcopi memorati ; monemus vos, auctoritate predicta, ut dampna que habuit in destructione domorum, et catallorum que erant in domibus, eidem restitui faciatis ; bannitos quoque quos exbannistis auctoritate vestra, revocetis et revocari faciatis. Monemus eciam, eadem auctoritate, ut homines belvacenses quos capi fecistis, sibi restituatis, et ut regalia que tenetis, et quibus ipsum dissaisivistis, restituatis eidem. In quarum monicionum testimonium presentem paginam sigillis nostris fecimus communiri. Datum Pasciaci, anno Domini millesimo [ducentesimo] tricesimo secundo, dominica in Passione.

[1] Cette pièce est la première de celles dont le Parlement demandait la suppression dans la collection des conciles du P. Hardouin, comme préjudiciable à la puissance royale en ce qui regarde les affaires séculières. Les trois autres pièces incriminées par le zèle parlementaire sont les deux monitions que nous donnons plus bas sous les n^os CXLIX et CL, et le concile de Senlis, n° CLVI. Voyez l'avis des censeurs, p. 42 et 43.

[2] Notre manuscrit porte bien A ; Marlot avait lu G [Garnerus]. Voyez la *Gall. christ.*, IX, 540. Hardouin, qui cependant a eu les papiers de Sirmond entre les mains, donne aussi G. [Gaufridus.]

Digitized by Google

CXXVI.

6 avril 1233. LITTERÆ excusationis episcopi morinensis, excusantis se a comparitione concilii indicti.

Concil. Hard., VII, 202.

Reverendo patri ac domino Henrico, Dei gratia remensi archiepiscopo, et venerabilibus fratribus suffraganeis, P.... morinensis ecclesiæ minister humilis, salutem et obedientiam tam debitam quam devotam et paratam ad beneplaciti voluntatem. Noveritis quod gravi corporis infirmitate detentus, ad diem adsignatam ad octavas Paschæ, super negocio domini belvacensis episcopi accedere nequeo, nec etiam interesse. Verumtamen infirmitas ista non de novo, sed dominica qua cantatur : *Isti sunt dies*, me occupavit, et continue postea tenuit et adhuc tenet. Itaque solemnitates ecclesiæ in Cœna Domini et in diebus paschalibus non potui celebrare. Supplico igitur humiliter et devote, quatenus impotentiam meam excusatam habere dignemini : in hac parte nihilominus exorando, ut timor divinus, timori hominis præponatur, et libertas sanctæ ecclesiæ in dicto negocio, et etiam rigor justiciæ adeo observetur, quod si fiat beneplacitum hominum, voluntati divinæ nullatenus obnitetur. Nolo tamen quod mihi imponatur Minervam velle instruere, vel verbum illud sit objectum, videar quasi in mare fundere aquas; sed nitendo ostendere, quantum habeo desiderium et ardorem animi quod honor Dei et ecclesiæ penitus observetur. Paratus siquidem sum et semper ero auxilio [*sic*, exilio?] exponere me vobiscum, in carceres ire propter istud negotium et in mortem, prout vestræ paternitatis discretio provida viderit expedire. Quidquid autem super hoc duxeritis injungendum, significate. Datum anno M° CC° XXX° III°, feria tertia post diem Paschæ.

CXXVII.

13 juin 1233. CARTA qua Milo belvacensis episcopus notum facit, quod super hoc quod cessare incœpit capitulum belvacense, anno M° CC° XXX° III°, mense junii, die lunæ post festum S. Barnabæ apostoli, vult et concedit, quod nullum fiat eidem capitulo

Digitized by Google

propter hoc præjudicium; ita etiam quod ex cessatione illa, quantumcumque duraverit, nullum jus sibi neque dicto capitulo acquiratur, vel in proprietate, vel in possessione.

Louvet, Hist. et Antiq. du Beauv., II, 373.

CXXVIII.

Promissiones factæ inter congregatos in concilio provinciali ecclesiæ remensis apud S. Quintinum, pro defensione libertatum ecclesiæ [1]. 10 septembre 1233.

Cart. E du chap., fol. 63, v°, et 64. — Marl., II, 516. — Concil. Hard., VII, 201

Henricus, Dei gratia remensis archiepiscopus, ceterique suffraganei remensis ecclesie in concilio apud S. Quintinum congregati, omnibus..... Noveritis nos ad invicem obligasse, pro honore Dei et ecclesiarum nostrarum libertatibus conservandis, ad hoc quod nos ibimus Romam in propriis personis, si domino archiepiscopo videbitur expedire, vel illi quos ad hoc elegerit, vel ipsemet dominus archiepiscopus ibit, si nobis coepiscopis expediens videatur; et illi quos eliget secum ibunt, nec poterunt refutare. Nos autem, vel illi episcopi qui ibunt ad curiam romanam, expensas faciemus et sumptus, de communi omnium episcoporum, secundum quod a nobis fuerit ordinatum. Hec autem omnia in verbo veritatis nos firmiter promittimus impleturos. Actum anno Domini millesimo cc° xxx° III°, sabbato post Nativitatem B. Marie.

Jacobus [1], Dei gracia suessionensis episcopus, ceterique remensis ecclesie suffraganei in concilio apud S. Quintinum congregati, omnibus..... Noveritis, quod dominus remensis ad preces nostras tenetur mittere nuncios sollempnes ad curiam romanam, pro nostrarum ecclesiarum libertatibus conservandis. Nos autem solvemus expensas et sumptus eorumdem nunciorum, secundum quod ab ipso bona fide fuerit ordinatum; et ut ad solvendam summam nobis impositam nos possit compellere, eidem concessimus potestatem. Actum anno Domini millesimo cc° xxx° III°, sabbato post Nativitatem B. Marie Virginis.

[1] D'Hémeré (Aug. Verom.) date la deuxième de ces pièces du samedi avant la Nativité; il se trompe.

[1] Voir Stilting, *Act. S. Lud.*, pages 58 et 59.

Digitized by Google

CXXIX.

20 novembre 1233.

NOTITIA de interdicto, a capitulo remensi exulante, in civitatem et suburbia remensis civitatis lato [1].

Livre Rouge du chap., fol. 139, verso. — Livre Blanc du chap., fol. 54, verso.

Anno M° CC° XXX° III°, feria sexta post festum B. Clementis, capitulo remensi apud Courmisiacum congregato, interpretatum est dictum

[1] Les auteurs de la *Collection des Historiens de France* ont publié, tom. X, p. 271; tom. XI, p. 291; tom. XII, p. 274; tom. XVIII, p. 699, les fragments d'une chronique de l'abbaye de Saint-Nicaise de Reims, dont la suite, encore inédite, contient de curieux renseignements sur les troubles dont il est question dans notre texte. Cette suite, que D. Brial a déposée entre les mains de MM. les conservateurs de la Bibliothèque Royale (voir tom. XVIII, p. 699, *in not.*), se trouve dans le départ. des manuscrits, suppl. lat. 165-4. Le carton qui la renferme contient trente autres pièces, la plupart inédites, et parmi lesquelles notre sujet nous engage à signaler une lettre adressée, en l'an 1005, par les religieux de Saint-Remi à ceux de Saint-Thierry, sur la mort de l'abbé Arbodus; et le fragment d'un regeste qui a dû appartenir à l'église d'Arras, et où se trouvent plusieurs actes qui complètent ceux qu'a publiés Baluze dans le vol. V de ses *Miscellanées*. — Voici la suite de la chronique de Saint-Nicaise :

« M. CC. XXXI. — Hoc anno Henricus de Brana, remensis archiepiscopus [poten]tissimus, propriis manibus primum lapidem collocavit in fundamento ecclesie beatissimi martiris Nichasii, in dominica feria III^a infra...

« M. CC. XXXIII. — Hoc anno ecclesia remensis existente in multa pace et honore, cives multi de banno episcopi et de banno capituli, timentes ne contra eos fieret inquisitio de usura, conspiratione inter se facta, populo contra capitulum seditiose commoto, per injurias et vituperia canonicis et subditis suis facta, ipsos canonicos metu mortis V° id. novembris de civitate fugere compulerunt; M. CC. XXXV. ac per biennum et duos menses apud Curmissiacum et Curvillam exulare. In qua tempestate cives, favente eis et fovente regia potestate, contra castrum de Porta Martis cum petrariis et mangonellis commune insultum fecerunt, et marescalcum archiepiscopi intus, quarello, occiderunt; civitatem muris terreis subito cinxerunt, quos postea destruere compulsi sunt. Cepta est causa de scabinatu a capitulo contra cives, consentiente archiepiscopo, et medietatem expensarum ministrante in curia ro[mana], et actio edita coram domino Gregorio papa IX. Cujus cause acta in thesauro ecclesie remensis servantur bullata, et in registro ejusdem Gregorii habentur scripta.

« M. CC. XXXVIII. — Hoc anno Henricus de Brana, remensis archiepiscopus, venit in civitate remensi cum armis, et quosdam scabinos et alios cives de banno suo cepit, et diu in carcere detinuit, et alios plures qui de banno suo erant, bannivit; nec postea revocati fuerunt quamdiu vixit archiepiscopus. Eodem die plures domos in banno suo destruxit, crannellos eciam quos cives fecerant in domibus suis fecit destrui; et hec omnia facta fuerunt, quia scabini et alii cives balivum et servientes archiepiscopi fugaverant, et alia forefacta contra archiepiscopum fecerant, nec emendare volebant. Eodem anno, interdictum generale posuit archiepiscopus in tota civitate remensi, et omnes cives de banno suo excommunicavit.

« M. CC. XL. — Hoc anno apud Curvillam decessit Henricus de Brana, pie recordationis remensis archiepiscopus, pridie non. julii, et aportatus fuit Remis, et sepultus ante majus altare. Post mortem ipsius, cives de banno archiepiscopi qui omnes excom-

Digitized by Google

capitulum suburbia remensis civitatis ista esse : Videlicet, Clarmariscum, S. Ylarium extra portam Martis, burgum extra portam Carceris, Pissechien, Dieulimire, Aussonum, Courcelance, S. Lazarum ad homines et S. Lazarum ad mulieres. Dicta autem die, decanus noster, de assensu capituli excommunicavit illos de canonicis nostris qui scienter dicta suburbia, vel civitatem remensem, nisi eo modo quo statutum est per capitulum, intraverint, nisi infra triduum postquam intraverint ad emendationem capitulo venerint. Datum apud Courmisiacum, dicta die veneris post festum S. Clementis.

CXXX.

LITTERA homagii de Courcelanci [archiepiscopo remensi per Guidonem militem prestiti]. Novembre 1233.

Cart. A de l'Archev., fol. 4, verso.

J. remensis ecclesie archidiaconus, omnibus..... Noveritis quod constitutus in presencia nostra Guido de Courcelanci miles, recognovit

municati fuerant a predicto archiepiscopo, et diu in excommunicatione permanserant, petierunt a capitulo remensi absolutionem suam in forma ecclesie. Cum autem de forma diu fuisset tractatum, tandem mediantibus bonis viris, absolutionem suam a capitulo impetraverunt in hunc modum : Scabini remenses, et triginta alii cives de majoribus qui erant in banno archiepiscopi, pro se, et pro omnibus aliis qui erant excommunicati in banno predicto, emendaverunt capitulo remensi omnia forefacta et omnes injurias et querelas pro quibus excommunicati fuerant ab archiepiscopo predicto, et juraverunt quod super his starent mandato et ordinationi capituli; et bonos fidejussores de mille marcis argenti dederunt, quod ipsi tenerent mandatum capituli remensis, et fideliter adimplerent.

« M. CC. XLI. — Hoc anno, in vigilia Nativitatis B. Marie Virginis, intravit capitulum remense chevesum suum novum.

« M. CC. XLII. — Hoc anno, die passionis sancti Thome apostoli, benedictus fuit apud Suessiones dominus Symon abbas.

« M. CC. XLIII. — Sciendum est quod, post mortem domini Henrici archiepiscopi remensis, vacavit sedes remensis fere per quinquennium; et in ista vacatione decessit abbas mosomensis, et abbas Sancti Basoli, et alii plures abbates et abbatisse, et etiam episcopi. Monachi vero dictarum ecclesiarum a capitulo remensi licentiam eligendi petierunt, et electos suos capitulo presentaverunt; per capitulum autem examinari [*sic*, examinati?] fuerunt processus electionum, et electi eorumdem confirmati; et ad mandatum capituli munus benedictionis sue perceperunt.

« M. CC. XLIIII. — Tandem provisum fuit ecclesie remensi de Ivello, turonensi archiepiscopo, per dominum Innocentium papam IIII.

« M. CC. XLV. — Hoc anno, mense julio, fuit celebratum concilium generale apud Lugdunum per summum pontificem Innocentium IIII, et fuit in eodem concilio condempnatus Fredericus dictus imperator, quia contra fidem et ecclesiam romanam multa fecerat et dixerat, et ab omnibus prelatis ibidem existentibus fuit excommunicatus. Idem Innocentius papa plures constitutiones in eodem concilio statuit observandas.

« M. CC. XLIIII. — Hoc anno tanta fuit vini habundantia, quod sextarius proclamatus fuit et venditus pro VIII° ovis. »

Digitized by Google

se tenere a Johanne de Termes milite, in feodum et homagium omnia que habet in territoriis de Courcelanci, in terris et in vineis, in bannis et justiciis, de termino campi domine Emeline de Aussons qui separat bannum S. Thimothei et bannum ipsius G., usque ad cruceolam, et usque ad cheminum ante portam S. Lazari ad homines;... et hec omnia sunt super chiminum quo itur de S. Lazaro ad feminas, ad S. Lazarum ad homines. Predictus autem J. de Termes miles hec omnia predicta recognovit coram nobis se tenere in feodum similiter et homagium a domino remensi archiepiscopo, et nos ad peticionem parcium sigilli nostri.... Datum anno.... M° CC° XXX° III°, mense novembris.

CXXXI.

18 décembre 1233.

EPISTOLA Henrici archiepiscopi remensis ad Gregorium papam IX, de oppressione ecclesiæ belvacensis.

Thesaur. nov. anecd., tom. I, p. 975. — Bollandistes, août, tom. V, p. 332.

Sanctissimo patri ac domino Gregorio, Dei gratia summo pontifici, H. Dei permissione remensis ecclesiæ minister humilis, cæterique remensis ecclesiæ suffraganei quorum sigilla inferius apponuntur, devotissima pedum oscula beatorum. Rem flebilem et miseratione condignam præsentibus lacrymabilibus litteris, paternitati vestræ duximus intimandam, ut rei veritate plenius intellecta, apponere consilium acceleratum dignetur. In præterita siquidem prima septimana quadragesimæ, nobis totique provinciali concilio apud Noviomum congregato, fuit ex parte episcopi et ecclesiæ belvacensis gravis exposita contra dominum regem querimonia, videlicet quod cum episcopus belvacensis ejusque prædecessores in civitate belvacensi, et in singulis et in omnibus hominibus civitatis, omnem jurisdictionem habeat, prout apparet ex carta bonæ memoriæ Ludovici quondam regis Francorum, et ea usus fuisset publice ac manifeste, ipse et prædecessores sui, per se, ac per ballivos suos hactenus pacifice et quiete, dominus Rex circa festum Purificationis B. Mariæ Virginis nuper ante præteritum, occasione cujusdam maleficii a quibusdam hominibus civitatis ibidem perpetrati, cum multis communiis ad civitatem belvacensem accedens, licet idem episcopus paratus esset dictum maleficium facere per ballivos suos, juxta facinoris qualitatem, puniri, post multas supplicationes et monitiones eidem domino regi ab ipso episcopo factas, ne idem rex epi-

Digitized by Google

scopum et ecclesiam suam justitia et jurisdictione ad ipsum plenius pertinente, et quam hactenus pacifice possederat, spoliaret, homines civitatis mille quingentos et plures capi fecit, et alios exbannivit; domos dirui fecit, catalla hominum episcopi publicavit, eumdem episcopum jurisdictione et justitia spoliando, ibique per quinque dies existens, sibi expensas quinque dierum, usque ad octingintas libras parisienses ab eodem episcopo persolvi petiit; et licet episcopus brevem diem peteret, tanquam de re gravi et penitus inaudita, ut super hoc cum suo capitulo pertractaret, idem tamen dominus rex hoc facere denegans, eumdem episcopum, civitate, reditibus, et proventibus ad ipsam ecclesiam spectantibus, exceptis paucis mobilibus, spoliavit; quare petebat idem episcopus pro se et ecclesia sua, a nobis et toto concilio, quatenus super his consilium apponere curaremus. Unde nos tractatu habito diligenti, licet factum esset notorium, tamen tres episcopi nostri, videlicet suessionensis, laudunensis et catalaunensis episcopi, auctoritate concilii, ad dominum regem, et civitatem belvacensem, ut et ipsi regi denunciarent quod belvacensem urbem accedebant ad inquirendum ex abundanti, de justitia, et usu, et spoliatione episcopi belvacensis, exposita certa die, et ibidem inquirerent de omnibus diligenter, destinati fuerunt. Qui, vocatis illis qui erant ex parte regis in civitate et civibus in communia tunc administrantibus, mandatum sibi injunctum fideliter adimplentes, inquisitionem nobis et concilio apud Laudunum circa dominicam qua cantatur : *Lætare Jerusalem* congregato, sub sigillis propriis reportarunt. Unde rei evidentiam attendentes, nihilominus episcoporum relationem considerantes, vidimus quod dominus rex prædictis omnibus contra justitiam spoliaverat episcopum et ecclesiam belvacensem; propter quod tres episcopi missi fuerunt ad dominum regem monendum ex parte concilii, quod episcopum et ecclesiam restituere dignaretur ; quod ipse monitus facere recusavit. Verum cum postmodum eidem domino regi fuisset per nos ipsos supplicatum pluries, quod misereretur ecclesiæ memoratæ, ipsum auctoritate concilii monuimus, et moneri fecimus iterum atque iterum, quod episcopum et ecclesiam restitueret supradictam. Quod cum facere noluisset, tandem in concilio apud Sylvanectensem urbem postmodum congregato, inter me archiepiscopum et consuffraganeos remensis ecclesiæ, condictum extitit et firmiter promissum

a singulis episcopis, quod si dominus rex infra vindemias nuper præteritas, episcopum et ecclesiam non restituisset eamdem, ex tunc provincia interdiceretur : et exinde sicut eramus ibi ad dominum regem accessimus, et ipsum omnes monuimus, ut eumdem episcopum et ecclesiam restituere dignaretur; et cum nec monitiones nec supplicationes aliquas exaudiret, tandem in concilio apud S. Quintinum congregato, præsentes suessionensis, catalaunensis noviomensis, tornacensis, attrebatensis, belvacensis, morinensis, et aliis tribus, videlicet ambianensi, sylvanectensi et cameracensi litteratorie excusatis, et laudunensi absente, qui curiam romanam adierat pro negotiis suis procurandis, firmiter promiserunt omnes et singuli, quod nisi dominus rex se emendaret erga ecclesiam belvacensem post octavam Omnium Sanctorum, in provincia remensi poneretur interdictum, dantes mihi archiepiscopo potestatem, auctoritate totius concilii, dictandi formam interdicti, et secundum formam a me dictatam, ipsi ad mandatum meum in suis diœcesibus ponerent interdictum, et facerent observari, sicut ego in mea diœcesi ponerem interdictum. Et cum interim plures dies ad tractandum de pace fuissent a domino rege et eodem episcopo recepti, tandem apud Bellum Montem, in crastino S. Martini hyemalis, interfuimus ego et suessionensis, catalaunensis, sylvanectensis et cameracensis episcopi, ubi habito tractatu de pace, utrimque, tandem non potuit provenire. Unde habito tractatu cum prædictis fratribus qui ibi aderant, quia rex se non emendaverat erga episcopum et ecclesiam belvacensem, ex potestate quam auctoritate concilii habebam, interdictum in diœcesi mea ponens, auctoritate prædicta mandavi singulis suffraganeis remensis ecclesiæ, ut interdictum ponerent in hunc modum : Auctoritate totius concilii et nostra districte, et in virtute obedientiæ, vobis præcipiendo mandamus, quatenus in diœcesi vestra, auctoritate propria, generalis interdicti sententiam proferatis; ita tamen quod submissa voce, clausis januis, divina celebrentur, exclusis interdictis et nominatim excommunicatis ; sepultura ecclesiastica penitus denegetur, nisi personis ecclesiasticis et familiis eorumdem; alia autem ecclesiastica sacramenta exhibeantur, nisi sint nominatim excommunicati vel alias interdicti. Ista vero sententia feria IV ante festum B. Andreæ apostoli publicetur, ita quod ex tunc firmiter observetur. Si quis autem dictam sententiam noluerit obser-

Digitized by Google

chardus de Harcourt, Johannes de Touciaco, Adam de Bellomonte, Johannes de Bellomonte, Joannes marescallus Francie, Hugo de Atheis, magister panetarie Francie, Gaufredus de Capella, Hugo de Bauceio, Gaufridus de Poenciaco, Robertus de Pissiaco, Gaco de Pissiaco, Guido Malivicini, Guido de Caprosia, et alii barones et milites qui domini regis Francie interfuerunt colloquio apud S. Dionisium habito, salutem et reverentiam tam debitam quam devotam. Sanctitatem vestram volumus non latere, quod cum dominus rex, ac antecessores ipsius et nostri, jura ecclesiarum in regno Francie servaverint fideliter et devote, in quo idem dominus rex et nos eorum studemus vestigiis inherere, nunc prelati et persone alie ecclesiastice novis gravaminibus contra eundem dominum regem patronum ipsarum insurgunt, ea que antecessoribus ejus et ipsi a longe retroactis temporibus debuerunt, voluntate propria denegantes, et nova quedam ab ipso et ejus hominibus extorquere volentes. Cum enim remensis archiepiscopus, et belvacensis episcopus homines ejus sint ligii et fideles, et ab ipso per homagium teneant sua temporalia in paritate et baronia, in hanc contra ipsum insurrexerunt audatiam, quod in sua curia jam nolunt de temporalibus respondere, nec in sua curia jus facere vel etiam expectare. Archiepiscopus etiam turonensis, abbates et priores sue provincie in ejusdem domini regis et aliorum dominorum curiis respondere de temporalibus non permittit, eo modo quo regum aliorum, Henrici, Richardi, Philippi, Ludovici temporibus, eos liquidum est respondisse, in predictis et aliis pluribus, prout vestra paternitas per latores presentium poterit edoceri. Supradicti prelati atque alii, et persone alie ecclesiastice regni Francie, eundem dominum regem, nos, homines nostros et alios, nituntur multipliciter aggravare, et novas consuetudines imponere, que nos qui jura Ecclesie cum eodem domino rege servare volumus, ut devoti filii, et fovere, non possemus equanimiter sustinere. Iccirco vestre supplicamus paternitati, quatinus domini regis, regni dignitates, et nostras, illibatas servare velitis, eo modo quo nostrorum antecessorum fuerunt temporibus observate, scientes quod talia gravamina dominus rex et nos non possemus ulterius tolerare. Actum apud S. Dionisium, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mense septembri.

Digitized by Google

CLIII.

INSTRUMENTUM inquisitionis de seditione bellovacensi. 7 octobre 1235.

Louvet, Hist. et Antiq. du Beauv., II, 379. — Concil. Labb., XI, part. I, 446, fragm. — Concil. Hard., VII, 197, fragm.

I. Magister Prior, canonicus belvacensis, dicit quod ipse fuit quadam die, de qua non recolit, apud Noviomum, in proxima futura quadragesima erunt tres anni, in concilio rhemensi, et audivit Milonem, bonæ memoriæ quondam episcopum belvacensem, conquirentem concilio de injuriis multiplicibus quas fecerat ei rex apud Belvacum, qui contra requisitionem episcopi, monitionem et supplicationem, intravit villam suam cum armis, et cum multis communiis, pro quibusdam homicidiis, et aliis enormibus factis in civitate perpetratis; et fecit bannum proclamari, homines capi, domos destrui, et catalla ad suam justitiam spectantia devastari, in præjudicium dominii sui et justitiæ suæ, quia apud ipsum omnis justitia villæ pertinebat, et usus fuerat : et ad hoc probandum litteras quasdam regis Franciæ ostendit et legi fecit, per quas suum dominium et justitiam omnimodam in villa probabat; et supplicavit concilio [ut?] pro ipso consilium apponerent super hoc, et juvarent ecclesiam belvacensem.

Quod episcopus misit officialem suum et quendam militem per quos requisivit et monuit regem super his; et postea sequenti die insuper vigilia, vel vigilia Purificationis, venit rex apud Braellam, et ivit episcopus ad eum, et dixit episcopus domino regi : « Domine, non faciatis mihi injuriam; requiro vos sicut homo ligius, quod non intromittatis vos de isto facto, quia ego paratus sum modo facere justitiam, et cum consilio vestro; et rogo quod mittatis mecum de consilio vestro, ut videat si faciam bonam justitiam. » Nec habuit episcopus bonam responsionem a rege.

Sequenti die, intravit rex Belvacum, et ibi accessit ad eum episcopus cum multis de capitulo, et iterum requisivit eum prædicto modo, et fecit legi episcopus coram rege literas regis Ludovici quas habebat de justitia, quam habebat apud Belvacum, et quasdam literas domini papæ, et secundo eundem requisivit; et dixit episcopus quod qualemcumque justitiam rex diceret faciendam de facto illo, cum consilio

Digitized by Google

suo, ipse vellet eam, dummodo fieret per episcopum vel per mandatum suum. Item, dicit quod monuit eum tanquam episcopus, et rex non respondebat illi aliquid quod valeret : et postquam bannum fuit proclamatum in civitate ex parte regis, dirruptæ domus, capti homines, episcopus conquestus fuit regi, quod fecerat ei injuriam, et quod restitueret ei justitiam suam de qua dessaisivit eum. [De hoc conquirenti concilio], concilium respondit episcopo, quod ipsi tres episcopos, laudunensem, cathalaunensem et suessionensem, mitterent ad eundem regem qui monerent eum ex parte concilii, quod hoc emendaret : et si non emendaret, ipsi tres episcopi accederent ad villam belvacensem ad inquisitionem faciendam. Et audivit ab ipsis, quod denunciaverant regi, ut mitteret ad inquisitionem si vellet. Venerunt tandem Belvacum et fecerunt inquisitionem, et multos burgenses receperunt : et credit quod burgenses contra produxerunt testes coram eis. Significaverunt etiam Simoni de Pissiaco, et Petro de Hala, qui erant ad custodiam civitatis ex parte regis, si vellent interesse inquisitioni; et vidit illos aliquando venire coram eis. Et inquisitione facta, retulerunt eam ad concilium quod indictum erat : et ibi ordinatum fuit, quod iterum moneretur rex, et iterum : et scit tunc quod archiepiscopus et episcopi venerunt ad regem monendum, et scit quod bis monitus fuit. Scit, quia ibat cum archiepiscopo et episcopis.

Item, dicit quod archiepiscopus postea, et multi prælati iverunt ad regem cum nuntiis capitulorum Bellummontem, et supplicaverunt ei, et monuerunt eum, quod ipse misereretur ecclesiæ belvacensis; rex tamen nihil fecit. Et post archiepiscopus, habito consilio cum quibusdam prælatis, mandavit sententiam interdicti ferri sub forma expressa in literis archiepiscopi. Ipse tamen credit quod simpliciter fuit lata sententia interdicti ab archiepiscopo remensi; quod credit, quod interdictum fuit positum in rhemensi provincia et servatum in diœcesibus laudunensi et suessionensi.

Item, dicit quod aliquantulum ante Nativitatem Domini erunt duo anni, concilium erat apud S. Quintinum, et tunc belvacensis episcopus, intellecto quod debebat relaxari interdictum, ipso qui loquitur præsente, et magistro Petro archidiacono, appellavit ab archiepiscopo et concilio, ne ipsi revocarent in præjudicium ecclesiæ, sine

Digitized by Google

satisfactione præstita, interdictum pro ipsa latum. Et dicit quod ipsi postea, dicta appellatione contempta, interdictum relaxarunt.

II. Bartholomeus de Franoy, miles, dicit quod cum contentio esset inter majores et minores in civitate belvacensi, fuit positus ibi major Robertus de Moret, de mandato regis, civis sylvanectensis, et ita facta est discordia inter populares et majores, quia quidam volebant habere majorem; et ita invaserunt majorem et majores de villa qui dicuntur Campsores, et ceperunt eos, et vulneraverunt quosdam ex iis et interfecerunt, sicut vidit. Et post insultum venit in villam, et missus fuit incontinenti a baillivo episcopi episcopo apud Braellam, et mandabatur ei per ipsum, quod non veniret in villam, nisi haberet multos secum. Et cum ipse qui loquitur iret ad episcopum, et inveniret eum in via jam venientem, dixit ei quod mandabatur eidem : et propter hoc non demisit episcopus quin veniret continue, et de nocte intravit villam; et auditis plene quæ facta fuerant, tunc habuit consilium quomodo posset vendicare factum istud. Et tunc circa mediam noctem, audivit episcopus quod rex veniebat ad civitatem; [ideo] misit eum qui loquitur, et magistrum Robertum officialem, rogando ipsum regem, quod in facto tam enormi quod acciderat, daret ei consilium suum; et paratus erat emendare secundum consilium suum : quo facto, respondit rex, quod ipsemet emendaret, et idem respondit regina. Et illa die venit rex apud Braellam, et illuc accessit episcopus, et rogavit eum et requisivit quod ipse non veniret Belvacum in præjudicium suum, quia paratus erat emendare juxta consilium suum : et respondit ei rex, quod : « Ibo Belvacum, et videbitis quid faciam. »

Et intravit rex civitatem, et domum episcopi, qui tertio requisivit eum, et monuit in domo eadem, ne aliquid faceret in præjudicium suum, quia paratus erat emendare quæ facta erant. Rex tamen nihil fecit, sed sequenti mane, et diebus sequentibus, fecit proclamari bannum, destrui domos, capi homines.

III. Radulphus, presbyter S. Vedasti belvacensis, dicit quod audivit interdictum rhemensis provinciæ ex concilio prælatorum, propter injurias quas rex fecerat ecclesiæ; et dicit quod erat Belvaci in festo Purificationis proxime venturo, [erunt?] tres anni, quando rex in vigilia dicti festi, vel in die, quo intravit Belvacum cum communiis et mili-

tibus : et mesleia inter populares magnos fuerat die lunæ ante festum prædictum. Et dicit quod vidit mesleia, quod populares ducebant majorem factum a rege in tunica sua tamen dilaniata, et pelliceia sua etiam erat dilaniata usque ad cincturam; et vidit multos vulneratos et interfectos, et propterea audivit quod populares dicebant : « Modo te facimus majorem. » Quod in hoc injuriatus fuit episcopus, quia rex ibi fecit majorem; quia consuetudo solebat Belvaci esse, quod duodecim pares burgenses de Belvaco eligebant duos de seipsis majores, et præsentabant eos episcopo, et rex ibi fecit majorem extraneum.

Dicit quod bene sunt triginta sex anni, ut credit, quod quando Philippus rex habebat guerram contra regem Ricardum, communia destruxit quandam domum Ingerranni de Tornella : et vidit quod Philippus episcopus traxit eos in causam coram se propter hoc : et cum magna discordia esset propter hoc inter episcopum et communiam, tandem rex Philippus venit ad villam, et causa erat magna.

Quod rex dimisit Simonem de Pissiaco, et milites quosdam et servientes ad custodiendam civitatem, contra jus episcopi; et monuerunt prædictos authoritate episcopi, tribus diebus successive et continue, quod recederent a civitate : et quia non recesserunt excommunicaverunt eos. Item monuerunt et excommunicaverunt majorem et pares modo prædicto.

Quod duo servientes regii, Durandus de Senonensi et Christianus Parisiensis, remanserunt in domo episcopi, et saisiverunt domum et vina, et recipiebant reditum episcopi; et fecit Petrus de Hala vendi vina : et quando episcopus veniebat Belvacum, morabatur in domo thesaurarii.

IV. Petrus presbyter, dictus de Meschines, dicit quod episcopus habet omnimodam justitiam in villa, videlicet multrum, raptum, sanguinem, latronem, anvoirre, escligniationem, et viariam.

V. Dominus Erardus abbas S. Luciani, frater Balduini de Monchy, dicit quod rex habet communiam ad ducendam eam in chevalcatam vel extra exercitum : et si non vult, accipit inde denarios : et audivit quod aliquando inde rex accepit mille quingentas libras, et aliquando minus.

VI. Magister Bernardus, succentor, dicit quod episcopus Milo dixit

Digitized by Google

in capitulo, quod quilibet episcopus de provincia rhemensi promiserat sibi, quod ponerent interdictum in diœcesi eorum; sed volebant primo quod poneret in diœcesi sua : et ipse primo posuit interdictum. Et postea venit episcopus ad S. Quintinum, ad concilium authoritate domini rhemensis vocatum, ubi interdictum fuit relaxatum, sub spe pacis authoritate quarumdam literarum domini papæ.

Dicit quod in vigilia Purificationis venturæ, erunt tres anni, quod minutus populus civitatis insurrexit contra campsores et majorem ejusdem loci; et illi campsores et major intraverunt quandam domum armati, qua se receperunt : tandem per ignem appositum in domum vicinam, et per insultus, ceperunt eos, et interfecerunt quosdam.

Item dicit quod sequenti nocte, venit episcopus, et sicut intellexit, coram eo octoginta de populo qui magis erant culpabiles de facto illo, ut dicebant; et requisivit eos episcopus quod alto et basso se supponerent voluntati suæ. Qui consilium habuerunt cum Roberto Desmureaux majore, qui non consuluit eis dicens, quod si facerent, vita et membra eorum essent in periculo : et recesserunt non facta voluntate episcopi. Propterea inculpabat consilium episcopus et suos, quia non retinuerant eos; et ipsi responderunt quod non habebant vires tunc retinendi illos. Et illo die venit episcopus obviam regi apud Braellam, qui sequenti die venit Belvacum; et in crastino trahi fecit homines belvacenses captos per prisionem episcopi, et fecit proclamari per bannum, quod omnes venirent ad mercatum : et rex fecit eos capi et includi in hala; et propterea sequenti die fecit rex multos banniri de regno suo, et hoc mandavit majori et paribus.

Quod fuerunt viginti interfecti et triginta vulnerati; et postquam rex venit, filii interfectorum et alii vulnerati conquesti sunt regi. Et ordinatum fuit de consilio regis, et de consilio communiæ, quod destruerentur domus; et fuerunt destructæ quindecim domus per majorem qui percutiebat primo, et per communias qui ibant secum.

Quod rex non fecit injuriam episcopo in his quæ fecit in civitate, quia episcopus fuit in defectu; et quod major potest facere justitiam [de cive belvacensi] de corpore suo per hachiam, et de rebus suis faciendo destruere domum.

VII. Petrus Maillatus, unus de communia, dicit quod quando Phi-

Digitized by Google

lippus habebat guerram cum comite Bonnoniæ, rogavit regem episcopus quod commodaret ei claves civitatis : et hæc audivit, et ipse vidit quod missæ fuerunt claves, et redditæ episcopo ex parte regis, et de mandato regis. Item, dicit quod muri et fossata sunt communiæ.

VIII. Petrus archidiaconus dicit quod, anno ab Incarnatione Domini M° CC° XX° V°, mense septembri, in festo S. Michaelis, fuit præsens, et vidit communias domini regis Franciæ et comitis Bononiæ, ut dicebant illi, quas invenit euntes apud Belvacum de mandato domini regis. Item fuit præsens ubi dominus Milo quondam episcopus, anno Domini M° CC° XXX° II°, in vigilia Purificationis [allocutus est regem]. Item fuit præsens apud Noviomum, in concilio provinciali congregato anno Domini M° CC° XXX° II°, prima septimana quadragesimæ, ubi episcopus proposuit querimoniam de domino rege, super injuriis quas ei intulerat et inferri fecerat, in hunc modum per officialem suum : « Vobis, sancti patres, significat episcopus vester belvacensis, quod cum justitia et jurisdictio villæ belvacensis ad episcopum pertineat, et causam habeat in singulos et in omnes de Belvaco, et ea fuerit usus ipse et prædecessores sui pacifice, dominus rex per occasionem cujusdam forefacti sibi commissi, venit ad villam belvacensem cum armis et communiis plurimis, et post supplicationes et admonitiones ab episcopo sibi factas, bannum suum in villa fecit proclamari, homines capi, domos dirrui usque ad mile quingentas; alios ebannivit : et in recessu suo, cum peteret ab episcopo pro procurationibus quinque dierum octoginta [*sic*, octingintas?] libras parisienses, dixit episcopus, quod res insolita et nova petebatur, brevem diem petens a domino rege, ut deliberaret super hæc [cum?] capitulo suo. Attamen dominus rex ullam diem noluit illi dare; sed omnia pertinentia ad domum episcopi saisivit, et sic recessit, custodibus in villa et domibus episcopi relictis; quare petit a sancta synodo consilium et auxilium impertiri sibi et ecclesiæ. » His dictis, fecit ibi legi cartam regis Ludovici, de qua superius habita mentio. Postmodum exivit episcopus cum consilio : et concilium, deliberato consilio, ordinavit mittere tres episcopos, scilicet suessionensem, lauduuensem et cathalaunensem, ad inquirendum de injuriis quas dicebat episcopus sibi esse illatas, ut postea dictum est illi. Et vidit literas archiepiscopi et episcoporum, in quibus continebatur quod illi tres inquirerent authoritate concilii de justitia

Digitized by Google

ecclesiæ belvacensis. Et illi tres venerunt Belvacum, et denunciaverunt episcopo belvacensi, et illis qui ex parte domini regis [ibi erant?], et Roberto de Mureto, et paribus civitatis, quod venerant ad inquirendum ex parte concilii de justitia ecclesiæ belvacensis, et injuriis quas dominus episcopus sibi inferri dicebat; et dicti episcopi inquisiverunt.

Fuit etiam præsens idem testis in septimana ante Ramos Palmarum apud Laudunum, ubi congregatum concilium erat, et ibi relata fuit inquisitio. Et anno sequenti Incarnationis dominicæ, ante festum S. Martini hyemalis, de die non recolit, fuit præsens apud Bellimontem, ubi habitus multimodus tractatus de pace; et cum [ad pacem?] pervenire non posset archiepiscopus rhemensis, qui dicebat se habere authoritatem concilii, tractatum ibi fuit de modo ponendi interdictum : et ibi erant episcopi sylvanectensis, suessionensis, cathalaunensis, cameracensis et belvacensis, ubi nihil actum fuit, nisi de modo conferendo inter se. Postea remanentibus archiepiscopo cum concilio, diu fuerunt insimul, et postea archiepiscopus dixit eidem testi : « Scias quod feretur sententia. »

Item fuit præsens Ambiani, ubi erat archiepiscopus, et hoc fuit circa festum B. Andreæ; et venit magister Simon de Arceia cum quibusdam de capitulo ambianensi, et dixit idem magister archiepiscopo : « Domine, vos mandastis quandam sententiam interdicti ferri ab episcopo nostro authoritate propria, et facitis mentionem cujusdam concilii quod non habemus pro concilio, quia nos non fuimus vocati; et est una causa, quia ego appello pro me et capitulo meo. » Item, expressit aliam causam qua [*sic*, quia?] dicebat mandatum esse factum de ponendo interdictum pendente quadam die, quando habebant capitula apud Noviomum super facto Belvaci. Item, aliam causam expressit, quia tenentur offerre Deo laudem pro eleemosinis, et bonis sibi collatis, non putabat eis imponi silentium, nisi eis primo vocatis.

Item, fuit præsens apud S. Quintinum, in concilio ibidem aggregato dominica ante Natale Domini, ubi episcopus belvacensis eadem dominica, tertia hora vespertina, quia intellexit quod interdictum positum pro ecclesia belvacensi, idem [archi]episcopus relaxare volebat, appellavit ne dictum interdictum, quod pro se et ecclesia sua fuerat positum, nulla sibi facta satisfactione, relaxaretur. Et hæc appellatio facta fuit in concilio coram archiepiscopo, et episcopis sylvanectensi, camera-

censi, tornacensi, attrebatensi, morinensi et aliis, exceptis laudunensi et noviomensi. In sequenti die Lunæ, vel die Martis, fuerunt congregati omnes episcopi et capitula, et surrexit M. Simon de Arceia, et proposuit ex parte capitulorum, ut dicebat, in pleno concilio prædictas causas, et quasdam alias, inter quas fuit quod negotium belvacense, tempore mandati facti ab archiepiscopo de ponendo interdicto, relatum fuit ad curiam; et dicebat quod archiepiscopus in concilium ulterius se intromittere non debebat.

Item, fuit præsens ubi dominus suessionensis, ex parte domini archiepiscopi et episcoporum qui erant de concilio, post appellationem episcopi, relaxarunt interdictum positum pro ecclesia belvacensi; et hoc factum fuit die Lunæ vel Martis post dominicam ante Natale Domini M° CC° XXX° III°; et die dominica præcedenti, appellavit idem episcopus.

Item, dicit quod appellavit Simon de Arceia pro capitulis cathedralium ecclesiarum provinciæ rhemensis apud S. Quintinum, ubi erat concilium provinciale congregatum, die dominica proxima ante festum Natalis Domini, ubi suffraganei archiepiscopi rhemensis, exceptis archiepiscopo, episcopo suessionensi et cameracensi, dixerunt quod male posuerant interdictum in suas diœceses : et melius volebant revocare per se, quam revocaretur per superiorem; et episcopus cathalaunensis pro se et pro aliis dixit, quod ipsi revocarent interdictum : et ne archiepiscopus nomine suo, ut authoritate concilii in aliqua re contra eos procederet, appellabat pro se ac pro aliis, ad dominum papam. Post hæc verba, ex parte domini episcopi belvacensis fuit propositum sic : « Domine archiepiscope, vos scitis quod authoritate concilii, vos et suffraganei vestri, posuistis interdictum in vestras diœceses, pro injuriis ecclesiæ belvacensi irrogatis, de quibus in nullo adhuc satisfactum est, et bene scitis quod mea interest, ne revocetur ante satisfactionem : et quia de consensu vestro et suffraganeorum vestrorum fuit positum, appello, ne revocetur, ad dominum papam, me, et ecclesiam meam, et processum meum, protectioni domini papæ supponens.

IX. Anno Domini M° CC° XXX° V°, die dominica ante festum beati Dyonisii, D. Joannes presbyter S. Petri, decanus christianitatis sylvanectensis, dicit quod anno Domini M° CC° XXX° III°, episcopus ejusdem loci populo

Digitized by Google

convocato ad majorem ecclesiam fecit sermonem, quo finito, dixit quod oportebat eum ponere interdictum in sua diœcesi. Postea in domo sua congregatis canonicis ostendit literas quæ fuerant ei transmissæ ab archiepiscopo rhemensi, quibus mandabatur authoritate sua et concilii, quod suam diœcesim propria authoritate supponeret interdicto; quod per aliquot dies observatum fuit; sed canonici majoris ecclesiæ et S. Frambaldi non ad plenum servaverunt. Et idem testis postea accessit ad episcopum, ut revocaret interdictum; quod si nollet, appellabat pro se, et pro presbyteris adhærentibus, ad romanam curiam.

Testis XXXII ejusdem inquisitionis dicit quod vidit inter episcopum Philippum et burgenses quæstionem, et super quæstione illa debuit fieri duellum authoritate episcopi in curia episcopi : et episcopus misit pro communiis, et hominibus suis feudatariis, et accepit claves portæ, et fecit fieri licias versus S. Quintinum.

CLIV.

LITTERÆ Gregorii papæ IX, ad decanum et archidiaconum parisiensem, et Ferricum canonicum lingonensem, de tumultibus remensibus. 11 octobre 1235.

Marl., II, 519. — Gall. christ., tom. X, Instr., p. 60.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano et archidiacono parisiensi, et magistro Ferrico canonico lingonensi, salutem et apostolicam benedictionem. Non minus pro illorum peccato qui faciunt, quam pro eorum qui sustinent detrimento dolemus; et graviter conturbamur quod, sicut ad nos gravis et stupenda querela pervenit, cum venerabilis frater noster remensis archiepiscopus, civitatis remensis sit dominus temporalis, et ipsius cives ejus fideles et filii esse debeant spirituales, ipsi, quod non absque amaritudine cordis referimus, degenerantes ex filiis, calcata divina reverentia et religione fidei, velut hostes inique non erubuerunt insurgere in parentes, in patrem exilium, et in matrem excidium, ac detrimentum salutis propriæ, nequiter operati, conculcando damnabiliter remensem ecclesiam matrem suam, et ejecto patre ipsius, hereditatem sibi velut propriam vindicando, in quo excedunt tyrannidem viperarum, quæ alterius tantum dicuntur perniciem operari, in alterum nihil penitus machinan-

Digitized by Google

tes. Iidem enim contra dictum archiepiscopum calcaneum erigentes, ab ecclesiis civitatis ipsius, earum divinitate et usu sacrilege violantis, quibusdam machinis quæ petrariæ et mangnenelli dicuntur violenter extractis, cum eis quamdam domum suam quæ dicitur Porta Martis armata manu hostiliter impugnando in familiam ejus existentem ibidem immissis sagittis, et quibusdam ex eis lethaliter vulneratis, marescallum ipsius ausu diabolico ipsi occiderunt; et ut domum eamdem fortius impugnarent, non solum muros extruxerunt in via publica contra eam, sed etiam domum fratrum Minorum, quam iidem fratres habebant ibidem, per violentiam occupantes, in ea propugnacula estruxerunt. Præterea dicti cives et quidam alii sub banno beati Remigii constituti, præter assensum ejus adversus præfatum archiepiscopum civitatem munientes eamdem, ac supra fossata ipsius muros in ejus circuitu extollentes, assumserunt pro munitione suarum materiarum publicarum, pavimenta viarum, tumbas cœmeteriorum, et lapides ad fabricam majoris ecclesiæ deputatos, ac destructis quibusdam domibus ipsius archiepiscopi, quæ halæ juxta vocabulum terræ dicuntur, alia sibi, et eidem ecclesiæ tot damna et tam graves injurias intulerunt, quæ non solum longum, sed etiam tædiosum est ea per singula recenseri. Quare idem archiepiscopus attendens quod hujusmodi excessus tam notabiles et enormes, adeo erant notorii, quod nulla poterant tergiversatione celari, tam cives in eosdem, quam in hoc participantes eisdem, excommunicationis sententiam promulgavit, sed ipsi malleum velut stipulam reputantes, nec ad pœnitentiam percutientem se curant cum humilitate redire, nec agunt pœnitentiam de commissis, quin potius majoris exinde audaciam præsumptionis assumunt: unde memoratus archiepiscopus nobis humiliter supplicavit, ut in tot anxietatibus et angustiis suis paterno sibi compatientes affectu, salubre consilium et congruum remedium apponere dignaremur. Ne igitur, si diutius civium prædictorum malitiam, non tam in confusionem ipsorum, quam gallicanæ, immo universalis ecclesiæ, detrimentum, duxerimus sustinendam, tantæ perversitatis exemplum ad alios prorogetur, nolentes eos tantorum excessuum impunitate gaudere, imo illos tali castigatione compescere, volentes quod quibuscumque ipsorum culpa fuit in scandalum, pœna transeat in exemplum, discretioni vestræ per

Digitized by Google

apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus præmissam excommunicationis sententiam, rationabiliter promulgatam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, solemniter publicetis, et faciatis per remensem et vicinas diœceses, ac alia loca ubi expedire videritis, publicari. Quod si nec sic ad mandatum ipsius archiepiscopi curaverint prona mente redire, faciatis redditus ac debita et alia bona ipsorum in nundinis, et ubicumque reperta fuerint, quandiu in excommunicatione perstiterint, detineri, juramento sed et interpositione fidei, si qua forte debitores pro debitis solvendis tenentur, aliquatenus nonobstante, invocantes ad eorum pertinaciam reprimendam, si opus fuerit, auxilium brachii secularis, contradictores si qui fuerint, vel rebelles, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum privilegium v idus octobris, pontificatus nostri anno IX.

CLV.

LITTERE quod quoddam privilegium impetratum ab archiepiscopo remensi, non esset contrarium nobis [monachis S. Remigii]. 21 octobre 1235.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. 1. — Cart. A de Saint-Remi, fol. 405.

Omnibus.... magister Guercius canonicus senonensis, domini pape litterarum contradictarum auditor.... Noverit universitas vestra, quod magister P. Nidrox procurator.... archiepiscopi remensis, pro ipso sub hac forma litteras apostolicas impetravit : Gregorius.... [1].

Hiis igitur litteris Bartholomeus monachus monasterii S. Remigii remensis, ejusdem monasterii abbatis procurator, in audientia publica contradixit, timens dictum abbatem per eas litteras conveniri, ac eidem prejudicium generari; tandem ipsas tali conditione absolvit, quod contra abbatem minime procedatur per litteras supradictas, nec aliquid auctoritate litterarum ipsarum fiat in prejudicium ipsius; quod pars altera promisit firmiter coram nobis. In cujus rei.... Actum Assisii, XI kalend. octobris.

[1] Voir plus haut la bulle du 15 septembre 1235.

Digitized by Google

CLVI.

14 novembre 1235.

Concilium provinciale habitum apud Silvanectum in negotio remensis archiepiscopi et belvacensis episcopi [1].

Cart. E du chap., fol. 65, verso. — Marl., II, 522. — Concil. Hard., II, 261.

Acta anno Domini millesimo cc° xxxv°, feria quarta post festum B. Martini hiemalis continuata de die in diem, a feria tercia precedente dictum festum; ad quam dictam terciam feriam dies erat assignata ad concilium celebrandum apud Silvanectum, ut pena bona et competens, sine dilacione, ordinaretur et statueretur contra dominum regem, si non pareret monicionibus sibi factis super negocio archiepiscopi et ecclesie remensis. Igitur quarta feria prefata, presente domino remensi, suessionensi, laudunensi, cathalaunensi, noviomensi, ambianensi, attrebatensi, silvanectensi, cameracensi, et morinensi, episcopis, presentibus eciam procuratoribus capitulorum cathedralium remensis provincie, absente et excusato tornacensi episcopo, propter propriam corporis infirmitatem, et absente episcopo belvacensi, qui ad curiam romanam profectus erat, cum dominus remensis, cum dictis coepiscopis suis, feria tercia proxima ante dictam feriam quartam, de dicta pena tractasset, et dicti laudunensis et noviomensis, ambianensis, atrebatensis et silvanectensis, episcopi, una cum procuratoribus dictorum capitulorum, exceptis remensi et belvacensi, concorditer respondissent, quod pena erat competens et bona si in cathedralibus ecclesiis, et cappellis episcoporum, submissa voce celebraretur; nos archiepiscopus, una cum reliquis episcopis, videlicet suessionensi, cathalaunensi, cameracensi et morinensi, attendentes quod dicti episcopi non faciebant quod promiserant et debebant, ordinavimus et statuimus penam istam : Cum dominus rex non paruerit monicionibus sibi factis, nos interdicimus totum dominium ejus situm in provincia remensi, ita tamen quod exhibeantur ibidem viaticum et baptisma; et ex nunc excommunicamus omnes episcopos qui penam hanc non observaverint, et in suis diocesibus observari fecerint, publicaverint et publicari fece-

[1] Nous pensons que cet acte est l'un de ceux que Louvet n'avait pu se procurer, et qu'il indique en ces termes : Littera interdicti et cessationis in provincia remensi, propter gravamina per regem ecclesiis et prælatis illata. (*Antiq. et Hist. du Beauv.*, II, 391.)

Digitized by Google

rint in crastino B. Andree, quod prefigimus ad dictam penam publicandam. Alios autem omnes ex nunc suspendimus qui dictam penam non observaverint a dicto termino publicacioni prefixo.

CLVII.

Consensus episcoporum remensis provinciæ, ut concilium sylvanectense demandetur executioni. 14 novembre 1235.

Cart. E du chap., fol. 66. — Marl., II, 523. — Concil. Hard., VII, 262.

Anno Domini millesimo cc° xxxv°, in concilio apud Silvanectum celebrato, feria quarta post festum B. Martini hiemalis, consenserunt suessionensis, cathalaunensis, cameracensis et morinensis episcopi, quod dominus remensis publicet, et faciat publicari et observari sentencias in eodem concilio latas; et rebelles et contradictores puniat, secundum quod viderit expedire; absolvat eciam in forma ecclesie, illos qui in dictas sentencias inciderint, si ab eo absolucionem pecierint, et dictas sentencias se promiserint de cetero servaturos. Consenserunt eciam, quod ipse possit in premissis committere vices suas alii, vel aliis, juxta sue beneplacitum voluntatis. In cujus rei testimonium presentes litteras sub sigillis suis munierunt.

CLVIII.

Carta qua P. de Collomedio, pape capellanus et legatus, notum facit quod rex Ludovicus ei inhibuit, ne de communia belvacensi, nec de regalibus, cognoscere presumeret [1]. Décembre 1235.

Archiv. du Roy., J, cart. 167, n° 3. — Preuves des Libertés de l'égl. gall., I, 98.

Omnibus ad quos presentes littere pervenerint, Petrus de Collomedio, capellanus domini pape, et prepositus S. Audomari, salutem in Domino. Cum nobis auctoritate apostolica fuisset injunctum, ut de interdicto remensis provincie posito pro ecclesia belvacensi, et relaxatione ipsius, et ejusdem ecclesie ac episcoporum et capitulorum

[1] A dater de l'époque à laquelle se rapporte cette pièce, les affaires de l'évêché de Beauvais n'ont plus rien de commun avec celles de la ville de Reims, et nous cesserons de nous en occuper. Nous nous contenterons de renvoyer à Louvet, *Antiq. et Hist. du Beauv.*, II, 394; on y trouvera la plupart des renseignements qui manquent ici.

Digitized by Google

cathedralium ecclesiarum dicte provincie appellationibus, necnon et de aliis ipsum negotium contingentibus, et causis ipsius interdicti, inquireremus plenius veritatem, et nos ad inquirendum vellemus procedere, ex parte excellentissimi domini nostri Ludovici regis Francorum illustris, inhibitum fuit nobis, ne de communia belvacensi, seu rebus pertinentibus ad eandem, nec de regalibus suis, seu rebus aliquibus ad jurisdictionem suam secularem pertinentibus, cognoscere directe, sive indirecte, seu inquisitionem facere aliquatenus presumeremus; paratus enim erat omni conquerenti de predictis maturam justiciam exhibere. Actum apud Pontisaram, anno Domini M° CC° tricesimo quinto, mense decembri.

CLIX.

13 janvier 1236. SENTENCIA a Gregorio papa IX lata, qua scabini remenses, ad respondendum capitulo remensi in curia romana, condemnantur.

Archiv. du chap., renseign., liass. 26, n° 3.

Gregorius episcopus, servus...., decano et capitulo remensi.... Conquerentibus vobis, quod cives etc., etc..... lesionem [1], dilectis filiis J. archidiacono, ... decano, et ..... succentori cathalaunensibus, scripta nostra direximus, ut super hoc citatis eisdem, ipsis prefigerint terminum quo responsuri nobis in nostra presentia compererent, cum diceretis vos non posse in illis partibus comode contendere contra ipsos, et ab eis persecutionem pati tam gravem, quod extra civitatem remensem cogeremini exulare. Cumque dicti cives citati ab archidiacono et succentore predictis, eodem decano legitime excusato, procuratorem pro se ad sedem apostolicam destinassent, procurator vester petiit irritari, vel nuntiari irritum, quod factum est ab W. archiepiscopo, et quidquid ob id, vel ex eo secutum est, quocumque nomine censeatur, super eligendis seu ordinandis scabinis de civibus bannalibus archiepiscopi, et super collata eis ab ipso potestate judicandi cives in banno et temporali jurisdictione archiepiscopi consistentes;

[1] Cet acte répète d'abord celui du 18 mai 1235. Voir plus haut.

Digitized by Google

cum contra formam juris, sine consensu capituli, fuerit in dispendium ecclesie attemptatum. Postulavit insuper de dampnis et injuriis occasione concessionis hujusmodi remensi ecclesie et suis a dictis civibus irrogatis, que usque ad tria milia marcharum extimabat, sibi satisfieri competenter.

Procurator vero civium predictorum fori exceptione proposita, nostrum voluit judicium declinare, asserens quod scabinatus remensis, quo scabini de causis civilibus et criminalibus judicant, de feudo regis existit, quia cum sit de pertinentiis remensis civitatis quam a regibus obtinet archiepiscopus remensis in feudum, res est ipsa feudalis; unde cum ipsi sint laici, et res super qua contenditur secularis, non erant ad ecclesiasticum judicem, sed secularem trahendi, cum actor forum rei regulariter sortiatur; nec obstare poterat, quod archiepiscopus persona est ecclesiastica, cui sunt ipsi subjecti, quia feudum hujusmodi, non ut clericus, sed ut laicus obtinet archiepiscopus, pro quo utique debet, salvo ordine suo, sicut quilibet alius vassallus laicus deservire, ejusque ministri corporales penas infligunt quas clerici, tanquam persone ecclesiastice, non possent alii, ex potestate sibi tradita, demandare.

Ad hec autem procurator vester respondit, quod hic non est actum de scabinatu, vel feudo, sive de jure ipsorum, nec ad quem scabinorum electio aut potestas judicandi cives debeat pertinere, sed de revocandis potius hiis que facta sunt per W. in premissis, cum competerent remensi ecclesie, priusquam talis concessio facta fuisset; que quidem intuitu ecclesie remensis archiepiscopo data, etsi tenerentur in feudum, cum divini sint juris affecta, ad jus pertinent sacerdotum; propter quod super hoc judicium ecclesiasticum juste declinari nequibat; maxime cum tam actores, quam rei, persone ecclesiastice, id est remensi archiepiscopo, sint subjecti; nec capitulum peteret, nisi ut eadem concessio scinderetur, cum per eam, circa libertatem jurisdictionis quam archiepiscopus immediate in predictis habuerat, quedam alienatio perpetua facta noscatur; quia, potestate hac impedita, per concessionem eandem, non potest archiepiscopus immediate et libere, sicut prius, constituere et habere ministros ad jurisdictionem hujusmodi exercendam. Auditis igitur et intellectis hiis, et aliis que

Digitized by Google

utrimque fuere proposita coram nobis, de consilio fratrum nostrorum, decernimus ut prefati cives, exceptione proposita non obstante, super premissis vobis debeant in nostra presentia respondere.

Datum Viterbii, id. januarii, pontificatus nostri anno nono.

CLX.

Janvier 1236.

Epistola Ludovici IX regis Francie ad abbatem S. Remigii, ut muros in terra sua remensi constructos, dirui faciat.

Cart. C de Saint-Remi, fol. 11, verso, n° XLII. — Marl., II, 525.

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex, dilecto suo abbati S. Remigii, salutem. Mandamus vobis quatinus muros quos in terra vestra remensi, de mandato nostro fieri fecistis, sine dilatione dirui faciatis. Actum Parisius, anno.... M° CC° XXX° quinto, mense januarii.

CLXI.

Janvier 1236.

Sentencia a Ludovico IX Francorum rege lata, de fortericia facta Remis a burgensibus, de placitis in Porta Martis, de redditibus super villam non vendendis, de tailliis imponendis, de sigillo scabinatus, et quibusdam aliis.

Livre Blanc de l'Échev., fol. 31. — Gall. christ., tom. X, Instr., col. 61. — Dupuy, Preuves des Lib. de l'égl. gall., part. IV, 145. — Lenglet, Lib. de l'égl. gall., II, 203. — Lacombe, Jurispr. canon., pr., p. 3.

Ludovicus, Dei gracia..... Notum facimus, quod cum contencio esset inter dilectum et fidelem nostrum H. archiepiscopum remensem ex una parte, et cives remenses ex altera, super hiis quod dictus archiepiscopus dicebat, quod fortericia facta Remis a burgensibus remensibus, tempore contencionis, debebat omnino cadere et destrui. Dicebat eciam, quod dampna et deperdita aperta et non aperta debebant ei restitui, et domus sue destructe vel deturpate, a dictis burgensibus debebant refici et reparari in statu in quo erant ante tempus dissensionis. Dicebat eciam, quod cives remenses vocati sive citati ab eo, ad domum suam que dicitur Porta Martis debebant venire, et coram se, et coram baillivo suo placitare, et jus audire, et omnia facere sicut debent facere in suo palacio. Dicebat eciam quod non poterant ven-

Digitized by Google

dere aliquos redditus super villam remensem ad vitam cujuscumque persone. Dicebat eciam, quod non possunt tailliare, nisi de mandato suo, et tantum usque ad illam summam quam nominaret eis; et si forte plus tailliarent, volebat audire compotum de tailliacione facta. Dicebat eciam, quod non debebant habere sigillum, cum non habeant communiam. Dicebat eciam, quod injurie sibi illate, debebant sibi emendari; et quod inde debebat levare emendam secundum quantitatem injuriarum sibi et suis illatarum. Dicebat eciam, quod ex variis et legitimis causis, omnes cives remenses excommunicaverat, et quod debebant ab eo petere absolucionem in forma ecclesie. E contrario, burgensibus asserentibus quod hec supradicta jure petere non poterat nec debebat, dicebant eciam quod ipse debebat eis restituere dampna que fecerat civibus remensibus in domibus suis, et aliis rebus, propter fortericiam suam, que dicitur Porta Martis, et eciam alia dampna que sustinuerant propter injusta alia sua gravamina; et asserebant se ab eo legitime appellasse. Et pro omnibus hiis supradictis sopiendis, nos de voluntate nostra, et ad instanciam bonorum virorum, precepimus quod tota fortericia facta Remis a tempore contencionis mote, caderet et destrueretur, et remaneret firmitas civitatis in statu in quo erat ante dissensionem. Precepimus eciam quod fortericia Porte Martis, domus, et alia destructa sive deturpata per dictos cives, que ostenderentur illis quos ad hoc specialiter mittemus, reficerentur et reformarentur in statu in quo erant ante dissensionem, et dampna aperta restituerentur. De dampnis autem occultis, fiet restitucio, cum erunt probata, secundum ordinacionem dilectorum nostrorum abbatis S. Dyonisii in Francia, et magistri P. de Collomedio prepositi S. Audoini [*sic*, Audomari ?]. Precepimus eciam, quod cives remenses vocati sive citati a dicto archiepiscopo, vel ejus mandato, veniant ad domum suam que dicitur Porta Martis, et ibidem placitent, et jura audiant, et alia faciant quecumque facerent in palacio remensi, nisi forte illi de vicis, videlicet *de la Cousture et de Venice*, qui exhibuerunt in curia archiepiscopi privilegium et usum racionabilem, per que non debeant venire vel implacitare ibidem, vel in palacio. Precepimus eciam, quod amodo non vendant redditus super villam ad vitam alicujus persone, et quod eciam revocent redditus quos jam asserunt se

Digitized by Google

vendidisse; et hec faciant omnibus modis bona fide, pro racionabili posse suo. Precepimus eciam quod non tailliant, nisi de mandato archiepiscopi, qui eis summam taillie nominabit, salvo in omnibus jure nostro, et maxime vacante sede; et si forte de taillia facta exiret clamor racionabilis, dictus archiepiscopus posset de taillia jus facere partibus auditis. Dedit eciam dictus archiepiscopus licenciam dictis civibus tailliam faciendi ad redimendos redditus quos dicebant se vendidisse, et ad solvendas expensas quas fecerant. Precepimus eciam quod de sigillo fiat inquisicio, quomodo usi sunt eo a retroactis temporibus, tempore archiepiscoporum predecessorum istius; que inquisicio fiet per supradictos duos viros, qui si inveniunt usum sigilli racionabilem, remanebit sigillum; alioquin ex toto destruetur. Absolventur autem dicti cives a dicto archiepiscopo in forma ecclesie, et emendabunt injurias eidem archiepiscopo illatas, de quibus isti duo videbunt emendandum esse; et de emendis, sive pro excommunicacionibus, sive pro injuriis dicto archiepiscopo et suis factis, non poterit aliquid levari, nisi de consilio et assensu dictorum duorum virorum a nobis electorum, qui assistent eidem archiepiscopo, quando inquiret, seu judicabit de excommunicacionibus. Et si que excommunicaciones invente fuerint injuste late, pro illis prorsus nulla fiet emenda, nec aliquid levabitur. Dicti eciam duo viri de dampnis factis civibus a dicto archiepiscopo pro fortericia Porte Martis, sive pro aliis gravaminibus diligenter inquirent, et facient restitui dictis civibus a dicto archiepiscopo, sicut viderint expedire. In cujus rei testimonium..... Actum Parisius, anno Domini millesimo cc° tricesimo quinto, mense januarii.

CLXII.

Janvier 1236.

Lettres [1] du roy Sainct-Loys en double queue, données à Paris au mois de janvier l'an mil IIc XXXV, par lesquelles il déclaire que l'arcevesque de Reims, Henri, a juré devant lui, sur les sainctes évangiles, que pour chose qui faicte ly ait esté ou aux siens par les citoyens de Reims et leurs conseillers et aydans, jusques à ce jour, il ne leur procureroit, par soy ne par les

[1] Nous n'avons pu retrouver cet instrument.

Digitized by Google

siens, aucun mal ou dommage; et si a promis que de là en avant il les traicteroit en bonne foy par droit et raison. — Sur le dos desquelles est escript : *Sainct-Loys, promesse de l'arcevesque Henri.*

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, invent. de 1481, p. 48.

CLXIII.

EPISTOLA Gregorii pape IX ad archidiaconum, decanum, succentorem cathalaunenses directa, qua eis mandat, ut contra scabinos et cives remenses in curia romana litigare recusantes, excommunicationis sententiam proferant. 6 février 1236.

Archiv. du chap, renseign., liass. 26, n° 3.

Gregorius [1] ..... Dato igitur dilecto.... C. [2], T. SS. Cosme et Damiani diacono cardinali, utriusque partis procuratoribus auditore, ad exceptiones coram eo, si que superessent, ex parte civium proponendas; dictus eorum procurator, quodam mandato civium predictorum revocatorio sue procurationis [3] exhibito, in quo eidem procuratori inhibe-

[1] Ici la bulle répète en quelques mots ce que contient la bulle du 13 janvier 1236. Voir plus haut.

[2] Une copie de cette pièce, qui se trouve Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, porte : Dilecto G.

[3] Voici un libellé des procurations de l'échevinage, tiré du Livre Rouge de l'Échevinage, p. 73, et dressé, à notre avis, sous le règne de Philippe III :

« A tous ciaus qui ces présentes lettres verront et orront, li eschevin de Rains, salut en nostre Signeur. Sachent tuit que nous faisons et establissons tel, nostre procureur en toutes nos causes et toutes nos besongnes, devant tous juges et toutes persones; et li donnons plain pooir de demander, de souplier et de requerre, pour nous et pour l'eschevinage de Rains, et de nous deffendre, de respondre, de faire litiscontestation, de jurer, de poser, de respondre as posicions, de prover, de dire contre-proves de l'averse partie, de demander bénéfice de restitucion, et espéciaument de dire et de proposer, et de prover raisons pardevant nostre signeur l'arcevesque de Rains, ou devant ses gens et ses menistres, par quoi nous ne sommes mie tenut à rendre compte à lui ne à ses gens des tailles qui ont esteit faites et levées à Rains, ne des despens, ne des mises qui ont esté faits pour la vile; et de faire toutes les choses que nous porriens faire se nous i estiens présent, jà soit ce qu'eles requéissent espécial mandement, et prometons en bonne foi que nous tenrons et averons ferme et estable quanque li diz procureres fera, dira et procurra en choses devant dites; et si prometons sur l'obligacion des biens de l'eschevinage que nous paierons le jugié se mestiers est. En tesmoignage, etc.

« A très excellent prince et signeur Philippe, par la grâce de Dieu noble roi des Frans, li eschevin dou ban monsigneur l'arcevesque de Rains, subiection, service, révérence et honneur. Sache vostre excellence que nous, teis, bailleurs de ces présentes let-

Digitized by Google

bant expresse, ne ad litiscontestationem procederet coram nobis, licentia non obtenta vel petita, recessit. Unde cum scabini et cives memorati contumaces existant, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus in scabinos tam illius temporis, quam presentis, excommunicationis sententiam proferatis, simili modo contra illos qui fuerint pro tempore substituti nichilominus processuri, et cives remenses, olim a vobis, de mandato nostro, citatos, supponatis ecclesiastico interdicto; ita quod, preter baptisma parvulorum, penitentias morientium, nulla eis sacramenta ecclesiastica ministrentur; facientes utramque sententiam, tam per remensem provinciam, quam per nundinas Campanie, publicari solempniter, et usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari....

Datum Viterbii, VIII id. februar., pontificatus nostri anno nono.

CLXIV.

15 février 1236 — EPISTOLA Gregorii papæ IX ad Ludovicum IX regem Franciæ, in qua queritur pontifex de novis legibus quibus redigitur in servitutem clerus.

Rain., Annal. eccles., ad ann. 1236, n° 31.

LUDOVICO ILLUSTRI REGI FRANCIÆ.

Rex qui regni regit æternum dominium, qui erexit ecclesiam super catholicæ fidei fundamentum, reges terrarum ad ipsius ecclesiæ obsequium suis monitis excitans, et orbis principes multis ad ejus devotio-

tres, nos procureurs establissons à gardeir, à poursuir et à deffendre en toutes choses, tant comme à nostre eschevinage appartient, les droitures, les priviléges, les franchises, les us et les coustumes communs et communes des bourjois en ban doudit monsigneur l'arcevesque demourans, contre ledit monsigneur l'arcevesque de Rains, et contre queiscunques autres persones; donnant à ces meisme procureurs pooir espécial et mandement de plaidier et de deffendre, de faire composition, de faire convenances, de soupploier, de faire compromission, d'asseureir le compromis souffisamment, des jours et des assenemens des jours pourlongier et mueir, de recevoir auditeurs, et de greeir, de jureir et d'autres provances faire et ameneir, de baillier instrumens, priviléges et lettres, de establir autre ou autres procureurs en liu de eus, et de faire toutes les autres choses et chascunes que nous feriens et porriens faire se nous estiens présent; et avons ferme et estable quanque le devant dit procureur ou li establi de eus, averont fait et procureit ens choses devant dites, et prometons pour eus par deut obligement de nos choses, se mestiers est, à paier ce qui sera jugiet. En tesmoignage desqueis choses nous avons nostre scel mis à ces présentes lettres. Datum, etc.

Digitized by Google

nem exemplis invitans, illam præcipit a mortalibus honorari, pro qua ipse immortalis formam servi accipiens, crucis patibulum et mortis non expavit subire tormentum, exaltans illum, qui ministris ipsius præstat obsequium, et regnum ei sua miseratione perpetuans, qui ad tempus sponsæ suæ votis favorabiliter obsecundat.

Porro id, fili charissime, in progenitoribus tuis, et præsertim in inclitæ recordationis Carolo magno colligere poteris evidenter, diligenter attendens, qualiter idem Carolus romano pontifici vicario Jesu Christi et successori B. Petri, cui Dominus terreni simul, et cœlestis imperii jura commisit, obediens, pro defensione ecclesiæ se laboribus et angustiis multis exposuit, quantum exinde honoris, laudis et gloriæ reportaverit. Sed forsan ad tuam notitiam non pervenit, quod idem contra persecutores ipsius ecclesiæ magnum pluries congregans exercitum bellatorum, de ipsis magnifice triumphavit : et imperatore constantinopolitano ecclesiasticam negligente defendere libertatem, ecclesia gladii spiritualis et materialis obtinens a Domino potestatem, ut alterum ipsa exerat, et ut alter exeratur indicat, imperium eidem Carolo, qui non solum violatores libertatis ecclesiæ, sed et rerum ecclesiasticarum sua virtute compescuit turbatores, contulit, et ipsum alias immensis gloriæ titulis insignivit, in personam ipsius continuans gratiam, quam retroactis temporibus Zaccharias papa Pipino patri suo fecerat, quem ad regni Francorum solium exaltarat; propter quod ipse Carolus ecclesiam, a qua omnem honorem susceperat, cupiens honorare, perpetua lege decrevit, ut omnes ipsius jurisdictioni subjectos statutum a Theodosio imperatore pro ecclesiæ libertate editum inviolabiliter observarent, videlicet ut quicunque litem habens, sive petitor fuerit, vel in initio litis, vel decursis temporum curriculis, sive cum negotium peroratur, sive jam cœperit promi sententia, si judicium elegerit sacrosanctæ sedis antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiamsi pars refragatur altera, ad episcoporum judicium cum sermone litigantium dirigatur, et omnes causæ, quæ prætorio, et etiam civili jure tractantur, episcoporum terminatæ sententiis, perpetuæ robur obtineant firmitatis, et negotium quod judicio ipsorum deciditur, nequaquam ulterius ab aliquo retractetur. Ex quo manifesta potes ratione perpendere, quantum iniquum videatur et absonum, si honor ecclesiæ, quæ

Digitized by Google

tam grandis libertatis privilegio donata cognoscitur, in illis immunitatibus, quæ multo prædictis noscuntur esse minores, tuo tempore decurtetur.

Cæterum reliqui successores ejusdem Caroli, progenitores tui, exaltationem ecclesiarum propriam exemplo simili reputantes, se christianæ fidei, se matris constituerunt ecclesiæ defensores; et studiosius attendentes quod Deo, qui eos regni gloria sublimarat, nihil rependere poterant simile, ut tamen ostenderent ingratitudinis vitio se carere, ecclesias facultatibus multis dotarunt, immensis donaverunt libertatibus, vel eam potius, a qua ipsi omnem potestatem acceperant, in libertate debita servaverunt, reputantes indignum, ut locus, ubi divinum nomen excolitur, ubi Christus in altaris hostia in nostrorum redemptionem criminum immolatur, alicujus servitutis subjiciatur oneribus, cum sit supra intellectum hominis honorandus. Si ergo propriæ servat propago vitis originem, si succus idem ramos vivificat et radicem, vix creditur, ut eisdem progenitoribus, quibus parificaris honore dominii, patiaris te contrarium moribus, et inferiorem virtutum actibus inveniri. Quin immo speratur quod gratia bonitatis, quæ ipsis erat innata, ad tuam derivata personam, te nihil permittat efficere, quod libertati et honori romanæ ecclesiæ, et membrorum ejus possit in aliquo derogare; cum sapor fontium concessus origini, fluentibus ex ipso rivulis non valeat abnegari.

Sed ecce audivimus et dolemus, quod tu, fili charissime, et regni barones, malorum usi consilio, ecclesiam, quæ vos ex utero sanctificationis regeneravit in filios, ac pro salute vestra immaculatum agnum offert jugiter Deo patri, in servitutem cupientes redigere, quasi jam non liberæ velitis vocari filii, sed ancillæ; immo sponsam regis æterni, qui vos a servitute perpetua liberavit, conantes miserabiliter ancillare, communi statuto, vel destitutione potius, contra libertatem ecclesiæ, sicut dicitur, firmavistis, ut homines vestri juris, ecclesiasticis, vel ecclesiasticorum hominibus, aut aliis, in foro non teneantur ecclesiastico respondere : quinimmo si judex ecclesiasticus in eos ob contumatiam excommunicationis sententiam tulerit, hujusmodi sententiam rerum occupatione suarum, vel eorum ad quorum instantiam excomunicati fuerint, in contemptum clavium ecclesiæ, adversus quas non possunt

Digitized by Google

potentiæ inferi prævalere, relaxare cogatur; et quod deterius est, archiepiscopos, episcopos, et alias personas ecclesiasticas, et earum homines, super quibuscumque causis civilibus, ordinem juris scripti et antiquæ consuetudinis pervertentes, vestro parere judicio coarctatis, licet ab antiquis temporibus ea libertate, usque ad hæc tempora in regno Franciæ observata, usa fuit ecclesia gallicana, ut laici personis ecclesiasticis, et ecclesiarum hominibus, in judicio ecclesiastico responderent.

Considera igitur, fili, considera quantum tibi talia consulentes tuum commodum diligunt et honorem, qui desiderantes in aqua turbata piscari, pravis suggestionibus incipiunt maculam in tua gloria ponere, ut ex hoc non quæ tua, sed quæ sua sunt valeant commoda reportare. Considera quantum indecens tibi possit existere, si in ecclesiarum oppressionibus tui regni primitias suggestio familiarium hostium statuat, et de flore juventutis tuæ, de qua multæ fructum dulcedinis expectat ecclesia, amaritudinis, quod absit, botrus erumpat. Quid plura? Convenit, ut frequenter infra tui pectoris arcana revolvens quod non solum prædecessores tui, quibus et tibi, ex honore impenso ecclesiæ, multiplicis laudis titulus et honoris accrevit, totis eam studuerunt viribus honorare; sed ut multis longe retroactis temporibus Valentinianus imperator suffraganeis mediolanensis dixit ecclesiæ : Talem in pontificali constituite sede, cui et nos, qui gubernamus imperium, sincere nostra submittamus capita, et ad ejus monita, dum tanquam homines delinquimus, necessario velut ad curantis medicamina recurramus; aures tuas illis, qui te ad afflictionem ecclesiarum pravis seductionibus nituntur inducere, minime præbeas, et ea tibi suggerentibus, quibus animæ detrimentum incurris, auditum penitus interdicas. Hinc est quod excellentiam regiam rogandam duximus et monendam, quatenus ob divinæ majestatis reverentiam, et apostolicæ sedis honorem, statutum prædictum, et alia ecclesiasticæ contraria libertati in irritum revocans, et a dictis baronibus faciens revocari, ac ecclesiam gallicanam in pristino statu et honore conservans, eam non molestes, nec patiaris ab aliis molestari; quin immo viros ecclesiasticos indulta tibi cœlitus potestate protegens et deffendens, rebelles ecclesiæ ad ipsius mandatum et unitatem redire compellas, et de damnis et injuriis, quæ ob hoc ecclesiis senonensi, seu aliis dicuntur illata

absque diminutione satisfieri facias, ita quod ex hoc apud Deum merearis gratiam ampliorem.

Ad hæc cum olim felicis recordationis Honorius papa, prædecessor noster, in omnes aliqua statuta contra ecclesiæ libertatem edentes, nisi infra duos menses statuta ipsa revocent, excommunicationis sententiam tulerit, et super hoc canonem lata sententia promulgarit, nos ipsius tenorem tibi, ne id tuam serenitatem lateat, duximus transmittendum, qui talis est : Noveritis quod nos nuper in basilica principis apostolorum, præsente charissimo in Christo filio nostro Frædericо Romanorum imperatore, et semper augusto, in celebratione missarum, postquam capiti suo imposuimus imperii diadema, de consilio fratrum nostrorum accensis candelis, excommunicavimus ex parte Dei omnipotentis, auctoritate quoque beatorum apostolorum Petri et Pauli, et nostra, omnes hæreticos utriusque sexus quocumque nomine censeantur, et fautores, receptatores et defensores eorum; necnon et qui de cætero servari fecerint statuta edita et consuetudines, vel potius abusiones introductas contra ecclesiasticam libertatem, nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post hujusmodi publicationem sententiæ fecerint amoveri. Item excommunicamus statutarios, et scriptores statutorum ipsorum, necnon potestates, consules et rectores consiliarios locorum, ubi de cætero humana statuta, vel consuetudines editæ fuerint, vel servatæ, necnon et illos, qui secundum ea præsumpserint judicare, vel in publicam formam scribere judicata.

Datum Viterbii, xv kal. martii, pontificatus nostri anno IX.

CLXV.

22 février 1236.

Epistola Gregorii pape IX ad succentorem, decanum et archidiaconum cathalaunenses directa, qua eis mandat ut irritas denuntient sententias, a scabinis excommunicationis vinculo innodatis, latas.

Archiv. du chap., renseign., liass. 26, n° 3.

Gregorius..... [1] nichilhominus processuri. Ut igitur de sua salute diligentius cogitare cogantur discretioni vestre per iterata scripta di-

[1] Ici se trouve répété mot pour mot ce que contient la bulle du 6 février 1236.

Digitized by Google

stricte precipiendo mandamus, quatinus si dicti scabini sic excommunicati aliquas sententias duxerint promulgandas, eas tanquam ipso jure nullas denuncietis, irritas et inanes; auctoritate nostra nichilominus districtius inhibentes, ne quis illas executioni mandare presumat, eos qui contra fecerint, sublato appellationis obstaculo, excommunicationis sententia percellentes.....

Datum Viterbii, VIIII kalend. martii, pontificatus nostri anno nono.

CLXVI.

PACTUM inter remensem archiepiscopum et cives remenses, per recuperatores regiorum initum, super injuriis, excommunicationibus, et forisfactis omnibus, quæ inter cives remenses et archiepiscopum acciderant. 27 mars 1236.

Marl., II, 523. — Gall. christ., X, Instr., 63, et IX, 109. — Duchesn., Hist. des Card. franç., II, 181.

Omnibus præsentes literas inspecturis, Odo, Dei gratia beati Dionysii abbas, Petrus de Collemedio, S. Audomari præpositus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum nos de mandato domini regis; Remis venerimus pro emendis archiepiscopo faciendis, per consilium nostrum, super injuriis, excommunicationibus et forisfactis omnibus, quæ inter cives remenses et archiepiscopum acciderant a tempore dissensionis inter ipsos motæ, et pro damnis apertis et occultis, cum probata essent, restituendis dicto archiepiscopo a civibus memoratis, et vellemus cum dicto archiepiscopo juxta formam literarum regis procedere, ordine judiciario super præmissis servato, placuit domino archiepiscopo et civibus remensibus supponere se altæ et bassæ ordinationi et dispositioni nostræ super prædictis; et singuli cives juraverunt servare et tenere inviolabiliter quod nos præfati ordinaremus et disponeremus, et qui non juraverunt, jurabunt stare mandatis ecclesiæ et servare a nobis ordinata, tam in pecunia quam in alia satisfactione; prædicto archiepiscopo similiter promittente nostram ordinationem vel dispositionem servare inviolabiliter et tenere. Nos autem propter rancores et odia quæ suscitari poterant inter archiepiscopum et burgenses, qui est dominus eorumdem, ex propositione injuriarum quæ dicebantur illatæ, et excommunicationum

Digitized by Google

factarum, et quod prædictorum stricta cognitio poterat mentem gravare, ipsorum consensimus voluntati, in nos recipiendo ordinationem omnium prædictorum inter partes. Itaque diligenter tractantes, de consensu burgensium qui nobiscum pro civibus de villa tractabant, præcipimus scabinis et burgensibus universis, quod emendarent domino archiepiscopo et ecclesiæ suæ, et pro emendis injuriarum omnium archiepiscopo occasione defensionis illatarum, et emendis, forisfactis, omnibus occasione discordiæ ortis, solvent ipsi archiepiscopo decem millia librarum parisiensium; quatuor millia in proximis nundinis S. Aigulfi [1] de Pruvino, apud Pruvinum, per unum diem antequam clametur : Hora! Hora! et reliquum totum, a festo S. Remigii proxime venturo, usque ad tres annos subsequentes, quolibet anno duo millia librarum in prædicto festo sancti Remigii apud Remos; ita quod pagamentum de tota pecunia ipsi archiepiscopo, vel ejus successoribus, si ipse de eadem pecunia non disposuerit, infra dictum terminum integre sit completum. Præcipimus etiam quod pro honore ecclesiæ faciant tot omnes, quot et quos in literis nostris viderint contineri, tot processiones quot in eisdem literis mandabuntur. Præcipimus etiam quod ipsi reficiant domum Portæ Martis, calceias, domum fratrum Minorum et Prædicatorum, et halas, et sepulturas ad cœmeteria reportent, quas dicebantur asportasse cives prædicti. De summa prædicta deducetur id quod restituetur per arbitrium electorum N. Jacobi Buiron, Druardi de Villa Domange et W. Crassi, hominibus illis quorum domus destructæ sunt occasione fortericiæ Portæ Martis. Deducetur etiam id quod expensum fuerit in reædificatione domorum Portæ Martis et prædictorum. Et præcipimus quod prædicta infra mediam Quadragesimam, et ante, faciant, si possunt, reædificari et restaurari. Per hæc autem dictos burgenses quittamus ab injuriis omnibus et forisfactis, damnis apertis et occultis, emendis, excommunicationibus talliarum et collectarum factarum in illa discordia, et omnibus forisfactis usque ad hanc diem, qua burgenses forisfecerunt occasione discordiæ inter archiepiscopum et ipsos ortæ. Omnes universi et singuli qui non sunt in banno archiepiscopi, tenentur ad summam prædictam, et si

[1] Les échevins s'acquittèrent de ce premier paiement à l'époque fixée. Le reçu de l'archevêque se trouve Bibl. de Reims, Rogier, II, fol. 36, v°, sous la date de décembre 1236.

Digitized by Google

ipsi morerentur, heredes eorum tenebuntur, exceptis viduis et bonis mulieribus, ac aliis qui in illa discordia a civitate discesserant. Clericos remanentes in villa et absentes excommunicatos, burgenses et excommunicatos propter mercimonia cum burgensibus tempore excommunicationis contracta, et excommunicatos qui ipsos in suis hospitiis receperunt, operarios ipsorum, et eos qui habuerunt res ipsorum ad medietariam, absolvi præcipimus in forma ecclesiæ, juramento præstito quod alii præstiterunt, nec ab ipsis aliqua levetur emenda. Eos etiam qui in auxilio fuerunt, absolvi præcipimus in forma ecclesiæ, ita quod ab ipsis similiter nulla pecuniaria levetur emenda. Illos etiam absolvi præcipimus qui burgensibus remensibus solvent debita post excommunicationem, dum tamen sacerdotibus propriis confiteantur, quibus a domino remensi concessa est potestas, ipsos ab excommunicatione hujusmodi absolvendi. Præcipimus etiam publicationem excommunicationis et aliarum pœnarum lingonensium judicum, procurante domino remensi, revocari; mortuos autem qui ante mortem juraverunt stare mandatis ecclesiæ, et eos in quibus signa pœnitentiæ legitime apparuerunt, et parvulos omnes infra XII annum constitutos, in cœmeterio præcipimus reportari. Præcipimus etiam quod burgenses quittent dictum archiepiscopum, et eos qui fuerunt in auxilio suo, ab omnibus damnis et expensis et injuriis quæ occasione dictæ discordiæ possent ab ipso et suis petere. Hæc autem omnia universa et singula præcipimus firmiter a partibus observari, in virtute præstiti juramenti. De sigillo autem cum vacare poterimus, vocatis partibus, cognoscemus. In cujus rei testimonium has literas prædictis archiepiscopo et burgensibus remensibus concessimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum Remis, in palatio archiepiscopi, die Jovis proxima post Purificationem beatæ Mariæ Virginis, anno Domini M CC XXXV.

CLXVII.

Epistola Gregorii papæ IX ad Ludovicum IX, Franciæ regem, quod nulli liceat capellas regias interdicere, sine sedis apostolicæ licentia [1]. 13 novembre 1236.

D'Achery, Spicil., III, 606. — Duchesn., Hist. Franc. script., V, 861.

[1] Voir aussi : Respons. ad calum. Parlam. contra Greg. XIV, p. 152.

Digitized by Google

CLXVIII.

Novembre 1236.

CONCORDIA inter nos [monachos S. Remigii], et comitem regitestensem, super haya de Quercu, et haya de Faisso, et terragiis earum, et pluribus aliis.

Cart. A de Saint-Remi, p. 497.

Ego Hugo comes regitestensis, et Mabilia uxor mea, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod cum inter nos ex una parte, et ecclesiam B. Remigii remensis ex altera, discordia verteretur super quibusdam articulis inferius expressis et plenius determinatis, tandem per bonos viros decisa fuit et sopita in hunc modum. Haya de Faissau scindi debet ab instanti Natali Domini in tres annos, et haya de Quercu ab instanti Natali Domini in duos annos; et harum hayarum tota superficies erit nostra, ita quod si post dictum tempus in dictis haiis aliquid stans vel jacens fuerit vel remanserit in loco hayarum, illud erit ecclesie sine contradictione; et si nos aliquid infra dictum terminum fecerimus trahi de dicto nemore extra locum hayarum, illud erit nostrum sine contradictione. Quum vero dicte haye erunt extirpate, nos habebimus medietatem in terragiis, et ecclesia B. Remigii remensis aliam; et insuper ecclesia totam decimam habebit. Modiate vero dictarum haiarum non poterunt tradi, nisi hominibus de Quercu et de Faissau, vel illis qui causa manendi venerunt in dictas villas antequam tradite vel assignate fuerint modiate; et quam cito aliqua pars dictarum haiarum abscisa fuerit, et nemus inde levatum, pars illa dari poterit et debebit ad extirpandum. In traditione vero dictarum modiatarum, ecclesia unum monachum vel unum servientem habebit, nos vero unum servientem, qui jurabunt quod bona fide tradent et assignabunt dictas modiatas modo predicto. Servitium autem quod habebitur ex traditione et assignatione dictarum modiatarum, equaliter nobis et ecclesie dividetur; et nos tenemur portare garandiam bonam hominibus quibus dabuntur modiate supradicte de eisdem, vel excolentibus de modiatis supradictis traditis et assignatis modo supradicto. In haia vero de Quercu, ecclesia S. Remigii remensis habebit decem modiatas ubi voluerit in latitudinem et conjunctim, et poterit de hiis facere ad voluntatem suam, sine servitio nobis vel alii faciendo; salva

Digitized by Google

tamen nobis medietate terragiorum in dictis decem modiatis. Terragia vero que ecclesia S. Remigii remensis dicebat nos usurpasse ultra metas Quercus, et infra metas de Pontbair, de Tasnay, et de Bairon, que sunt a piro que est foris Quercum, usque ad metam que est in monte de Centevaus, abhinc usque ad viam furcatam que tendit de Bairon ad Quercum, et abhinc usque ad Campum Rohardi, et abhinc usque ad Mortuam Semoiam, quitta et libera remanebunt ecclesie supradicte, et sua erunt propria. De nemore vero Vici S. Remigii ordinatum est in hunc modum, quod ecclesia erit in possessione dicti nemoris, et si nos, vel homines de Petrosa potuerimus ostendere quod habeamus ibi jus ratione prescriptionis, vel per cartas aliquas, vel alio quoquo modo legitimo, dictus abbas S. Remigii eis debet super hoc facere plenariam justiciam. Et si forte contigerit, quod homines manentes in villis S. Remigii remensis qui debent nobis carretum ad fortaliciam castrorum nostrorum, secundum quod in carta super dictis carretis confecta plenius continetur, submoniti vel citati ad carretum non venerint, serviens noster debet hoc ostendere camerario, vel monacho, vel ballivo ecclesie; et dictus camerarius, monachus, seu ballivus debet facere persolvi servienti nostro quinque solidos ab illo qui defecerit in carreto pro emenda, pro qualibet vice in qua defecerit, nisi adeo forte pauper fuerit quod in bonis non habeat quinque solidos, et si forte essoignium legitimum vel impedimentum habuerit propter quod ad carretum venire non possit, non tenetur ad emendam. Essoignium autem, vel impedimentum, tenetur probare hoc modo: qui impedimentum vel essoignium habuerit, jurabit coram predictis, vel uno predictorum, scilicet camerario, monacho, vel ballivo, et presente serviente nostro, quod impedimentum habuerit legitimum propter quod ad carretum venire non potuit, et unum secum compurgatorem habebit de eadem villa, caput suum portantem; qui compurgator jurabit se credere illum verum juramentum fecisse vel jurasse; et compurgator qui una vice unum compurgabit, eadem vice alium non poterit purgare. Postea [*sic*, Prestita?] vero emenda de ea vice de qua prestabit emendam immunis erit, sed nichilominus alia vice ire tenebitur juxta continentiam carte de carreto confecte; et idem erit de illo qui essoignium suum probabit. Sciendum est etiam quod ecclesia

S. Remigii habebit tres servientes in potestate Vici S. Remigii, apud Bairon duos, apud Pontem Bairiom duos, apud Tainaium duos, apud Alendusium tres, apud Givereium quatuor, apud Pouram quinque, apud Johannisvillam quatuor, liberos a procurationibus et hospitationibus, expeditionibus, assisiis et carretis. Hoc salvo quod ob hoc, non minus habebimus in hiis que nobis debentur in denariis a communi ville, vel ab aliis in villa; hoc tamen excepto, quod quilibet qui major fuerit in qualibet villarum predictarum, eo tempore quo major fuerit ibit in expeditionem cum hominibus ville cujus erit major, vel aliquis loco ejus; et qui de illis liberis eligetur in decanum, tenebitur homines in expeditionibus submonere et carretis. De prioratu de Chaigny ita est ordinatum, quod quicumque fuerit prior de Chaigney poterit accipere marrimenta in nemore de Hois ad reficiendum, et sustinendum, et edificandum de novo infra septa prioratus, et similiter ad reficiendum, et sustinendum, et edificandum pontem de novo dicte ville, et molendinum quod est infra villam. Poterunt etiam prior et homines de Cheigneio ducere animalia et pecora ad pascendum in nemore de Hois libere et pacifice. Molendinum autem de Petrosa ecclesie S. Remigii in perpetuum integraliter remanebit; salvamentum vero de Terron quod nos posuimus extra manum nostram, debemus resumere in manu nostra, nec dictum salvamentum de cetero extra manum nostram ponere poterimus, nec heres noster similiter; et quicumque successerit nobis in comitatu, dictum salvamentum tenebit in manu sua. Et notandum est [quod?] per hoc quod dictum est de essoigniis et emendis super carretis, non detrahitur, nisi in eo quod spetialiter in hac carta cautum est, juri ecclesie vel nostro, si loco et tempore super dictis carretis alter contra alterum voluerit experiri, et alter contra alterum se deffendere super eisdem carretis; nec similiter detrahitur in aliquo hiis que expressa sunt in aliis cartis quas habet ecclesia a nobis, vel nos ab ecclesia, vel ab alio quocumque, nisi tantummodo in hiis que in presenti carta sunt expressa, et in hiis que in aliis cartis sunt detracta, si aliqua sunt detracta. Insuper et nos istud laudavimus, et approbavimus, et juramento prestito promisimus, tam ego Hugo comes quam Mabilia uxor mea, et etiam Johannes filius noster, nos firmiter observaturos; et etiam ego comes teneor recognoscere dictas conventiones coram

Digitized by Google

domino rege, et ipsum rogare ut eas confirmet, si ei placet, et de hoc litteras suas concedat eidem ecclesie patentes; et similiter abbas debet recognoscere coram domino rege dictas conventiones, et dominum regem rogare quod ipse eas confirmet, si ei placet, et litteras [1] suas super hoc nobis concedat; et hanc carte continentiam tenetur observare quicumque in comitatu nobis succedet, et jurare semel quilibet in vita sua, quod eam servabit. In cujus rei testimonium ego comes, et Mabilia uxor mea, presentem cartam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense novembri.

CLXIX.

Concilium remense apud S. Quintinum, pro tuenda ecclesiastica libertate, habitum. Ann. 1236.

Concil. Hard., VII, 261.

CLXX.

Fragmentum decreti per Gregorium papam IX lati, et ad remensem archiepiscopum directi, de clericis ab episcopo eorum degradandis. Ann. 1236.

Sext. decret., lib. V, tit. II, cap. 1.

CLXXI.

Lettre de Henry, arcevesque de Reins, donnée le landemain de la Circuncision, l'an M. CC. XXXVI, par laquelle appert que ledit seigneur fit accord entre chappitre de Reins et pluseurs leurs sergens, et les eschevins et bourgois de Reins, de certaines injures. 2 janvier 1237.

Livre Blanc de l'Échev., fol. 231.

[1] Ces lettres furent obtenues, et se trouvent cart. A de Saint-Remi, p. 500. Elles reproduisent l'acte qu'elles sanctionnent, et se terminent ainsi :

« Dictas autem pacem et conventiones dictus comes regitestensis et abbas S. Remigii remensis, coram nobis recognoverunt et nos ad petitionem ipsorum in hujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris salvo jure nostro et alieno duximus apponendum. Actum apud Crispiacum, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense junio. »

Digitized by Google

Henricus.... remensis archiepiscopus.... Noverint universi, quod cum capitulum remense conquereretur de civibus nostri banni, quod eidem capitulo, servientibus et mansionariis suis, injurias et dampna multipliciter intulissent, tandem mediantibus bonis viris, capitulum ex una parte, et cives ex altera, super prefatis injuriis,.... necnon et super aliis querelis que.... occasione discordie exorte emanaverant, excepta causa de scabinatu, cui ad tempus supersedebit capitulum, salvo processu habito in romana curia super dicto scabinatu, exceptis excommunicationis et interdicti sentenciis auctoritate pape in cives latis, pro quibus relaxandis supplicabit capitulum, bona fide in nos taliter compromiserunt : quod ipsi hinc inde in perpetuum inviolabiliter observabunt quidquid super premissis duxerimus ordinandum,.... exceptis serjantariis quibus a nonnullis de civibus remensibus est renunciatum, quas propter istam pacem non rehabebunt.... [1].

CLXXII.

4 janvier 1237. EMENDA facta capitulo et singulis canonicis pro injuriis sibi a civibus remensibus illatis.

Archives du chap., renseign., liass. 26, n° 3. — Livre Blanc, fol. 57, Lib., XXIV.

Henricus.... remensis archiepiscopus.... Noverit universitas vestra, quod cum compromissum esset in nos a capitulo remensi ex una parte, et civibus remensibus, Remis in banno nostro commorantibus ex altera, secundum quod continetur in litteris super hoc confectis, et aliis litteris a capitulo confectis super eodem, anno M° CC° XXX° VI° in crastino Circumcisionis; nos, habita deliberatione super omnibus pertinentibus ad premissa, ita duximus ordinandum et disponendum, non judicando, sed ex bono et equo, et pocius ex voluntate nostra. Precipimus itaque per ordinationem nostram dictis civibus, ut pro honore et reverentia S. Ecclesie, capitulo revertenti occurrant ad Harenas juxta Portam Martis, et ibidem nobis presentibus sexaginta de dictis civibus quos eligemus in bractis et camisiis communibus, ac nudis pedibus

[1] Le reste de l'acte est employé à conférer à l'arbitre le pouvoir de censure ecclésiastique contre celle des parties qui refuserait de se soumettre à son jugement.

Digitized by Google

emendam faciant capitulo in hec verba : « Capitulum conquerebatur de « nobis et aliis qui sunt de banno domini archiepiscopi, quod inju- « rias ipsis et suis, et dampna intuleramus, quorum occasione archi- « episcopus sententias tulerat in nos et alios de banno suo ; nos pro « honore remensis ecclesie, et amore et bono pacis, quomodocumque « sit, ista capitulo emendamus pro nobis qui hic sumus, et aliis qui de « hiis sunt culpabiles. » Item precepimus quod viginti quos eligemus, de hiis qui iverunt apud S. Medardum, ibidem eodem modo quo dictum est, capitulo faciant emendam in hec verba : « Capitulum conque- « rebatur de nobis et quibusdam aliis de banno D. archiepiscopi, « quod iveramus apud S. Medardum pro malo faciendo quibusdam « canonicis remensibus qui ibi esse dicebantur, nos, etc... capitulo emen- « damus. » Item precepimus quod quinque de dicto banno a nobis electi, modo predicto, ibidem veniant ad thesaurarium remensem, et faciant ecclesie et ei emendam in hec verba : « Domine, conquereba- « mini de nobis et quibusdam.... quod fregeramus quandam domum « vestram, et exinde extraxeramus quendam hominem, hoc emenda- « mus, etc.... » Item precepimus quod duo alii de banno, etc.... faciant emendam dicto thesaurario dicentes : « Domine thesaurarie, conque- « rebamini de nobis et aliis, etc..., quod fregeramus quandam domum « vestram apud S. Medardum, hoc emendamus.... » Item precepimus quod duo alii, etc.... eidem thesaurario emendam faciant, dicentes : « Domine, etc.... conquerebamini quod fregeramus quasdam domos « sitas in terra vestra extra portam,.... sive terram, que est de justicia « vestra.... hoc emendamus.... » Item precepimus quod duo de banno.... in eodem habitu.... faciant emendam magistro Godefrido canonico, in hec verba : « Magister Godefride, conquerebamini de « nobis, et aliis, etc..., quod fregeramus domum vestram claustralem ; « nos istud ecclesie et vobis emendamus.... » Item precepimus quod decem ex illis qui postquam se transtulerant in terram nostram, habitaverunt in terra capituli post prohibitionem ipsius, hoc emendent capitulo, nudis pedibus similiter, in bractis et camisiis communibus, et dicant : « Et nos, et alii pro quibus emendamus, abstinebimus a terra « capituli usque ad tempus quod statuerit archiepiscopus. » Ordinamus eciam et precepimus (*sic*), quod omnes obligationes et colligationes

hactenus quocumque modo inter dictos cives firmatas contra nos, et capitulum, vel aliquem de capitulo...., ad invicem omnes et singuli remittant; et e converso, nos, dictum capitulum, et quilibet de capitulo, remittamus omnes obligationes et colligationes inter nos firmatas contra dictos cives, vel aliquos eorumdem.

Premissis autem omnibus coram nobis adimpletis ibidem pro satisfactione dictarum emendarum, precepimus quod dicti viginti per singulas ecclesias cathedrales remensis provincie, diebus dominicis, eant ad processionem, secundum quod continebitur in litteris quas eis dabimus, et, quantum in eis erit, bona fide, reportabunt litteras testimoniales quid super hoc fecerint; ita quod infra Penthecosten hec omnia adimpleverint. Item precepimus quod centum et decem alii de nostro banno, a nobis electi, simili modo ad processiones procedant, non quidem omnes similiter, per omnes ecclesias, sed singuli decem in aliquam dictarum ecclesiarum, secundum quod ordinabimus; ita quod hec adimpleverint infra Pascham.... Et quicunque de viginti, et etiam centum et decem, ad processiones ire noluerit, bannitus sit, quousque id adimpleverit, et ex tunc ipsum excommunicamus. Precepimus etiam dictis partibus, quod de cetero, occasione premissorum, nichil ad invicem exigant, neque petant, preter ista que ordinavimus facienda; sed liberi sint, et quicti ab omnibus...., salva questione scabinatus, secundum quod in predictis litteris super hac compromissione confectis plenius continetur.... Et ordinamus ut omnia predicta sint ac si nunquam facta fuissent, eo salvo, quod illi qui sergentariis renunciaverunt, eas non rehabebunt. Item precepimus capitulo, quod revocaret suos nuncios, et procuraret ad romanam curiam missos, et quod non utatur aliquibus litteris quocumque modo contra premissa obtentis; nec det consilium, auxilium vel favorem alicui contra premissa venienti; imo impediat dicta, bona fide. Ordinamus etiam si forte, quod absit, contingit dictam compromissionem infirmari aliquo modo, quod dicte emende et satisfactiones et omnia premissa pro non factis habeantur, ita quod nichil ex eisdem vel ex aliquo eorum sit acquisitum, vel diminutum alicui; imo sint omnia prorsus ac si nunquam facta fuissent. Retinemus etiam nobis potestatem decernendi super majori securitate facienda quantum ad hoc, ut omnia premissa invio-

Digitized by Google

labiliter observentur. In cujus rei... Datum anno Domini M° CC° XXX° VI°, die dominica post Circumcisionem Domini [1].

CLXXIII.

EPISTOLA Gregorii papæ IX ad A. episcopum silvanectensem, et J. archidiaconum catalaunensem, ut scabinos et cives remenses absolvant a sententiis excommunicationis, et sepeliri faciant corpora mortuorum in obitu absolutorum. 10 mars 1237.

Suppl. de Rogier, p. 32. — Bibl. de Reims, Rogier, II, 32, verso. — Portef. K, n° 7.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri A. episcopo silvanectensi, et dilecto filio J. archidiacono catalaunensi, salutem et apostolicam benedictionem. Quia non debet mater Ecclesia ad se redeuntibus pietatis gremium denegare, nos qui solutionem potius quærimus quam vinculum animarum, cum inter dilectos filios decanum et capitulum remense ex una parte, et scabinos et cives remenses ex altera, pacem intellexerimus reformatam, prædictorum civium supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus recepta ab excommunicatis et nominatim interdictis de stando mandatis nostris juratoria cautione, tam scabinos novos et veteres, quam cives ipsos, et illos etiam qui, pendentibus excommunicationis et interdicti sententiis promulgatis, quia eisdem decano et capitulo noluerunt super concessione scabinatus remensis in nostra præsentia respondere, recesserunt a civitate remensi, seque ad loca alia transtulerunt, absolvatis a sententiis supradictis, et injuncto eis quod de jure fuerit injungendum, corpora medio tempore mortuorum qui a presbyteris suis fuerunt, apparentibus in eis signis pœnitentiæ, in obitu absoluti, faciatis in cœmeterio sepeliri. Quod si ambo in eis exequendis, etc.... Datum Laterani, VI id. martii, pontificatus nostri anno decimo.

[1] Une copie de cette pièce, qui se trouve Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, est ainsi datée : Anno M° CC° quadragesimo, tercia die dominica post Circumcisionem Domini.

Digitized by Google

CLXXIV.

Juin 1237. CARTA de furno de Pissechien [ad vitam concesso].

Archiv. du chap., lay. 46, liass. 112, n° 2.

Magistri Johannes, et Johannes de Blesis, canonici et officiales remenses, omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverint universi quod Martinus Sarnais, in nostra presentia constitutus, promisit pro se et Roheude filia sua, quod quando relinquet furnum de Pissechien, quem capitulum remense eidem Martino et dicte Roheudi filie sue ad vitam ipsorum concessit, ut dicitur, quandiu vixerint possidendum, ita relinquet quod bene coquere poterit, et sanum et integrum ad arbitrium boni viri; et propter hoc ipse Martinus pro se et Roheude filia sua posuit in abandonnium omnia bona sua tam mobilia quam immobilia, ubicumque fuerint, erga capitulum memoratum. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo remensis curie fecimus communiri. Actum anno Domini M° CC° tricesimo septimo, mense junio.

CLXXV.

6 octobre 1237. EPISTOLA Gregorii pape IX ad archiepiscopos et episcopos regni Francie, qua eos hortatur ut in prolatione sententiarum interdicti, cum maturitate et gravitate procedant.

Archiv. du Roy., J, cart. 686, n° 68.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis regni Francie, salutem et apostolicam benedictionem. In divini celebratione officii, non solum laus Creatoris excelsi noscitur exaltari, sed ad fidem catholicam diligentius excolendam animus singulorum instruitur, et mens devota bonorum ad dilectionem Dei fortius animatur. Propter quod ecclesiarum prelatis est subtilius precavendum, ne in ecclesias, nisi tunc demum, sententias proferant interdicti, cum non aliter posse conspiciunt lese justitie provideri. Hinc est, quod cum sicut ex parte carissimi in Christo filii nostri..... Francie regis illustris, nostris est auribus intimatum, aliqui vestrum terram suam ecclesiastico nimis prepropere supponant interdicto, non attendentes quod exinde animarum pericula diversa

Digitized by Google

contingunt, et heretici audacius ad vineam Domini demoliendam insurgunt, necnon quod vestram jurisdictionem sic nos convenit moderari, ne exinde graviora consurgant dispendia, unde magna sperantur compendia proventura, universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus in prolatione sententiarum hujusmodi procedere cum ea maturitate et gravitate curetis, quod sententia vestra medicinalis ad profectum animarum appareat, et effectus justitie in aliquo non ledatur, nosque ipsi regi providere aliter non cogamur. Datum Viterbii, II non. octobris, pontificatus nostri anno undecimo.

CLXXVI.

PRIVILEGIUM curie remensis super quittatione Gauberti de Bouvencort. Janvier 1238.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 69.

Magistri Johannes, et Johannes de Blesis, canonici et officiales remenses, omnibus.... Noverint universi, quod dominus Forquaudus de Vallibus, miles, in nostra presentia constitutus, recognovit se dedisse et obtulisse in elemosinam ecclesie S. Theoderici Petrum Gaubert de Bouvencort hominem suum legium, cum Maria uxore dicti Petri, Johanne, Herberto, Eva, Heluydi, Ermeniardi et Remigio heredibus eorum; ita tamen quod nec dictus Forquaudus, nec heredes sui, in prenominatos Petrum et Mariam et eorum heredes aliquid reclamabunt, nec poterunt reclamari. Dictus autem Forquaudus miles, de dicto Petro, et uxore sua, et heredibus eorum, se coram nobis devestivit, et nos dictam ecclesiam investivimus de eisdem..... Prefata vero ecclesia Sancti Theoderici, in recumpensationem hujus collationis, dicto Forquaudo militi donat sexies viginti libras parisienses de quibus recognovit sibi esse plenius satisfactum ex parte dicte ecclesie, in pecunia numerata. In cujus rei..... Actum anno gratie M° CC° XXX° septimo, mense januario.

CLXXVII.

CONFIRMACIO capituli remensis super scambio seu commutacione facta inter dominum remensem archiepiscopum, et hospitale B. Marie remensis, de ducentis sexaginta quadrigatis ligno- Avril 1238.

Digitized by Google

rum, quas idem hospitale accipiebat annuatim in nemoribus de Calmisiaco, pro quibus idem archiepiscopus assignavit hospitali quadraginta libras, quolibet anno, super sestellagio remensi.

Cart. A de l'Arch., fol. 17. — Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III. — Suppl. de Rogier, p. 62.

G. prepositus, S. decanus, J. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres, omnibus..... Noverit universitas vestra, quod cum hospitale nostrum, ex beneficio et collacione pie recordacionis Guillermi quondam remensis archiepiscopi, haberet in nemoribus ipsius archiepiscopi de Calmisiaco, ducentas et sexaginta quadrigatas lignorum, cum tribus equis in quo voluisset tempore percipiendas; venerabilis pater Henricus, Dei gracia remensis archiepiscopus, pro predictis quadrigatis, quadraginta libras annui redditus prefato hospitali commutavit, et assignavit de redditibus sestellagii remensis eidem hospitali persolvendas..... Nos igitur tam archiepiscopatus quam hospitalis nostri attendentes utilitatem, predictam commutacionem et assignacionem, quantum in nobis est, laudamus, approbamus, et presentis scripti testimonio confirmamus. Actum anno Domini M° CC° XXX° VIII° mense aprili.

CLXXVIII.

16 mai 1238 EPISTOLA abbatis S. Remigii ad Ludovicum regem Francorum, de commutatione CCLX quadrigatarum lignorum quas hospitale remensis ecclesiæ annuatim percipere solebat.

Suppl. de Rogier, p. 62. — Bibl. Roy., mss. Reims, cart. VII.

Excellentissimo domino suo Ludovico, Dei gratia illustri Francorum regi, A. S. Remigii remensis humilis abbas, salutem et orationes in Domino. Serenitati vestræ notum facimus, quod nos ad hospitale remensis ecclesiæ personaliter accedentes, a fratribus ejusdem hospitalis, tam præsbyteris quam conversis, quæsivimus utrum placeret eis commutatio quam capitulum remense pro dicto hospitali fecerat cum venerabili patre ac domino Henrico remensi archiepiscopo, super CCLX quadrigatis lignorum, quas dictum hospitale annuatim in nemoribus dicti archiepiscopi de Calmisiaco percipere solebat, et

Digitized by Google

utrum dictæ commutationi suum præbuissent assensum. Qui, habito consilio, unanimiter responderunt, quod isti vel alii facto remensis capituli nullo modo contradicere possunt, cum eidem capitulo tanquam capiti suo teneantur in omnibus, et per omnia, obedire; nec etiam si potestatem contradicendi haberent, huic commutationi contradicere vellent, quia sibi et domui suæ reputant fructuosam. Datum die dominica ante Pentecosten, anno.... M° CC° XXX° VIII°.

CLXXIX.

EPISTOLA capituli remensis ad Ludovicum regem, de commutatione eadem. 28 mai 1238.

Suppl. de Rogier, p. 63.

Excellentissimo domino suo Ludovico, Dei gratia Francorum regi, G.[1] præpositus, S. decanus, J. cantor, cœterique remensis ecclesiæ fratres, salutem, et felices ad vota successus. Cum R. P. et dominus remensis archiepiscopus, cum hospitali remensi permutationem fecerit prout in litteris ipsius archiepiscopi et nostris super hoc confectis plenius continetur, et nos utilitatem et commodum, tam dicti archiepiscopatus, quam dicti hospitalis, quod nostro subest regimini, attendentes, per thesaurarium altissiodorensem excellentiæ vestræ duximus supplicandum, ut dictæ commutationi vestrum præberetis assensum; nec id facere vobis placuerit, cum de assensu fratrum dicti hospitalis non liquerit, excellentiæ regiæ dilectum concanonicum nostrum magistrum Adam, latorem [presentium?], mittimus, iterato supplicantes, et attentius exorantes, ut eidem commutationi vestrum dignemini consensum adhibere, et eam authoritate majestatis regiæ confirmare, cum fratres dicti hospitalis in hoc quantum in ipsis est, expresse consentiant, quamvis non sit eorum consensus super hoc requirendus, prout in litteris abbatis S. Remigii remensis continetur, qui de voluntate nostra propter hoc accessit personaliter ad eosdem. Datum anno M° CC° XXX° VIII, feria sexta post Pentecosten.

[1] Ce prévôt n'est indiqué ni par la *Gall. christ.*, ni dans aucune liste; mais son nom peut se placer immédiatement avant celui de Thomas de Beaumets.

Digitized by Google

CLXXX.

11 juin 1239. EPISTOLA Gregorii papæ IX, qui rhemenses in archiepiscopum rebelles, anathemate percelli jubet [1].

Rainald., Annal. eccles., XXII, 233, n° LXXVI.

CLXXXI.

28 novembre 1239. CONCILIUM apud S. Quintinum, in causa Thomæ de Bellomanso carceri mancipato per dominos de Rumigniaco, habitum.

Cart. E du chap., fol. 66. — Marl., II, 527. — Concil. Labb., XI, 568. — Concil. Hard., VII, 325.

Cum sit notorium apud nos, venerabilem virum Thomam de Bellomanso, prepositum ecclesie remensis, per nobiles viros Nicholaum de Rummiliaco, Colardum filium ejus, et Hugonem de Grisondelle, captum violenter, et carceri mancipatum fuisse, quem adhuc, Dei timore postposito publice detinere presumunt, in opprobrium et verecundiam tocius ordinis clericalis, ordinavit sanctum presens concilium, quod predicti nobiles auctoritate presentis concilii legittime moneantur, quod dictum prepositum prorsus a carcere liberent, et hujusmodi capcionem et detencionem dicto preposito, et ecclesiis quarum est canonicus, quibus ex hujusmodi capcione est illata injuria, competenter emendent. Quod si moniti legittime, predicta non fecerint, denuncientur auctoritate domini pape excommunicacionis sentencie subjacere; et nichilominus, pro injuriis dicto preposito et ecclesiis quarum est canonicus ex dicta capcione illatis, excommunicacionis sentencie, auctoritate presentis concilii, supponantur. Si vero dictam excommunicacionis sentenciam per XV dies sustinuerint, terre quas habent in remensi provincia ecclesiastico supponantur interdicto, quod tamdiu precipimus observari, donec dictum prepositum reddiderint, et predictus excessus emendaverint competenter. Quod si non sic ad liberacionem dicti prepositi et satisfactionem debitam venire curaverint, statuimus quod elapsis XV diebus a tempore quo dictum interdictum proferri contingerit (*sic*), filii dictorum nobilium, in ecclesiis quarum dictus prepositus est canonicus ad dignitatem vel beneficium aliquod nullo tempore assumantur, nec aliquatenus admittantur, nec in aliis ecclesiis

[1] Cette bulle n'est que la répétition d'une de celles que nous avons publiées plus haut.

Digitized by Google

tocius provincie, sive sint cathedrales, sive non, usque ad xx annos; nisi cum eorum filiis, causa cognita de vacanti beneficio, non vacaturo, fuerit per superiorem, vel provinciale concilium, dispensatum. Ceterum si nec sic ad emendacionem debitam et unitatem ecclesie dicti nobiles redire curaverint, statuimus quod, ad eorum pertinaciam reprimendam, invocetur auxilium dominorum secularium a quibus temporalia tenent nobiles memorati; qui si moniti, eos redire ad unitatem ecclesie cogere postposuerint, nec hec infra terminum ipsis prefigendum nobilibus, ab illis, quibus super execucione predictorum, et eorum que ad hoc pertinent, committimus vices nostras, facere prout ad eos pertinet curaverint, volumus et ordinamus, quod ex tunc in dictos dominos excommunicacionis sentencia proferatur, auctoritate concilii; et post elapsis quindecim diebus, eorum terre supponantur ecclesiastico interdicto, donec dictus prepositus fuerit liberatus, et de dictis injuriis competenter fuerit satisfactum. Et ad eorum maliciam compescendam, ex tunc ex parte concilii summo et supremo seculari domino supplicetur, quod in his tale consilium et auxilium adhibeat, quod ipsius interveniente potencia, dictus prepositus liberetur, et jus suum ecclesia super premissis libere consequatur. Super hiis autem omnibus execucioni mandandis, venerabilibus fratribus suessionensi et laudunensi episcopis, vel eorum alteri si ambo interesse non possint, committimus vices nostras, excepta dispensacione super beneficiis filiorum predictorum nobilium, quam nobis duximus retinendam. Actum in provinciali concilio apud S. Quintinum, consencientibus nobis episcopis et approbantibus quorum sigilla presentibus sunt appensa; interveniente eciam consensu omnium procuratorum capitulorum ecclesiarum cathedralium provincie nostre. Anno millesimo ducentesimo tricesimo nono, die lune ante festum B. Andree apostoli.

[Actum in eodem concilio.]

Quia in tantum quorumdam laicorum nepharia processit audacia, quod ipsi, sicut pro certo didicimus, timore Dei postposito, clericos et maxime canonicos cathedralium ecclesiarum, violenter capiunt, et captos detinere presumunt; quod in opprobrium et contumeliam Dei,

cujus sunt ministri, redundat, et tocius ordinis clericalis; nos tantis malis occurrere, prout possumus, in posterum cupientes, statuimus ut si quis canonicum ecclesie cathedralis remensis provincie ceperit, vel violenter detinuerit, vel auctoritatem, auxilium, seu consilium, predictis impenderit, et monitus per ordinarium suum, eundem non liberaverit, et dicto canonico, et ecclesie cui ex dicta capcione et detencione est irrogata injuria, non emendaverit competenter, ex tunc ab ordinario loci sine dilacione qualibet, pro tanta offensa excommunicatus, auctoritate canonis domini pape, nuncietur publice; et propter injurias quas comiserunt [*sic*, comisit?] in ecclesiam cathedralem, et dictum canonicum captum, quas emendare recusant (*sic*), auctoritate concilii excommunicacionis sentencie supponantur (*sic*). Quod si sentenciam excommunicacionis hujusmodi per quindecim dies indurato corde sustinere presumpserint ex tunc, auctoritate presentis concilii, tota terra eorum quam in remensem provinciam (*sic*) obtinebunt supponatur ecclesiastico interdicto; quod tamdiu precipimus observari, donec canonicum reddiderint, et ecclesie predictum excessum competenter curaverint emendare. Quod si nec sic ad liberacionem canonici, et emendacionem debitam, curaverint prona mente venire; statuimus ut elapsis xv diebus a tempore interdicti in terram eorum prolati, filii malefactorum hujusmodi, in ecclesia cujus clericus captus canonicus erat, nullo tempore aliquod beneficium vel dignitatem aliquam assequantur; in aliis vero ecclesiis provincie, sive cathedralibus, sive non, nullum beneficium vel dignitatem seu administracionem obtineant, usque ad viginti annos ab illo tempore computandos; nisi cum ipsis filiis per sanctum provinciale concilium, vel superiorem, in vacanti beneficio obtinendo, non vacaturo, fuerit, causa cognita, dispensatum. Verum si nec sic eorum malicia emoliri possit, quia ferro sunt abicienda vulnera que fomentorum non senciunt disciplinam, statuimus, ut ad eorum pertinaciam reprimendam, invocetur auxilium domini secularis, vel dominorum secularium, a quo vel a quibus temporalia tenent; et nisi moniti legittime dictum malefactorem coegerint, prout ad ipsos pertinet, ad reddendum [*sic*, redeundum?] ad sancte matris ecclesie unitatem, ex tunc, auctoritate presentis concilii, in dictos dominos seculares excommunicacionis sentencia proferatur; et si eam sustinuerint per

Digitized by Google

dies xv, terre eorum quas habent in remensi provincia interdicto ecclesiastico supponantur, donec dictus canonicus fuerit liberatus, et de excessibus predictis fuerit competenter ecclesie et canonico satisfactum. Si autem, quod absit, canonici liberacio et emenda ecclesie debita sic haberi non possit, requiratur dominus secularis summus et suppremus, ex parte concilii, quod tale consilium apponat super premissis, quod exinde debeat a Deo, cujus ministri sunt, necnon a clero et hominibus, merito commendari. Actum in provinciali concilio, apud S. Quintinum, consencientibus nobis episcopis et approbantibus, quorum sigilla presentibus sunt appensa; interveniente eciam consensu omnium procuratorum capitulorum ecclesiarum cathedralium provincie nostre, anno Domini millesimo cc° tricesimo nono, die lune ante festum B. Andree apostoli.

[Actum in eodem concilio.]

Salva in omnibus ordinacione quam fecimus de canonicis ecclesiarum cathedralium remensis provincie, si eos ab aliquibus capi, vel in carcere detineri, contingerit (*sic*) violenter, ceteris membris ecclesie pio compacientes affectu, statuimus, ut si quis ausu temerario canonicum ecclesie non cathedralis ceperit, vel in carcere presumpserit detinere, quam cito res hujusmodi ad ordinarium prolata fuerit, ordinarius loci captores et detentores moneat diligenter, necnon illos quorum auctoritate, concilio, vel auxilio, predicta perpetrata sunt, quod canonicum sic captum liberent, et injuriam tantam canonico et ecclesie cujus est canonicus competenter emendent. Quos (*sic*) si emendare, et canonicum reddere noluerint, monicione premissa, denunciet, et denunciari faciat publice, excommunicacionis sentencie, auctoritate canonis domini pape, subjacere; et ipsos malefactores nichilominus, pro tanta offensa, auctoritate concilii presentis, sentencie excommunicacionis supponat. Quam si per xv dies sustinuerint, ex tunc terre eorum, si quas habent in provincia, supponantur ecclesiastico interdicto. Et nichilominus statim a tempore capcionis cessetur a divinis in illa parochia, in qua eum contingerit detineri. Statuimus eciam quod si hujusmodi sentencias excommunicacionis per xl dies sustinuerint malefactores predicti, quod ex tunc eorum filii, in ecclesia

cujus clericus captus erat canonicus, nullo tempore ad dignitatem vel beneficium aliquod admittantur, vel aliquatenus promoveantur; ut sic patres se puniri videntes in filiis, ab hujusmodi insolenciis compescantur, quas in ecclesias et viros ecclesiasticos committere non formidant. Ad liberacionem autem aliorum clericorum, si eos capi contigerit, sic episcopum loci, in cujus diocesi hoc attemptari contingerit, [se] habere volumus, quod honor ecclesiasticus in omnibus observetur. Actum in provinciali concilio apud S. Quintinum, consencientibus nobis episcopis et approbantibus, quorum sigilla presentibus sunt appensa; interveniente eciam consensu omnium procuratorum capitulorum cathedralium ecclesiarum nostre provincie, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo nono, die lune ante festum B. Andree apostoli.

CLXXXII.

Ann. 1240. Concilium silvanectense episcoporum remensis provinciæ, ubi Jacobus episcopus prenestinus, romani pontificis legatus, petiit obtinuitque vigesimam omnium redditum ecclesiarum, ad auxilium pontificis.

Meyer, Annal. Fland., lib. VIII, ad ann. 1240. — Concil. Labb., XI, 571. — Gall. christ., VIII-IX. — Mansi in Raynald.

CLXXXIII.

Avril 1240. Carta quod illi de S. Timotheo vendiderunt nobis omnem justiciam magnam et parvam quam habebant in vico de Saubourc [1], et quod nichil possunt acquirere in banno nostro.

Cart. A de Saint-Remi, p. 197.

Universis presentes litteras inspecturis, capitulum S. Timothei remensis, salutem. Noverit universitas vestra, quod cum ecclesia nostra haberet, ut dicebamus, in banno B. Remigii, in villa remensi, in quibusdam locis et vicis infra fossata, bannum, justiciam, et alia, occasione quorum frequenter oriebatur contentio, vel oriri poterat, inter ecclesiam nostram et ecclesiam B. Remigii supradictam; tandem pro pace et amore que ad eandem ecclesiam B. Remigii habere

[1] Aujourd'hui, rue Bailla.

Digitized by Google

volumus et debemus, vendidimus et concessimus eidem ecclesie B. Remigii quicquid habebamus in vico de Saubore, in magna justicia et parva, in foragio, sestellagio, roagio, vinagio, et in omnibus aliis, et quicquid habebamus in banno S. Remigii infra eadem fossata, [in] justicia [1], in censu, et supercensu, stallis, et in omnibus aliis que pertinent ad hec omnia supradicta; ita videlicet, quod dominus Henricus granatarius, et dominus Haimmardus Guyons canonicus suessionensis, debent bona fide inquirere de jure quod habebat ecclesia nostra in omnibus supradictis, et de valore annuo omnium eorumdem, et secundum quod inquisierint de jure et valore predictis, debent assignare ecclesie nostre equivalentem redditum annuum reddendum nobis terminis ab ipsis statuendis, in proventibus majorie B. Remigii apud Remis; et si deficeret solutio de prefata majoria, dominus abbas S. Remigii satisfaceret annuatim de eo.... quod deficeret de solutione....; si vero dicti Henricus et Haimmardus, in inquisitione et estimatione prefatis, non essent concordes, magister Renaldus de Corbolio remensis canonicus electus est tercius a partibus, ita quod valebit inquisitio, estimatio, et assignatio hujusmodi in quibus duo ex istis tribus invenientur concordes, et tam nos, quam ecclesia B. Remigii tenemur, hinc inde, observare et ratum habere, sub pena centum librarum parisiensium inquisitionem, estimationem, assignationem seu ordinationem quam dicti tres, vel duo ex ipsis, fecerint de premissis. Debent hec fieri ab ipsis infra festum B. Remigii in capite octobris, inquisitio, estimatio, assignatio, ordinatio supradicte, nisi dictus terminus de consensu partium fuerit prorogatus. Porro mediante venditione seu concessione prefatis, inter partes convenit quod ecclesia nostra, in dicto banno B. Remigii et locis supradictis, nichil de cetero poterit acquirere, nisi eidem ecclesie nostre detur vel legetur; et si ecclesie nostre in dicto banno B. Remigii, vel locis predictis, aliquid datum fuerit vel legatum, ecclesia nostra ultra annum illum et diem, illud non poterit retinere, sed ad ordinationem dictorum arbitrorum, vel duorum ex ipsis,

[1] A la fin du dernier siècle S. Timothée avait encore, à Reims, une justice foncière, « qui s'étendoit sur les maisons de la rue du « Barbatre, à compter de la troisième d'après « la rue Mont-Laurent, jusques et compris « en descendant celle qui est vis-à-vis la con- « grégation. Toutes ces maisons qui vont « par-derrière les remparts forment l'éten- « due de cette seigneurie. » (Bidet, *Mémoires*, IV, 237.)

Digitized by Google

eadem extra manum nostram ponemus; qui etiam de recompensatione nobis facienda propter remissionem juris istius, quod dicimus nos hactenus habuisse, precedente de hoc jure nostro inquisitione, sicut viderint ordinabunt. Ceterum de justicia ecclesie nostre et cimiterii nostri, necnon de justicia domorum in quibus canonici ecclesie nostre manent ad presens corporaliter, vel manserint in futurum, ita erit et observabitur sicut hactenus est obtentum. Ad hec ecclesia nostra in banno B. Remigii poterit acquirere tres domos, videlicet domum D. Petri presbiteri S. Sixti, domum D. Othonis et D. Odeti Carpentarii, que conjuncte sunt domui D. Petri; in quibus tribus domibus, et in illa que est contigua ecclesie nostre, et nostra, ad presens ecclesia B. Remigii habebit omnimodam justiciam, quamdiu ostia fuerint in eis versus viam publicam et cimiterium, et donec heedem quatuor domus in officinas ecclesie nostre sint converse; cum autem fuerint converse in officinas ecclesie nostre, ad solos usus ecclesie nostre, ecclesia B. Remigii ex tunc ibi nullam justiciam retinebit, quamdiu ibi permanserint in officinis et solis usibus ecclesie nostre. Preterea presbiter parrochialis ecclesie nostre domum unam ad habitationem suam in dicto banno B. Remigii, ad usus parrochiatus, poterit acquirere et tenere, et de hiis quinque domibus erit in ordinatione et estimatione dictorum arbitrorum, si pro eis recompensatio fuerit facienda. Justiciam omnimodam habebit ecclesia B. Remigii in grangia nostra de cetero; sed nullum sestellagium de blado proprio ecclesie nostre, vel singulorum ex nobis, petere poterit in eadem. Et hec omnia supradicta, sicut in presenti carta continentur sub pena premissa, hinc inde observare tenemur, estimatione et compensatione omnium predictorum per dictos arbitros, si viderint, facienda; salvis nobis et retentis in omnibus privilegiis et libertatibus que nobis hactenus competebant, ratione ordinis clericalis. In quorum omnium testimonium presentes litteras emisimus sigilli nostri impressione signatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mense aprili.

CLXXXIV.

Juillet 1240. CARTA Henrici remensis archiepiscopi de præjudicio ecclesiæ remensi pro cessatione non generando.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III.

Digitized by Google

Henricus Dei gratia remensis archiepiscopus.... Noverit universitas vestra, quod cum nos in cives remenses, in banno nostro commorantes, propter eorum excessus multiplices, promulgavimus excommunicationis sententiam, in totam villam remensem interdictum generale ponentes, et dilecti filii Thomas præpositus, Stephanus decanus, J. cantor, cæterique remensis ecclesiæ fratres, propter evitandum periculum quod accideret, si [tempore quo?] tot erant excommunicati et interdicti, solemniter sicut antea celebraretur, etiam januis clausis, cum clare de foris audirentur, non propter interdictum a nobis positum, vel nostrum mandatum, organa sua, facta protestatione quod hoc eis non præjudicaret in aliquo, suspenderunt; nos autem qui jura et libertates ipsorum tueri et observare debemus, protestationem prædictam acceptantes benigne, nolumus quod eis ex hoc facto quantum ad possessionem vel proprietatem, præjudicium aliquod generetur, sed eorum juribus et libertatibus in suo robore permanentibus, volumus eos in statu existere quasi non fuisset interdictum positum, et nunquam organa suspendissent. In cujus rei memoriam..... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mense julio.

CLXXXV.

Forma et potestas absolvendi, sede vacante, scabinos remenses qui per archiepiscopum fuerant excommunicati. 11 août 1250

Archiv. du chap., renseign., liass. 26, n° 3. — Livre Blanc, fol. 40, Libert., III.

Th. prepositus, St. decanus, J. cantor, ceterique fratres ecclesie remensis.... Noveritis quod, cum post recentem decessum.... D. Henrici archiepiscopi sede vacante, scabini remenses et alii de Remis in banno archiepiscopi ad nos in capitulo remensi personnaliter accessissent, petentes humiliter ut super excommunicationibus et interdictis que idem archiepiscopus in ipsos et alios de banno suo tulerat, beneficium absolutionis impenderemus eisdem, et nos ab initio respondissemus quod parati eramus eos absolvere in forma ecclesie; orta altercatione de forma ecclesie, et habitis pluribus tractatibus super [absolutione?] hujusmodi inter nos et ipsos, tandem ita convenit, quod scabini presentes in villa, tanquam singulares persone, et triginta alii de banno archiepiscopi eligendi a domino silvanectensi, emendam

Digitized by Google

facerent capitulo remensi de hiis pro quibus dicte sententie erant late,.... pro se ipsis et aliis de banno.....; et jurarent per se, quod de dictis sententiis starent mandato capituli, sub pena mille marcharum argenti; et mandatum capituli super premissis debet esse ordinatio D. silvanectensis episcopi, et M. Henrici archidiaconi, et M. Godefridi scolastici remensium; quam ordinationem videlicet ipsi debent facere de premissis, M. G. Goyn ad eorum consilium super hiis evocato, ita quod dicti tres ordinatores et singuli eorum in eandem ordinationem pariter conveniant, ordinatione eorum aliter minime valitura; et prestitis a scabinis et aliis triginta, emenda juramento et cautione prefatis, statim absolvantur auctoritate capituli a sententiis auctoritate archiepiscopi prolatis. Alii vero de banno archiepiscopi excommunicati vel interdicti ab ipso, absolvantur in suis parrochiis per proprios presbiteros, de mandato et auctoritate capituli, presentibus nunciis ipsius capituli ad hoc videndum missis, prestito ibidem juramento ab ipsis absolvendis, quod super premissis stabunt mandato capituli; et mandatum capituli super hiis erit ordinatio supradictorum arbitrorum. Postmodum dicti arbitri ordinabunt de penis infligendis, seu satisfactionibus faciendis, de tot et talibus personis de banno archiepiscopi quot et quales eligere voluerint, quorum numerus non excedat centum, quos nominabunt infra festum Assumptionis; et pronunciabunt infra idem festum que et qualis satisfactio fuerit prestanda ab illis; per quam prestitam, a penis et satisfactionibus omnibus quitamus eosdem.... Et si aliquis de hiis qui satisfacere tenebuntur ex ordinatione predicta, antequam satisfecerit moriatur, vel canonicum habeat impedimentum, subrogabitur alter de banno loco ejus per dominum silvanectensem qui pro tempore fuerit; et sciendum quod, si quis de electis ad dictam satisfactionem prestandam noluerit eam subire, major archidiaconus remensis eum ad subeundum eam per sententiam excommunicationis compellet, et scabini pro posse suo et bona fide ad hoc eos inducere tenebuntur.... In quorum testimonium.... Actum anno.... M° CC° XL°, mense augusto, in crastino B. Laurentii.

CLXXXVI.

12 août 1240. SENTENCIA lata ab episcopo silvanectensi et aliis arbitrato-

Digitized by Google

ribus, in scabinos et cives remenses qui remensi capitulo vim intulerant.

Livre Blanc du chap., fol. 41, Libert., IV. — Lacourt, Rec. de pièces, fol. 29.

Adam.... sylvanectensis [1] episcopus, Henricus archidiaconus, Godefridus scolasticus remensis.... Noveritis quod cum super excommunicationibus et interdictis que Henricus archiepiscopus dudum tulerat in scabinos remenses et alios cives de banno, plures habiti fuissent, vacante sede, tractatus inter capitulum.... et eosdem scabinos.... absolutionis beneficium a dicto capitulo petentes instanter; tandem, volente Domino, convenerunt concorditer in certam formam quam in scriptis redactam et tam sigillo meo [*sic*, suo?], quam sigillo capituli, pro majori firmitate signatam, tam dictum capitulum, quam scabini, pro se et civibus, habuerunt.... Itaque die dominica post festum S. Laurentii, undecim e scabinis, cum unus ex eis dicebatur abesse, cum maxima multitudine populi remensis, in pratello ante capitulum ecclesie in nostra presentia constitutis, nos qui de communi consensu eramus arbitri...., lecta et exposita, in communi audientia populi astantis, forma premissa, undecim dicti scabini tanquam singulares persone, et triginta alii de banno archiepiscopi nominati ibidem, emendam expressam fecerunt capitulo remensi.... Juraverunt etiam pro se ipsis et aliis, quod de dictis sententiis starent mandato capituli...., sub pena mille marcharum argenti, bonis et idoneis fidejussoribus ex parte ipsorum capitulo super hoc assignatis. Quibus rite peractis, interrogatus qui presens erat populus, utrum ea que fiebant rata vellet habere? per communem acclamationem consensit, sicque, auctoritate capituli, per unum de presbyteris canonicis remensibus, tam dicti undecim scabini, quam triginta cives,.... in presentia totius multitudinis fuerunt solemniter absoluti.... Presbyteris quoque parochialibus injunctum fuit ibidem, ut alios de banno excommunicatos.... absolverent in suis ecclesiis, de auctoritate capituli, presentibus capituli nunciis [2].... Porro de iis qui, ex participatione cum excommunicatis, auctoritate archiepiscopi, majori excommunicatione tenentur, ita duximus ordi-

[1] Voir Marlot, II, 530.

[2] Cet ordre est exécuté dans chaque paroisse, ce dont les arbitres s'assurent par des délégués.

nandum, cum excommunicationis, penarum, et satisfactionis, nobis sit attributa potestas, quod cum super hoc absolutionem suam humiliter requisierint, presbyteri eorumdem ipsis super hoc beneficium absolutionis impendant, sine nuncio capituli, nulla alia pena imponenda iisdem, nisi quod jurabunt, quod super hujusmodi remensis capituli mandato parebunt; et per juramentum prestitum absoluti remanebunt. Acta sunt supradicta, anno M° CC° XL°.

Isti scabini, R. Cuissart, Th. Guimares, P. de Porta Carceris, Theob. de Saceio, Gervas. de Cultura, B. Guimares, ibunt ad ecclesiam cathedralem morinensem, et venient ad decanum vel hebdomadarium ecclesie, et dicent ei, quod in crastino sequenti,... de mandato sylvanectensis episcopi, et...., et...., debent interesse processioni nudis pedibus, in camisiis tantummodo et bracchis, tenentes virgas in manibus, et venire coram hebdomadario, et ibi flexis genibus facere se verberari ab eo...., et sic facient...., et reportabunt litteras testimoniales capituli morinensis.... Gerbaud. de Venissia, J. de Coursalin, Gibelinus Pervicarius, J. de Vallibus, Hugo Capes, H. de Porcis, scabini, simili modo ibunt et facient in ecclesia tornacensi [1].....

Preter hec, omnes supradicti sexaginta decem, si fuerint presentes in villa, vel loco absentium subrogati per majorem archidiaconum remensem, in festo Assumptionis.... instanti...., quando processio debebit intrare in ecclesiam majorem, in reditu suo, parati erunt in pratello vel in claustro, in camisiis et bracchis, et discalceati, tenentes virgas in manibus, et intrabunt post canonicos, et sequentur processionem in ecclesiam, et quando processio debebit se movere ut intret chorum, antequam se moveat, venient omnes et singuli ordinatim ante hebdomadarium, et flexis genibus facient se verberari ab eodem ordinario. In hanc ordinationem nos episcopus sylvanectensis.... H. archidiaconus et G. scolasticus consensimus, magistro G. Goin ad hec ad consilium nostrum evocato,.... anno M° CC° XL°, die dominica post festum B. Laurentii.

[1] Six autres bourgeois iront à Beauvais, six à Amiens, six à Arras, six à Senlis, six à Cambray, sept à Noyon, sept à Soissons, huit à Laon, sept à Châlons; ils doivent avoir accompli leur pénitence avant la Saint-Remi.

Digitized by Google

CLXXXVII.

Carta de quitatione hominum de Trigneio et communitate de Chaudardre. Janvier 1241.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 102.

Universis.... Andreas Juvenis domini regis baillivus viromandensis, salutem. Noverit universitas vestra, quod major et jurati de Chaudardre recognoverunt coram nobis et in presentia prepositorum laudunensium, videlicet Guillermi de Conč. et Stephani dicti Bovis, et Gaucheri castellani laudunensis, et majoris et scabinorum laudunensium, videlicet Petrum [de] Brueriis, quod homines de Trigniaco qui fuerant de communia de Chaudardre pacificaverunt cum ipsis, concorditer et assensu communi, de omnibus querelis et alligationibus habitis inter dictos homines de Trigniaco ex una parte, et dictos majorem et juratos de Chaudardre ex altera; et per pacificationem factam inter ipsos, de assensu et voluntate majoris et juratorum de Chaudardre, dicti omnes homines de Triniacum (*sic*) ad peticionem abbatis S. Theoderici sunt reversi apud Trigniacum, sub dominio et potestate abbatis et ecclesie S. Theoderici. Dicti vero major et jurati de Chaudardre in presentia nostra, majoris et scabynorum laudunensium et aliorum predictorum, dictos homines de Trigniaco, de omnibus querelis, exactionibus, et alligationibus penitus quitaverunt. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum ad peticionem abbatis et parcium predictarum dignum duximus apponendum. Actum Lauduni, anno Domini M° CC° XL°, mense januario.

CLXXXVIII.

Carta de reditione hominum de Trigni a communitate de Chaudardre. Février 1241.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 100.

Hugo de Sarquex, remensis archidiaconis (*sic*), omnibus.... Noverit universitas vestra, quod Henricus Poitevins, Poncardus Macars, Henricus Macars, Bertrannus li Pelés, Enulfus de Puteo, Huardus li Pelés, Renaudus Coquins, Poncelinus Picars, Ernaudus Prious, Richerus li

Digitized by Google

Pique, F. li Païsans, Ernaudus de Puillon, [1] ..... qui in communia de Chaudardre fuerant, coram clerico fideli curie nostre ad hoc specialiter misso, recognoverunt, quod ipsi omnino renonciaverant dicte communie, et reversi sunt apud Trigneium ad commorandum ibidem, sicut mansionarii ecclesie S. Theoderici. Recognoverunt etiam quod super conspiratione et injuriis quas dicti homines abbati et ecclesie memoratis irrogaverant, et super omnibus discordiis et querelis quas dicti abbas et ecclesia sua habuerant et habebant adversus dictos homines, a tempore ex quo a villa de Trigneio recesserunt, usque nunc, se supposuerunt ordinationi et voluntati de alto et basso dicti abbatis; promittentes unusquisque eorum fide prestita corporali, et sub pena centum librarum parisiensium, de quibus quilibet ipsorum plegius est pro alio, et quilibet in solidum, quod quicquid dictus abbas super promissis (*sic*) pro voluntate sua duxerit ordinandum, inviolabiliter observabunt et ad majorem securitatem dicti homines omnia bona sua mobilia et inmobilia que habent, tam in villa de Trigneio, quam in territorio ejusdem ville, in manu dicti abbatis et abandonno posuerunt. In cujus rei.... Datum anno Domini M° CC° XL°, mense februario.

CLXXXIX.

21 juin 1241. LITTERÆ super contentione suborta in ecclesia S. Dionisii, inter abbatem et conventum ejusdem loci, erga quasdam consuetudines ejusdem ecclesiæ, assertas a conventu, negatas ab abbate.

Cart. de Saint-Denis, p. 133.

Litteræ G. scholastici et G. de Lauduno canonici remenses (*sic*) super contentione suborta in ecclesia S. Dionisii, inter abbatem et conventum ejusdem loci, erga quasdam consuetudines ejusdem ecclesiæ, assertas a conventu, negatas ab abbate, pro qua sopienda abbas pro se, J. prior, magister Richerus, et magister Thomas, canonici S. Dionisii, pro se ipsis et pro conventu, promiserunt quod starent ordinationi statuendæ a dictis scholastico et canonico, de consilio domini Rogeri et domini Guidonis Thesaurarii canonici [*sic*, canonicorum?] S. Johannis suessionensis, et eam facerent observari. Dicti judices electi, inspectis articulis

[1] Ici se trouvent les noms de 141 autres habitants de Chaudardre.

Digitized by Google

de quibus erat quæstio, salva in omnibus regula B. Augustini, salvis statutis in eadem ecclesia auctoritate apostolica factis a viro venerabili magistro Stephano de Pruvino et a Godefrido uno de judicibus delectis, de concilio dictorum Rogeri et Guidonis, ordinavimus, inquiunt, quod abbas S. Dionisii quando præsens esset in villa, horis silentii, quando commode posset, interesset et resideret cum fratribus in claustro, in silentio, tanquam qui cæteris formam dare debet observantiæ regularis, et ut alii libentius eisdem horis in claustro resideant in silentio. Item diximus per ordinationem nostram, quod abbas præsens in villa debet dormire cum fratribus in dormitorio, nisi ex causa rationabili aliter fecerit, et hoc relinquatur conscientiæ suæ. Item diximus quod abbas, si commode potuerit, debet frequenter venire in capitulum ut sciat statum canonicorum, et corrigenda corrigat, tam super ordinis observantia quam super excessibus fratrum. Item diximus quod quando abbas necesse habet exire de villa, observetur, ut [si?] moram faciat per diem, vel amplius, debet hoc significare priori, vel illi qui conventum tenet, ut sollicitus sit super observantia ordinis et aliis quæ ad officium suum spectant, absente abbate. De computatione facienda in monasterio, observetur quod statutum est auctoritate apostolica. Item diximus quod quando opportet canonicum mitti ad parochiam pro cura animarum, abbas debet hoc facere de concilio prioris et maturiorum de ecclesia, et postea significare in capitulo. Quando vero parochia conferenda fuerit seculari personæ, abbas etiam hoc faciat de consilio prioris et maturiorum de ecclesia; hoc etiam faciat de baillivis conferendis, et sine dilatione, tam intus, quam extra. De canonicis creandis observetur quod statutum est auctoritate apostolica. Diximus etiam ordinando, quod ille qui præest hospitibus recipiendis, ea quæ conventus habet in cibo et potu recipiat a senescallo pro hospitibus; et si necesse fuerit quod melius paretur pro qualitate hospitum, hoc fiat per abbatem, vel per illum qui præest ordini, absente abbate. Item quando pitanciarius instituendus fuerit, significetur hoc abbati qui conventui injungat ut conventus eligat quatuor vel sex de conventu qui cum priore tractent de pitanciario instituendo; et cum illi in aliquam personam convenerint, significetur hoc abbati, qui sine contradictione illam recipiat, et ei officium injungat, nisi dictis electoribus, ante nominationem et præsentationem in capitulo, abbas in secreto dixerit bona fide, ipsum non esse necessarium tali

officio; et tunc eligent alium. Pitanciarius autem ab abbate receptus, de proventibus pitanciarum et expensæ computet et rationem reddat cum visum fuerit, coram priore et quatuor maturioribus de ecclesia, et abbate, si interesse voluerit; et de proventibus pitanciarum ministret tam conventui, quam infirmis fratribus, seu minutis, sicut solet fieri, et sine murmure, sicut dicit regula, et sicut viderint expedire. Item matricularius sæcularis fidelis et honestus, per abbatem, priorem, quatuor vel sex de canonicis maturioribus, instituatur, qui coram abbate si interesse voluerit, et fratribus, juramentum solemniter præstabit, quod res ecclesiæ fideliter custodiet, et secreta capituli quod sciverit, non revelabit, et quod pro posse suo, non turpia pallamenta, non inhonestum quid in ecclesia fieri permittet; si contra voluntatem et prohibitionem suam, tale quid in ecclesia factum fuerit, abbati vel priori nuntiabit, vel ei qui ordinem tenebit in absentia abbatis; et si minus fidelis, vel minus honestus, vel mali (*sic*) consentiens [sit?], statim ejiciatur. Item diximus quod abbas, cum viderit expedire, studeat diligenter visitare domos ecclesiæ forenses, et inquirere tam de temporalibus quam de spiritualibus; et corrigenda, maxime scandala, corrigat de consilio prioris et maturiorum de ecclesia. Item diximus quod de victu et vestitu canonicorum congruo et debito fideliter observetur, quod a reformatoribus auctoritate apostolica invenitur esse statutum, et postea per remensem et cathalaunensem priores de ordine Prædicatorum dicitur declaratum. Item diximus quod cocus sæcularis quotiens instituetur, jurabit coram priore et fratribus, et abbate, si interesse voluerit, quod fideliter se habebit in emptione cibariorum legitimorum, et alias in officio suo fideliter se habebit. Item ordinamus quod in refectorio nulla sit singularitas in cibo et potu, sed communiter utantur eodem cibo et potu, nisi ex causa aliquis ex canonicis carnes bovinas pro porcinis, et ova pro caseis, vel e converso, a socio suo, vel a ministro mensarum, sibi dari petierit; hoc excepto quod abbas in mensa sua, coram se, pitanciam melioris cibi vel melioris vini habebit, si voluerit; de quibus quod residuum fuerit coram eis pauperibus fideliter reservetur. Item ordinamus quod cum thesaurarius in ecclesia fuerit instituendus, instituatur per abbatem, de consilio prioris et maturiorum de ecclesia, honestus, providus et discretus, qui bona et proventus thesaurariæ fideliter convertat in lumi-

Digitized by Google

naria, et cætera quæ spectant ad officium thesaurariæ; et tam de proventibus ejus, quam de expensis in ea, rationem reddat, cum visum fuerit, coram abbate et priore et maturioribus de ecclesia; et ipse sollicitus sit de debito ornatu ecclesiæ, et de custodiendo diligenter ecclesiam. Item instituatur de canonicis elemosinarius honestus, providus et discretus, qui diligenter et frequenter visitet domum elemosinæ, [videat si?] quid indecens in ea fiat, et si in ea aliquid indecens invenerit, significet abbati et priori et maturioribus de ecclesia, ut, sicut decuerit, corrigatur; item etiam bona et proventus elemosinariæ fideliter convertat in usus et utilitates elemosinariæ, et faciat ministrari pauperibus et infirmis in ea existentibus, necnon et aliis in ea morantibus, sicut decuerit et viderint (*sic*) expedire. Idem etiam in claustro residentiam faciat, nisi aliquando necesse habeat exire extra villam pro injuncto sibi officio, et exeat de licentia abbatis, vel prioris in absentia abbatis, vel illius qui ordinem tenuerit; sed nec sibi propter hoc equos quasi officio suo proprios teneat. Idem etiam de bonis et proventibus elemosinariæ, cum visum fuerit, coram abbate et priore et maturioribus de ecclesia rationem reddat; et si abundaverint in officio suo, pauperibus et infirmis extrinsece eis [*sic*, extrincesis?] pie poterit idem dare. Item baillivi intrinceci vel extrinceci baillivias sibi injunctas in capitulo recipiant, ibidem humiliter prostrati coram abbate, et eodem modo coram abbate in capitulo se prosternant, cum ab eis fuerint dimittendi. Item ordinamus quod abbas nullum ex canonicis licentiet, vel eximat generaliter, ab observantiis regularibus, nisi quantum officium illi injunctum exegerit, vel ejus infirmitas, vel alia causa rationabilis abbati cognita; hujusmodi autem licentia sive exemptio rarissime fiat, et semper ex causa debita; et cum fieri debuerit, significetur priori, vel ei qui ordinem tenuerit, ut murmurandi occasio subtrahatur. Item ordinamus quod confessiones extraneorum, tam ab abbate, quam ab aliis qui huic officio fuerint deputati semper in navi ecclesiæ audiantur, et in loco publico et apto, ubi communiter possint videri qui confitetur et qui audit confessionem, et hoc maxime ante horam prandii, si commode fieri possit. Circa infirmos autem de parochia, lex hujusmodi non imponitur; verum licebit abbati extraneos, vel ad eum missos propter officium suum, aliquando, sed non passim, stando in curia ecclesiæ absolvere, vel alibi et in loco publico, sicut decuerit, et honeste viderit expedire. Item ordinamus

quod si aliquis ex canonicis necesse habuerit loqui cum consanguinea sua, vel extranea muliere, hoc semper faciat de licentia abbatis, vel prioris, vel illius qui ordinem tenuerit, in navi ecclesiæ si fuerit ante horam prandii, vel si vesperæ decantantur in ecclesia; alio tempore vero, si necesse habuerit loqui cum hujusmodi mulieribus, loquatur cum eis, et de licentia, in curia ecclesiæ, in loco publico et apto, ante domum portarii et semper in hujusmodi colloquio se habeat honeste et severe, sicut regula requirit. Ad hanc autem observantiam in colloquiis mulierum, non adstringantur baillivi ecclesiæ, qui propter officium suum nonnunquam necesse habent loqui cum quibuscumque, et frequenter. Item ordinamus, quod januæ ecclesiæ ex parte villæ semper sint clausæ, nisi ex necessitate et debita ratione consueverint aperiri, et hoc tam thesaurario, quam matriculario, districtius injungatur. Hæc autem omnia abbas, quantum ad se spectat, observet, et ab aliis qui hanc ordinationem receperint faciat observari. De modo preficiendi priorem nihil ordinamus ad presens, donec super hoc plenius consilium habeamus. De officio vero prioris hoc volumus observari ad præsens, donec aliquod consilium habeamus : Quod si abbas non fuerit in conventu, canonici possint accipere licentiam a priore vel ab eo qui tenet conventum, eundi in villam, eundi in infirmariam, accipiendi munuscula non suspecta, vel litteras non suspectas, comedendi in camera ex causa bona et debita, loquendi cum aliqua muliere non suspecta, vel cum aliquo, modo prædicto. Verum si in his gerendis abbati obviaverint, propter ejus reverentiam significent ei super his sibi datam licentiam. Prior autem sit assiduus in conventu, pro ordine observando, nisi ex causa justa cum oporteat exire in villam, vel causas sibi delegatas tenere; depositum autem non recipiat, nec testamentum super se accipiat, sine licentia abbatis. Aliam obedientiam vel bailliviam non habeat cum prioratu. Sane non intelligimus ex hac ordinatione nostra quod sive abbas, sive aliquis de conventu ad prædicta observanda juramento aliquo teneatur, verum transgressores, sicut ordo exigit, pœna debita castigentur. Hæc autem acta sunt et publicata anno Domini, M° CC° quadragesimo primo, feria sexta ante Nativitatem B. Johannis Baptistæ; et nos magistri Godefridus et Gerardus præsenti ordinationi, ad petitionem partium, sigilla nostra apposuimus in testimonium.

Digitized by Google

CXC.

PRIVILEGIUM Hugonis cometis (*sic*) regitestensis, de concordia facta inter ipsum et ecclesiam S. Remigii remensis, super karreto, et procurationibus, et submonitionibus hominum villarum B. Remigii ad calvacheias. Octobre 1241.

Cart. C de Saint-Remi, fol. 34, n° CCXVI. — Cart. A de Saint-Remi, p. 428.

Hugo regitestensis comes, universis presentem paginam inspecturis, in Domino salutem. Noverint universi, quod cum inter me ex una parte, et ecclesiam B. Remigii remensis ex altera, controversia verteretur occasione karreti quod debebant michi homines B. Remigii remensis, necnon et occasione procurationum sive hospitacionum quas habeo in villis B. Remigii; item occasione submonitionum hominum villarum B. Remigii ad calvacheias meas ducendorum; item super eo quod eadem ecclesia dicebat quod in villis B. Remigii nullum possum habere accessum per me, vel per meos, vel vim aliquam facere, nisi ab eadem ecclesia fuero vocatus, sicut hec omnia predicta dicuntur in kartis ejusdem ecclesie super hoc confectis plenius contineri; necnon et super pluribus aliis articulis ex premissis dependentibus, et etiam super quodam nemore quod vocatur nemus B. Marie regitestensis; tandem mediantibus bonis viris, pro bono pacis, inter me et dictam ecclesiam taliter convenit, quod ego dictum karretum in perpetuum dicte ecclesie plene quitum clamavi, et hominibus villarum B. Remigii, scilicet de Johannisvilla, Porra, Givereio, Alanduisio, Bairon, Pontbair, Tasnai, et potestate vici S. Remigii remensis, qui michi dictum karretum debebant. Pro recompensatione vero dicti karreti quod hominibus villarum suprascriptarum quitum clamavi, habebo perpetuo annuatim, et heredes mei qui in comitatu michi succedent, in predictis villis, centum libras parisienses terminis statutis et subscriptis persolvandas....; homines vero de Johannisvilla, de dictis centum libris, proportione eos contigente (*sic*), solvent annuatim viginti et unam libras; homines de Porra, decem et octo libras; homines de Givereio, duodecim libras; homines de Alanduisio, octo libras; homines de Bairon, septem libras; homines de Pombair et Tasnai, tredecim libras; homines de potestate vici S. Remigii, viginti et unam libras: et si homi-

nes villarum predictarum in solutione dicti redditus in toto, vel in parte, ad terminos statutos deficerent, abbas S. Remigii defectum solutionis bona fide michi, tanquam dominus, faceret haberi ab hominibus ville vel villarum qui in hoc deficerent. Et si dictam ecclesiam aliquando vacare contigerit, ille qui terram ecclesie loco abbatis custodiet, idem facere tenebitur bona fide. Preterea pro bono pacis promisi et promitto, quod quociens de novo novos prepositos, vel aliquos loco ipsorum, in comitatu meo constituam, infra quindecim dies postquam ex parte abbatis fuero requisitus, faciam eos jurare coram abbate, vel ejus mandato, ad certum diem apud Regitestem, quod nullam malam occasionem querent per se, vel per alios, contra homines sive mansionarios B. Remigii, tam in novis villis quam veteribus ejusdem ecclesie, commorantes, per quam scienter eos gravent; et quod eisdem hominibus nullam malam submonitionem per se, vel per alios, de chevaucheis meis scienter faciant; et quod fideliter observabunt kartas, quantum in eis fuerit, ecclesie B. Remigii tam novas quam veteres, que inter me et predecessores meos, et dictam ecclesiam sunt confecte, quas kartas tam novas, quam veteres, sese compacientes, ego bona fide, et pro posse meo, volo, promisi et promitto, et teneor in perpetuum fideliter observare. Item bene volo et concedo, quod sepedicta ecclesia, sine contradictione aliqua, libere et pro voluntate sua, extirpet et sarcet [1] predictum nemus, quod dicitur nemus B. Marie regitestensis, et concedat quibuscumque voluerit ad extirpandum et sartandum; ita tamen quod quamdiu dictum nemus ibidem fuerit, usagium meum in dicto nemore retineo, habeo et habebo. Et per hanc pacem et conventiones supradictas, omnes querele que hactenus inter me ex una parte, et dictam ecclesiam ex altera, mote erant, hinc inde sopite sunt penitus in perpetuum et quitate, quantum ad excessus et

[1] En février 1248, des difficultés qui s'étaient élevées relativement à ce passage, furent aplanies par un acte qui se trouve cart. C de Saint-Remi, folio 36, verso, n° CCXXXV; en voici la clause principale :

« Quandam partem dicti nemoris ad agriculturam redigit ecclesia supradicta [B. Remigii], et aliam partem dicti nemoris ad agriculturam volens redigere, contradixi, dicens quod per illa verba, extirpare et sartare, dictum nemus ad agriculturam redigere non poterat nec debebat. Tandem amore et precibus karissimi domini mei P. abbatis S. Remigii remensis, dictum nemus integraliter vel pro parte sartare, extirpare et hoare, et ad agriculturam valeat redigere, libere et absque aliqua contradictione.... quittavi. »

Digitized by Google

katalla, salvo tamen jure parcium super articulis contentis in kartis supradictis, preterquam de dicto karreto quod dicte ecclesie et hominibus villarum ejusdem ecclesie quitum clamavi, et remisi in modum supradictum. Ad majorem vero securitatem, totam presentis karte continentiam juramento proprio me firmiter et inviolabiliter promisi et promitto observare, et heredes meos ad id faciendum in perpetuum obligo et astringo, et eandem sigilli mei karactere feci et volui roborari, insuper et sigilla karissimarum mearum, videlicet Felicitatis matris mee domine de Bello Forti, dicte comitisse regitestensi, et Johanne uxoris mee comitisse regitestensis, huic karte feci apponi; que omnia sigillorum suorum appositione laudaverunt et approbaverunt. Actum anno Domini M° ducentesimo quadragesimo primo, mense octobri.

CXCI.

Carta de emenda quam fecerunt homines de Trigni abbati [S. Theoderici], super eo [quod] posuerint apud Chaudardre. Décembre 1241.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 102, verso.

Magistri Drogo de Altovillari, et Johannes de Perona, canonici et officiales remenses, universis.... Noverint universi, quod cum homines communitatis de Trigneio conspirationem contra abbatem et conventum S. Theoderici fecissent talem, quod ipsi qui sunt mansionarii et erant ecclesie S. Theoderici, et tenent et possident quicquid habent vel habere possunt in territorio de Trigni, sub divino [*sic*, dominio?] et potestate dictorum abbatis et conventus, a dictis abbate et conventu, a villa de Trigni, contra voluntatem ipsorum abbatis et conventus, et sine aliqua causa rationabili, recessissent, euntes apud Chaudardre et communem (*sic*) dicte ville subintrantes, et dicentes se esse de communia predicta, nichilominus volentes esse cubantes et levantes in villa de Trigni, et habere aisantias suas omnimode in pacuis (*sic*), plateis, et communibus locis de Trigni, et territorii de Trigni, contra voluntatem et in prejudicium et gravamen non modicum abbatis et conventus predictorum, nolentes assisiis seu bannis factis in villa de Trigni ex parte dictorum abbatis et conventus in aliquibus obedire; et preterea jurassent, et fidem unus alteri dedissent, quod si mandatum

Digitized by Google

dictorum abbatis et conventus ipsos vel aliquem ipsorum capere vellet vel arrestare pro premissis, quod unus alteri, fide et juramento inter se ad invicem prestitis, pro posse suo juvare tenerentur : fecissent etiam in villa de Trigni, contra voluntatem et prohibitionem predictorum abbatis et conventus, juratos quos habebant pro divinis in prejudicium ipsorum abbatis et conventus non modicum et contemptum, arma per totum mansum dominicum et terram ipsorum, ipsis abbate et conventu contradicentibus, deferentes. Preterea tamen si regem in exercitum ire contingat, dicti abbas et conventus, de jure et consuetudine optenta et approbata in villa de Trigni, taliam facere possint, et taliam pro exercitu regis dicti abbas et conventus in villa de Trigni fecissent, homines predicte communitatis predictam talliam, licet ipsam sine contradictione alias solverint, ipsam solvere denegassent; abbas ecclesie memorate, videns ipsos in vacuum et gravis astucie vitio laborare, jus suum et ecclesie sue in premissis multipliciter deperire, si in premissis diutius regnare permitteret eosdem; in se considerans quod homines dicte communitatis qui mansionarii sui et ecclesie sue erant, sumptuosas expensas in premissis prosequendis faciebant, licet eadem ad utilitatem eorum terminare non possent, immo potius ad eorumdem detrimentum, se et sua, si eos in premissis diu perseverare contingeret, sine redemptione aliqua in perditionem et destructionem convertentes; considerans etiam, quod quicquid contingeret et quicquid ipsi facerent, quod in fine ipsos sub potestate ipsius et ecclesie sue viva vi reverti oporteret, divina gratia concedente; jus suum et ecclesie sue retinere cupiens, eligere quod juctum (*sic*) erat et honestum, declinare quod iniquum erat et dampnosum; videns et sciens quod in hujusmodi negocio mora periculum non modicum generabat, ipse causa pietatis ductus tamquam merus satales [*sic*, satelles?] et filius obedientie; pro jure suo et ecclesie sue retinendo, adversus illos qui cor induratum habebant ad premissa perpetranda, et eadem relinquere non curabant, se viriliter constituit defensorem, ipsos tanquam mansionarios suos et ecclesie sue, licet fugitivi essent, ubicumque necesse erat, aut in communia predicta, aut alibi, suis propriis sumptibus requirens; et dicebat quod ratione delictorum predictorum, et eo quod a villa de Trigni contra voluntatem suam

Digitized by Google

recesserant, et omnis eorum remanentia ad ecclesiam suam erat devolupta, ipsos homines hiis modis causa correctionis fatigans, tandem cum prefati homines ignorantiam et insipientiam suam perciperent, et injurias quas indebite irrogaverant dicto abbati et ecclesie sue sine causa rationabili, scientes et videntes quod in hujusmodi operibus diutius commorari non possent, et manifestam eorum negligentiam ita omnibus evidenter apparere, quod vix aliqua tergiversatione posset celari, in fine in villa de Trigni reversi sunt; et in presentia nostra majores, scabini, totaque communitas de Trigni constituti, plenarie recognoverunt, se predictas injurias dicto abbati et ecclesie sue indebite et contra justiciam irrogasse, et pro dictis injuriis et forefactis misericordiam a dicto abbate postulantes, predictas injurias, molestationes et forefacta dicto abbati emendaverunt; promittentes spontanei, quod ipsi vel heredes eorum de cetero in aliquam communiam causa morandi vel manendi non intrabunt; quod si intrarent, quod abbas qui pro tempore fuerit omnem ipsorum remanentiam sine forefacto saisire et detinere posset libere et absolute tanquam suam, pro hiis omnes possessiones suas quas tenebant et tenebunt tam in territorio de Trigni quam in omni dominio ecclesie S. Theoderici, obligantes eidem ecclesie. Emenda autem omnium premissorum forefactorum talis fuit, quod ipsi se et res suas ubicumque essent, pro dictis forefactis, injuriis, molestationibus et dampnis que dictus abbas qui pro tempore fuerit, occasione premissorum incurrerat, voluntati et dicto prefati abbatis de alto et basso spontanei supposuerunt. Promiserunt etiam quod ipsi, seu heredes eorum tam presentes quam futuri, in dominio ecclesie S. Theoderici terras, vineas, nemora, vel alia, in alodium non tenebunt; que si tenerent, quod abbas ecclesie S. Theoderici qui pro tempore fuerit, sine forefacto, eadem saisire posset libere et absolute tanquam sua. Item de tallia de qua discordia erat inter eos, de communi assensu eorum ita convenit inter eos, quod si tallia pro exercitu regis fiat in villa de Trigni, quod quilibet eorumdem hominum et heredum suorum, in territorio de Trigni domos, terras, vineas, nemora et alia habentium, talliam solvere tenebitur quilibet pro rata sua, ad voluntatem abbatis predicte ecclesie qui pro tempore fuerit. Et si aliquis de Trigni venderet aliquid vel alienaret

aliquibus extraneis de hiis que habent in territorio de Trigni, quod illud alienatum, quodcumque esset, talliam solvere teneretur pro rata sua; et si aliquis contra hoc venire presumeret, videlicet quod talliam sitam supra possessionem suam in territorio de Trigni existentem ad certam diem non solveret, quod abbas qui pro tempore fuerit, terras ipsius, vineas, nemora et alia in dominio suo existentia saisire sine forefacto posset, et detinere sine contradictione, quousque sibi, vel ejus mandato, illud ad plenum emendaretur. Et emenda talis forefacti taxata est ad septem solidos et dimidium. Preterea abbas qui pro tempore fuerit, de tallia de qua predictum est, tres homines de villa de Trigni quos maluerit, liberos retinebit. Super hiis omnibus firmiter observandis omnes possessiones suas qua (*sic*) tunc tenebant, tam in mesodominico de Trigni, quam in omni dominio ecclesie S. Theoderici, et tenebunt, talis conditionis fecerunt, quod ad quamcumque personam devenerint ubicumque manentem, quod ad talliam debitam pro rege, vel alia onera ad que major et scabini ville, de consensu et voluntate abbatis qui pro tempore fuerit, facere voluerint, illi qui predictas possessiones tenebunt, persolvent secundum quantitatem possessionom (*sic*) predictarum. Et de omnibus hiis tenendis et firmiter observandis, major dicte ville de Trigni pro communitate ejusdem ville, de consensu et voluntate dicte communitatis, in manu nostra fidem prestitit corporalem. Hec omnia acta et recognita ab utraque parte fuere coram nobis. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo sedis metropolitane remensis vacantis fecimus roborari. Actum anno Domini M° CC° XL° primo, mense decembri.

CXCII.

23 juillet 1243.

PRIVILEGIUM Innocentii pape IV, de numero monachorum [S. Nichasii remensis] [1].

Cart. de Saint-Nicaise, fol. 56, n° CXXIII.

Innocentius.... abbati et conventui monasterii S. Nichasii re-

[1] [Après la réforme introduite à Saint-Nicaise par l'archevêque Gervais, au XI° siècle], « le monastère changea entièrement de face; il rentra dans les biens qu'on lui avoit enlevés, et fit de nouvelles acquisitions; ce qui se fit sous les abbés Nicolas et Gui, successeurs immédiats de Séguin et religieux de la Chèze-Dieu, mais particulièrement sous Joran, qui, n'étant que novice lors de la décadence du monastère, après la mort de

Digitized by Google

mensis.... Religionis vestre favor exposcit, et devotionis vestre merita nos inducunt, ut petitionibus vestris, quantum cum Deo possumus, annuamus. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis,

Gervais parvint à la dignité d'abbé, et fut un des principaux bienfaiteurs de la maison. Les revenus s'augmentant, on augmenta aussi le nombre des religieux; ils étoient jusqu'au nombre de quatre-vingts, après la mort de Joran, tant dans l'abbaye de Saint-Nicaise que dans les prieurés qui en dépendoient. Une charte de Guillaume de Champagne, de l'an 1200, porte qu'il fut ordonné en présence de l'évêque de Paris, légat du saint siége, que les religieux n'excéderoient point à l'avenir le nombre de soixante. Depuis, il fut permis à l'abbé, par Innocent IV, d'en recevoir autant que le monastère en auroit besoin pour l'entretien du service divin. Le monastère étoit obligé d'en fournir six à Birbec en Brabant, six à Château-Porcien, trois à Fives, proche Lille en Flandre, trois à Rumigny, deux à Ham en Brabant, et deux aux prieurés de Ham-les-Moines et de Bétancourt.

« Ces prieurés, joints au monastère de Saint-Nicaise, formoient une petite congrégation qui avoit ses statuts particuliers, sans avoir rien de commun avec les autres de la province. Les prieurs venoient tous les ans au chapitre général; l'abbé de Saint-Nicaise leur envoyoit les religieux qui leur étoient nécessaires, et faisoit sa visite dans leurs prieurés. Cet ordre subsista au moins jusqu'au pontificat de Nicolas IV. Les bénédictins de Saint-Nicaise avoient un bréviaire et un missel particuliers, des fêtes, des constitutions et des cérémonies différentes des autres monastères. Leur habit les distinguoit encore des moines de la province; car, quoique le froc fût à peu près semblable, ils avoient cela de particulier qu'ils portoient l'aumusse noire sur la tête. Clément V permit aux bénédictins de son temps : *uti almutiis de panno nigro vel de pellibus caputiorum loco*, etc. Les religieux de Saint-Remy retinrent les aumusses de drap au-dehors et fourrées de peau en dedans : ceux de Saint-Nicaise, qui avoient tiré leurs constitutions de la Chèze-Dieu, ressembloient davantage aux chanoines par leurs aumusses. Cette couverture de tête fut permise aux moines, parce que leurs frocs étoient faits d'une étoffe fort mince. Le chaperon qui y est attaché ne pouvoit pas les garantir de l'injure du temps dans les pays froids. La différence qu'il y avoit entre les moines de notre province et ceux d'Italie ou d'Allemagne pour l'habit, est qu'ils n'avoient point de capuchons attachés à leurs scapulaires, mais seulement aux frocs qu'ils laissoient tomber par derrière; depuis, l'usage des bonnets carrés, et le capuce, n'étant pas suffisant pour les couvrir en hiver, ils prirent les aumusses de drap ou de peau qu'ils portoient à l'office, au chapitre et au réfectoire; le reste de l'habit étoit semblable à celui des autres religieux de la province. Ils portoient à matines des bottes fourrées, que le chambrier étoit obligé de fournir : on enterroit les moines avec ces bottes; on en a trouvé en ouvrant d'anciens tombeaux.

« Anciennement l'abbé n'avoit qu'un prieur et qu'un sous-prieur pour l'assister dans ses fonctions : le nombre des religieux s'étant accru, vers l'an 1250 on fit à Saint-Nicaise ce qui se pratiquoit dans les plus célèbres abbayes du royaume : on partagea le gouvernement des religieux à quatre supérieurs, qui étoient : le prieur, le sous-prieur, le tiers et quart prieur. Ils tenoient le chœur à leur semaine; c'étoient les conseillers de l'abbé pour les affaires importantes de la maison et des prieurés. Il est fait mention des quatre prieurs de Saint-Nicaise dans les actes d'association de l'an 1250 et 1300, et dans les actes concernant l'élection des derniers abbés réguliers; dans l'association avec le chapitre de Notre-Dame il est parlé du chantre, du trésorier et du prévost, comme des religieux les plus qualifiés du monastère.

« Outre ces quatre prieurs qui veilloient à la discipline claustrale, il y avoit aussi des offices claustraux pour le temporel. Il faut en rechercher l'origine. Celui de prévost est fort ancien : Joran l'a exercé dès l'an 1102,

Digitized by Google

quod quondam abbas et conventus...., redditum ipsius monasterii tenuitate pensata, sexagenarium monachorum numerum...., remensis archiepiscopi loci diocesiani accedente consensu, in eodem monasterio statuerunt, quem ab ipsis juramento firmatum,.... portuensis episcopus tunc in partibus illis apostolice sedis legatus, confirmavit. Verumtamen cum aperiente Deo manum suam, adeo ampliate sint ipsius monasterii facultates, quod institui possit major monachorum numerus in eodem, nobis humiliter supplicastis ut augendi predictum numerum vobis licentiam largiremur. Ut igitur cultus divini nominis augeatur, vestris devotis precibus inclinati, ut in eodem monasterio majorem numerum de personis idoneis juxta facultates ipsius, juramento et confirmatione predictis nequaquam obstantibus, ordinare possitis, vobis auctoritate presentium concedimus facultatem. Datum Agnanie, x kalend. augusti, pontificatus nostri anno primo.

comme il le dit lui-même dans la charte de recouvrement de la terre de Houdilcourt : *Ego domus nostræ jam præpositus, Ebalum comitem super hoc aggrediens*, etc. Sa fonction étoit de conserver les biens du monastère, de retirer ceux que l'on avoit aliénés, de maintenir la justice du couvent, recevoir les droits du stellage dans les lieux où l'abbaye avoit des seigneuries.

« La thrésorerie est aussi fort ancienne; sa charge étoit d'avoir inspection sur les reliques, les ornemens et le luminaire de l'église. Il est parlé du thrésorier dans la charte de Raoul-le-Vert, l'an 1109, qui lui attribue la présentation de la cure de Branscourt. Le thrésorier recevoit les oblations, gouvernoit la fabrique, et avoit sous ses ordres un sacristain avec un clerc séculier pour le service de l'église.

« L'aumônier étoit de la fondation de Gervais; il avoit soin des pauvres, auxquels il faisoit porter ce que l'on desservoit de la table des moines. Depuis le premier jour de la Septuagésime jusqu'au Jeudi saint, il lavoit les pieds à trois pauvres à la porte du cloître. (Voy. Martenne, *de Ritibus monachorum.*)

« Le chambrier avoit soin des chambres et des vêtemens des religieux. Il étoit obligé de fournir les bottes de nuit quand on alloit à matines. Ces offices avoient des revenus [qui leur étaient] affectés. (Voir Concil. de Latran, en 1215.)

« Le chantre n'en avoit point; il régloit les cérémonies de l'église, avoit soin de faire acquitter les obits, gouvernoit le nécrologe, commençoit les psaumes, et tenoit le chœur avec un bâton d'argent, assisté d'un sous-chantre pendant la grande messe des fêtes solemnelles.

« Ces officiers rendoient compte tous les ans de leur administration aux supérieurs; ils étoient perpétuels; il y avoit cependant certains cas où on les déposoit. Depuis l'introduction des commandes ils se sont appliqués à s'affranchir de la règle, et à ériger leurs offices en bénéfices; ils se faisoient pourvoir à Rome, et résignoient à ceux qu'il leur plaisoit de choisir. Ce fut une des principales sources du déréglement des monastères. Ces offices claustraux ont été réunis à la manse conventuelle depuis la réforme de Saint-Maur introduite; ils ont obtenu cette union par une bulle d'Urbain VIII, pour les monastères qui se sont donnés à leur congrégation : elle a été reçue en France, et homologuée dans tous les parlemens. »

(Bibl. Roy., mss. Reims, cart. VI.)

Digitized by Google

CXCIII.

PRIVILEGIUM Innocentii pape IV, quo omnia privilegia nostra, quibus per negligentiam seu per prescriptionem non bene usi fuimus, confirmantur, nisi contra eadem privilegia fuerit impetratum, vel per actum contrarium de jure quesitum. 7 janvier 1244.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. 1. — Cart. C de Saint-Remi, fol. 2, verso, n° XI. — Cart. A de Saint-Remi, fol. 28.

Innocentius..... Cum sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, nonnulle indulgentie ac privilegia vobis et monasterio vestro a predecessoribus nostris sunt concessa, quorum aliquibus uti per negligentiam hactenus omisistis, nos vestris supplicationibus inclinati, ut eisdem privilegiis ac indulgentiis in judiciis et aliis locis uti libere, prout expedire videritis, valeatis, alicujus lapsu temporis non obstante..., indulgemus; ita tamen quod nullum per hoc, illis qui contra vos super hiis legitime prescripserunt, prejudicium generetur..... Datum Laterani, VII id. januarii, pontificatus nostri anno primo.

CXCIV.

PRIVILEGIUM Innocentii pape IIII, quod nullus debet excommunicationis vel interdicti sententiam, in nos, vel in terram nostram, sine mandato D. pape, promulgare, excepto archiepiscopo remensi, et legatis cardinalibus [1]. Datum Laterani, VI id. januarii, pontificatus .... anno primo. 8 janvier 1244.

Cart. C de Saint-Remi, fol. 18, n° LXXVII.

CXCV.

PRIVILEGIUM Innocentii pape IV, quod mulieres terre nostre post partum gratias acture, si tunc decesserint, non careant ecclesiastica sepultura, licet viri earum sint excommunicati, nisi participent in crimine [2]. 9 février 1244.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. 1. — Cart. C de Saint-Remi, fol. 3, n° XII. — Cart. A de Saint-Remi, p. 72.

[1] La clause finale de cette bulle est une réserve en faveur du chapitre : « Proviso quod capitulo remensi per has litteras nullum prejudicium generetur. »

[2] Sur les priviléges accordés à Saint-Remi par Innocent, voir Marlot, II, 539.

Digitized by Google

Innocentius episcopus...., dilectis filiis abbati et conventui S. Remigii remensis.... Cum, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, nonnulli prelati et eorum officiales, ac ecclesiarum parochialium rectores, mulieres terre monasterii vestri, post partum gratias acturas, ad ecclesias, seu sepulturam, si tunc decesserint, pro sue voluntatis arbitrio, in vestrum prejudicium non admittant, occasionem hujusmodi pretendentes, quod earum viri aliqua sunt excommunicatione ligati, quanquam mulieres ipse viris eisdem in crimine non communicent, et ab ecclesia vitate non fuerint ante partum. Nos vestris supplicationibus inclinati, ne quis predictorum mulieres ipsas ab hujusmodi gratiarum actionibus, seu etiam sepultura, hac occasione excludat, de cetero auctoritate presentium inhibemus. Nulli ergo, etc. Datum Laterani, v id. febr., pontificatus nostri anno primo.

CXCVI.

9 février 1244

Privilegium Innocentii pape IV, quod prelati et eorum officiales non cognoscant inter homines terre nostre, de causis ad cognitionem nostram spectantibus, nisi per appellationem deferantur ad eos, in casibus eis a jure vel consuetudine prescripta et rationabili non concessis.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. 1. — Cart. C de Saint-Remi, fol. 3, verso, n° xvii. — Cart. A de Saint-Remi, p. 50.

Innocentius.... dilectis filiis abbati et conventui monasterii S. Remigii remensis. Cum, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, nonnulli ecclesiarum prelati et officiales eorum, de causis laicorum hominum monasterii vestri quarum cognitio non ad eos, sed ad vos, dinoscitur pertinere, pro eo maxime de facto cum de jure non possint, cognoscere in vestrum prejudicium moliantur; quod si conventus coram eis laicus, a laico, licet ad ipsos non spectet cognitio, fori sui exceptione proposita per appellationem vel alio legitimo modo, ab examine ipsorum recesserint (*sic*), ipsi protinus in eum tanquam in contumacem excommunicationis sententiam proferant; pro cujus relaxatione novem libras et unum denarium si sit dives, alias aliam certam pecunie summam, extorquent emende nomine, contra justitiam

Digitized by Google

ab eodem; nos vestris supplicationibus inclinati, ne predicti prelati et officiales eorum, de causis ad cognitionem vestram spectantibus inter homines vestri monasterii, in prejudicium vestrum, nisi per appellationem deferantur ad eos, in casibus eis a jure vel consuetudine prescripta et rationabili non concessis cognoscere, vobis invitis, presumant de cetero, auctoritate presentium inhibemus. Nulli ergo..... Datum Laterani, quinto id. februarii, pontificatus nostri anno primo.

CXCVII.

PRIVILEGIUM Innocentii pape IV, quod homines et mansionarii nostri S. Remigii, non teneantur ad emendam pecuniariam, pro absolutione ab sententia excommunicationis [1]. 11 février 1244.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. I. — Cart. C de Saint-Remi, fol. 3, n° XIII. — Cart. A de Saint-Remi, p. 35.

Innocentius.... Dilectis filiis abbati et conventui monasterii S. Remigii remensis.... Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli ecclesiarum prelati, ac eorum officiales, ceca cupiditate seducti, nec ponentes avaricie sue modum, ut ab hominibus et mansionariis vestri monasterii occasionem habeant extorquendi, ipsos interdum excommunicant, quandoque vero supponunt ecclesiastico interdicto, nec volunt hujusmodi sententias relaxare, nisi prius eis soluta quadam pecunie quantitate emende nomine; et si forte ipsas relaxent, illos in quos late fuerant, si non solvant hujusmodi pecuniam, in easdem reducunt sententias, pretendentes antiquam super hoc consuetudinem, que dici potest verius corruptela; sic que sit, quod plures ex ipsis, hujusmodi sententias propter extorsiones indebitas contempnentes, decedunt absolutionis beneficio non petito: quare nobis humiliter supplicastis, ut prelatorum ac officialium eorumdem in hac parte fame consulere, ac aliorum indempnitati et saluti etiam providere, de benignitate solita curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod homines aut mansionarii vestri monasterii, ad solutionem pecunie super hoc indebite inviti de cetero

[1] Cette bulle est confirmée par une autre de Nicolas IV, en date du 5 des kalendes de février 1288. (Cart. A de Saint-Remi, p. 38.)

Digitized by Google

non cogantur, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo.... Datum Laterani, III id. februarii, pontificatus nostri anno primo.

CXCVIII.

10 janvier 1245.

PRIVILEGIUM D. Innocentii pape IIII, ne aliquis nos per hoc quod continetur in litteris communibus domini pape, scilicet per hoc : « Quidam alii » possit nos vexare vel convenire.

Cart. C de Saint-Remi, fol. 2, verso, n° IX.

Innocentius.... dilectis filiis abbati et conventui monasterii S. Remigii remensis. Cum, sicut nobis exponere curavistis, nonnulli vos, per illam clausulam generalem : « Quidam alii, » in causam trahant coram judicibus delegatis, propter quod quies vestra non modicum perturbatur, et afficimini gravibus laboribus et expensis, nobis humiliter supplicastis, ut subvenire vobis in hac parte misericorditer curaremus. Nos itaque vestris precibus inclinati, quod in causam trahi per litteras apostolicas per illam generalem clausulam « Quidam alii » non possitis, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo.... Datum Ludunensi (*sic*), IIII id. januarii, pontificatus nostri anno secundo.

CXCIX.

18 janvier 1245.

PRIVILEGIUM Innocentii pape IV, contra judices ecclesiasticos ordinarios qui admittunt et fovent appellationes laicorum mansionariorum nostrorum in prejudicium nostrum.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. 1. — Cart. C de Saint-Remi, fol. 4, n° XVIII. — Cart. A de Saint-Remi, p. 72.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii S. Remigii remensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis exponere curavistis, sepe contingat homines et mansionarios vestri monasterii, vel alios ad forum vestrum spectantes, coram vobis, prepositis vel justiciariis vestris, pro ipsorum excessibus et ex causis legitimis non ad forum ecclesiasticum spectantibus, conveniri, ipsi ut vestrum declinent judicium, et jurisdictionem elidant, ad judices ecclesiasticos ordinarios locorum appellant, quorum appellationes licet frivolas indifferenter in ipsius monasterii prejudicium

Digitized by Google

admittentes, in vos, prepositos, et justiciarios supradictos, si contra ipsos processeritis appellantes, licet super hiis nullam jurisdictionem habere noscantur, interdicti, suspensionis et excommunicationis ferunt sententias, solam consuetudinem que dici potest corruptela verius pretendentes; sicque sit quod predictorum excessus remanent impuniti, et vestra jurisdictio penitus enervatur; quare nobis humiliter supplicastis, ut providere vobis super hoc celeri remedio curaremus. Cum igitur nostra intersit, et perversorum versutiis obviare, et refrenare audatiam presumptorum, ut quisque juris sui finibus sit contemptus, vestris precibus inclinati, quod per predictos ordinarios occasione hujusmodi in vos, prepositos, vel justiciarios vestros, non possint hujusmodi ferri sententie, auctoritate presentium inhibemus. Nulli ergo.... Datum Lugduni, xv° kalend. februarii, pontificatus nostri anno secundo.

CC.

Privilegium Innocentii pape IV, quod nos communicantes cum excommunicatis qui excommunicantur cum participantibus, non simus excommunicati majori excommunicatione, nisi participemus eorum criminibus [1]. 23 mars 1245.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. 1. — Cart. C de Saint-Remi, fol. 2, verso, n° x. — Cart. A de Saint-Remi, p. 36.

Innocentius.... dilectis filiis et conventui monasterii S. Remigii. Cum, sicut ex parte vestra est nostris auribus intimatum, nonnulli prelati, et judices a sede apostolica vel legatis ipsius delegati, aut conservatores, seu ipsorum officiales et subdelegati, cum aliquos sibi obedire nolentes vinculo excommunicationis astringunt, in participantes excommunicatis hujusmodi non solum in crimine, sed etiam alio modo, excommunicationis presumant sententias fulminare. Nos devotionis vestre precibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut si quando vos, vel familias vestras, hujusmodi excommunicatis communicare contigerit, propter hoc majoris excommunicationis

[1] Le bullaire de Cluny, et en général les bullaires publiés des monastères de l'ordre de saint Benoît, sont remplis de dispenses semblables à celles que nous avons extraites des cartulaires de Saint-Remi. Celles-ci n'apprennent donc rien pour l'histoire générale; mais elles en apprennent beaucoup sur l'histoire particulière de notre abbaye.

Digitized by Google

laqueo nequaquam ligari possitis, dummodo non communicetis in crimine criminosis. Nulli ergo.... Datum Lugduni, x° kal. aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

CCI.

23 mars 1245. PRIVILEGIUM Innocentii pape IV, quod nullus legatus vel subdelegatus, executor vel conservator, possit in nos, vel monasterium nostrum excommunicationis, vel interdicti sententiam absque auctoritate sedis apostolice promulgare [1].

Cart. C de Saint-Remi, fol. 3, verso, n° xv. — Cart. A de Saint-Remi, p. 37.

Innocentius..... Indulgemus ut nullus delegatus vel subdelegatus, executor aut etiam conservator, auctoritate sedis apostolice vel legatorum ipsius, in vos seu monasterium vestrum, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias valeat promulgare, absque mandato sedis apostolice faciente plenam de hac indulgentia mentionem..... Datum Lugduni, x° kalend. aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

CCII.

28 mars 1245. PRIVILEGIUM quo Innocentius papa IV, archiepiscopo remensi concessit, ut nullus delegatus, vel subdelegatus, executor aut etiam conservator, auctoritate sedis apostolicæ vel legatorum ipsius, in personam ejus excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententias promulgare, aut interdicere sibi ingressum ecclesiæ, valerent absque speciali mandato [2] sedis ejusdem.

Marl., II, 535. — Gall. christ., IX, 112.

CCIII.

Mai 1245. DECRETUM et constitutiones Juhelli archiepiscopi remensis, quibus collegium remense Bonorum Puerorum ordinatur [3].

Rec. de pièces concern. l'Univ. de Reims, p. 25. — Marl., II, 534.

Juellus, Dei gratia remensis archiepiscopus, universis..... Cum,

[1] Il se trouve une bulle semblable de Nicolas IV, en 1289, cart. A de Saint-Remi, p. 39.

[2] La *Gall. Christ.* donne à cette bulle la date de 1246, mais à tort, car les notes chronologiques portent : *Pontificatus anno* II°.

[3] Nous saisirons l'occasion que nous offre cet acte pour réunir ici divers fragments, de

Digitized by Google

sicut ex virorum bonorum relatione intelleximus, ex congregatione pauperum scholarium Remis morantium, qui Boni Pueri nuncu-

divers auteurs, relatifs à l'écolâtre de Reims et aux écoles qui relevaient de son autorité et de celle du doyen, avant la création de l'université de Reims.

§. 1. « La dignité d'écolâtre est élective, comme porte le livre des Réceptions, fol. 38. Simon de Cramand, archevêque, par un acte de 1411, reconnoît que, quoyque dans un autre acte il eût dit qu'il y avoit huit dignitez à sa collation, il ne prétendoit pas préjudicier au droit qu'avoit le chapitre d'élire le doyen et l'écolâtre.... D'ailleurs Guillaume de Champagne avoit reconnu que ce droit d'élection appartenoit d'ancienneté au chapitre, dans sa charte de 1192.... Depuis Gilles Grand-Raoul, éleu le 1er may 1501, jusqu'à M. de Sugny, en 1714, tous les écolâtres ont été pourvus par résignation ou permutation. Il est marqué, entre autres, que N. Pinchart a esté receu, le 3 juin 1588, sur le visa du chapitre, et que Gaufroy Tartier en 1400, et P. Ladure en 1487, éleus par le chapitre, ont esté receus *auctoritate ejusdem capituli*; ce qui fait voir que de tout temps le chapitre a l'élection et collation de plein droit.

« L'écolâtre de l'église de Reims, *magister scholarum*, estoit anciennement chargé du soin des écoles, tant internes établies par les chanoines dans le cloître ou préau, en l'endroit où sont aujourd'hui les écoles du droit, qu'externes établies pour enseigner la grammaire et humanitez, et peut-être les sciences, et même la théologie aux étudians de toute la ville. Ces écoles externes étoient dans la cour du chapitre, sur la rue des Tapissiers, entre la grande porte et le cloître, et les seules où on enseignât publiquement; mais le bâtiment où on les tenoit tombant en ruine, le chapitre y fit bâtir, en 1517, quatre maisons qui subsistent encore, et permit de tenir des écoles ailleurs (conclusions des 3 décembre 1515, 28 juillet 1516, 29 may 1517). L'écolâtre est encore aujourd'hui en possession d'approuver et instituer tous les maîtres d'école du diocèse, et de pouvoir révoquer leur approbation.

« L'écolâtre avoit autrefois, sous l'autorité du chapitre, la direction du collége des Bons-Enfans *, par la chartre d'Ivelle. Ainsi, le 19 may 1514, sur les plaintes faites contre la conduite de l'écolâtre, dans le gouvernement du collége des Bons-Enfans, le chapitre luy ordonna de rendre compte des deniers receus pour les pauvres clercs ou Bons-Enfans, etc., etc.... Les écoles de la Cour-Notre-Dame étant détruites, le chapitre permit, le 8 août 1544, à Paul Grand-Raoul, écolâtre, de rebâtir et amplifier ce collége, où on établit ensuite les écoles publiques. M. le cardinal de Lorraine, ayant depuis établi l'université, et voulant y faire servir ce collége, l'écolâtre, M. Vuyart, par traité du 6 novembre 1561, agréé par conclusion du chapitre, du 12 novembre 1561 et 21 janvier 1566, céda audit sieur archevêque le droit qu'il avoit par la fondation de le gouverner, d'en nommer le principal, le procureur et quatre boursiers; en récompense de quoy M. l'archevêque céda à l'écolâtre la part qu'il avoit en un moulin de la porte Vesle, nommé le moulin de Rethel, sur lequel l'écolâtre avoit déjà droit de percevoir cinq muids de froment par an, par la concession de Guillaume, en 1192. En 1569, les commissaires, députés pour travailler à rendre la rivière navigable, firent démolir ce moulin, avec un autre qui appartenoit au chapitre sur le même canal, appelé le Moulin-Brûlé.... Le chapitre a obtenu, après quinze ans de pour-

* « Le collége des Bons-Enfans estoit autrefois un hôpital pour douze pauvres enfans qui y estoient logés, nourris et enseignés, dont le nombre fut augmenté par l'archevesque Guillaume [*sic*, Juelle?]. Il occupoit la place où fut autrefois une abbaye fondée par saint Gombert, duquel il ne reste autre chose que la chapelle de Saint-Patrice. Il en est fait mention dans le testament de Sibille, et dans la bulle d'érection de l'université; c'est maintenant le collége qui retient le nom des Bons-Enfans. » (Marl. franç., tom. III, liv. XII, chap. 13.) C'est aujourd'hui le collége royal.

pantur, fructus bonus dinoscatur in Ecclesia Dei provenire, et nos fructum dictorum scholarium, et totius Ecclesiæ Dei, secundum quod

suite, de faire rétablir à ses frais le Moulin-Brûlé, mais il n'a pu parvenir au rétablissement du moulin de Rethel, pour lequel il s'engagea, par traité passé le 1er juillet 1569, agréé par conclusion du 4 juillet 1569, à payer à l'écolâtre un surcens qu'il paye encore à présent.

« L'écolâtre, selon le livre des Réceptions, folio 38, est particulièrement obligé à résidence personnelle, et chargé de garder les livres qui servent à chanter les leçons de l'office pendant l'année.... et d'instruire ceux qui doivent chanter les leçons.... Dans la suite, le sous-chantre a été chargé de ce soin.... Autrefois, c'étoit aussi le sous-chantre qui apprenoit les mineurs à chanter leurs leçons, mais depuis quarante à cinquante ans cet usage est aboly.... Il y a encore plusieurs cathédrales où l'écolâtre monte au jubé pendant que les mineurs et autres y chantent les leçons de matines.

« Le livre des Réceptions marque encore une autre fonction de l'écolâtre, qui est de lire au chapitre toutes les lettres qu'on y adresse, et d'écrire au nom de la compagnie toutes les lettres missives. On voit dans les registres une infinité d'exemples de cet ancien usage, dans les conclusions qui ordonnent à l'écolâtre d'écrire à diverses personnes, et luy marquent ce qu'il doit leur mander. On voit encore des procédures faites depuis 1590 jusqu'en 1596 contre N. Pinchart, pour l'obliger à s'acquitter de cette fonction.... L'écolâtre devoit encore dresser les lettres et les rapporter au chapitre, pour être cachetées de son sceau par les sénéchaux qui en sont dépositaires; mais on a trouvé plus commode de faire écrire ces lettres par les sénéchaux. (Bibl. de Reims, mss., portef. yy, fol. 69, ex. mss. de La Salle.)

§. 2. « Il y avoit trois écoles à Reims [outre celles du chapitre et de Saint-Remi?], l'une derrière l'Hôtel-de-Ville, sur le coin, vis-à-vis la grosse écritoire; [c'était celle d'Aubry-le-Crevé, *Crepatus*] * · la rue porte encore le nom des Écrevés. La collation appartient au doyen de Reims, pour loger le maître et les écoliers.

« Les écoles du Temple appartiennent à la collation du commandeur de Reims, et y a lieu et maisons à ce destinés, comme dessus.

« Les écoles Saint-Denis appartenant à la disposition de l'abbé de Saint-Denis, l'abbaye de Saint-Denis transigea avec le chapi-

* « L'hôpital d'Aubri-le-Crevé, bâti derrière l'Hôtel-de-Ville, a retenu le nom de son fondateur; il semble que c'estoit autrefois un séminaire de clercs, comme il se lit en un testament gardé au cartulaire de Saint-Timothée, de l'an 1314. Il fut augmenté par les bienfaits d'un chanoine de Reims en 1335, et n'y a pas soixante ans qu'il portoit le nom de collége où on enseignoit les humanités. Les R. P. Jésuites et les Capucins s'y logèrent successivement en leur première entrée dans Reims. Maintenant il sert à la Charité des femmes. » (Marl. franç., tom. III, liv. XII, chap. 13.)

« Le 7 janvier 1335, donation faite par Me Étienne de Lyon, chanoine de Reims, à l'hôpital d'Aubry-d'Écrevé (*ad hospitale Albericy quondam Crepati*), fondé à Reims sur la paroisse de Saint-Pierre-le-Vieux, afin que les pauvres écoliers puissent y demeurer et y faire leurs humanités (*ut insistant grammaticalibus disciplinis*), n'ayant presque d'autres biens que ceux de la piété des fidèles, de tout un héritage situé au Mesnil, proche Espinoy: et les maire et échevins dudit lieu en ont investi Me Hugues de Jully, doyen de l'église de Reims, comme maître et supérieur-recteur dudit hôpital des Écrevés. Ensuite est une conclusion capitulaire du 9 janvier 1335, portant ratification et acceptation, par le chapitre de Reims, de la donation cy-dessus [avec statut portant fondation en faveur du donateur].... auquel statut monsieur le doyen a consenti en sa qualité de maître et recteur dudit hôpital. Ensuite est encore un autre [acte?], du 18 mars 1335, par lequel Hugues de Maubert-Fontaine, docteur [directeur?] des écoles dudit hôpital, et les douze écoliers qui y étoient alors sous l'autorité dudit sieur doyen, leur supérieur-majeur, se sont obligés d'exécuter ledit statut capitulaire, et d'assister tous les ans à la messe d'anniversaire de leur bienfaiteur. » (Le Moine, Cat. des arch. du chap., I, 288.)

Digitized by Google

exigit pastorale officium adaugere, et conservare teneamur, volentes eisdem in posterum providere, statuimus ut scholasticus remensis ec-

tre de la cathédrale, le 28 juillet 1516 et 29 mai 1517, pour les écoles qu'ils (*sic*) avoient auprès de Saint-Michel, sur les greniers du cloître, qu'ils (*sic*) permettent pour récompenser du lieu desdittes écoles, qu'iceux de Saint-Denis puissent mettre, nommer, instituer et destituer tel maître que bon leur semblera, qui pourra exercer, régenter, tenir école et endoctriner les enfans dans les limites de la paroisse de Saint-Denis, à tel lieu et maison qu'ils pourront trouver à Reims, sans préjudice des droits, prerogatives et prééminence de l'écolâtre de Reims en toutes autres choses. » (Lacourt, Marl. annot., II, *not. ad calc.*, fol. 18.)

Plus loin Lacourt ajoute, fol. 20 : « Il y avoit à Reims une autre école, qui étoit celle du chantre, qui regarde l'office divin ; on instruisoit les jeunes chanoines et les élèves à chanter. De toute ancienneté, il y a eu plusieurs écoles de grammaire en la ville de Reims ; c'est à sçavoir, l'école des Bons-Enfans, au même lieu où est à présent le collége de l'université ; et parce que lesdittes écoles sont assez éloignées des rues peuplées de ladite ville, les maîtres des écoles des Écrevés, des Bons-Enfans et de Saint-Denis requirent messieurs du chapitre de leur prêter un lieu, à eux appartenant, étant sous leurs greniers, qui est au fort de ladite ville et comme au milieu d'icelle, pour y tenir les écoles ; ce que lesdits du chapitre leur octroyèrent, parce que ledit lieu ne leur servoit guère allors. Depuis ce temps, lesdits maîtres ont tenu les écoles audit lieu, mêmement les matinées ; mais après dîner ils les ont toujours tenus à leurs écoles des Bons-Enfans.

« Or, il est ainsi que lesdits greniers et lesdittes écoles étant sous iceux, sont devenus en si grande ruine que sans grand danger des maîtres et des écoliers on n'y eût pu seurement habiter.... ; et si n'étoit le lieu bien propre pour tenir lesdittes écoles, parce qu'il étoit en trop grand bruit, et qu'il n'y avoit point retrait, chambre ne cuisine, pour boire les enfans ou aller aux nécessités de nature, ou les retirer quand il leur survenoit quelque chose ; ains pour les nécessités de nature leur convient aller trop loin desdittes écoles qui sont au plus beau lieu de la ville, ou faire plusieurs immondices ou puantises audit lieu, qui eût pu engendrer grant inconvénient aux maisons circonvoisines, peuplées de bons bourgeois et habitans de la ville, autant que autre rue de Reims. »

Cette dernière citation de Lacourt nous parait empruntée à la transaction de 1516 et 1517 dont il parle plus haut.

§. 3. « Le catalogue des écolâtres, que « Marlot n'a placé que dans son histoire fran« çoise manuscrite, n'est pas très exact. » (Lacourt, Marl. ann., II, *not. ad calcem*, fol. 6.)

Comme ce catalogue contient cependant d'utiles renseignements, nous allons le donner ici :

Recueil des hommes célèbres qui ont professé les lettres dans les escholes de Reims avant l'érection de l'Université.

« Ce seroit ternir la gloire de nostre ville et paroistre du tout ignorant en l'histoire que d'attribuer le commencement des escholes publiques à l'université, veu que les anciens autheurs témoignent, après Floard, qu'elles estoient, chez nous, aussi florissantes qu'en quelque lieu qui fût en France, tant pour le grand nombre d'escholiers qui affluoient de toutes parts pour y puiser les sciences que pour la réputation des maistres célèbres en doctrine, dont je vay rapporter la liste depuis sept cens ans, afin que le lecteur voye l'antiquité de nostre académie, son progrès sous le roy Robert, sa décadence vers le XIIIe siècle ; et comme l'érection de l'université n'a fait que retenir les esprits vagabonds, dans le sein de leur propre patrie, par des nouveaux octrois, et la réception des degrés de maîtrise que le désir de paroistre nous faisoit chercher ailleurs. Re-

clesiæ quicumque fuerit, potestatem habeat de cetero in domo dictorum scholarium ponendi scholares pauperes, vel etiam amovendi,

prenant dans la source des muses rémoises, non du Ier et IIe siècle, mais du VIIIe *, j'en déduirai la continuation par un bref sommaire des personnes qui ont professé les lettres parmy nous, avec quelque estime de science et de réputation. (Marl. fr., tom. III, liv. XII.)

« Remy d'Auzere, religieux de Saint-Remy-d'Auzere, très bien versé en l'art de rétorique, et bon théologien, fut employé par l'archevesque Foulques pour enseigner les arts libéraux en l'eschole de Reims, l'an 890 (Marl., t. II, liv. VIII, ch. 7). Foulques.... rétablit à Reims deux écoles presque anéanties et supprimées, l'une pour les chanoines, l'autre pour les clercs ruraux, faisant venir à cet effet Remy, religieux de Saint-Germain-d'Auxère, et Hucbald, moine de Saint-Amand, le premier pour exercer les jeunes clercs aux arts libéraux.... et le second pour expliquer la philosophie.... au moyen de quoi il rendit l'église de Reims fort illustre en hommes doctes. Floard, liv. IV, ch. 9.

« Remy est le premier que je trouve avoir gouverné nos écoles (après Sigloard) depuis leur premier rétablissement. Il est loué par Sigebert pour sa facilité à expliquer les Sainctes Écritures.... Trithème ajoute qu'il fut très expert à écrire tant en prose qu'en vers, et qu'il a eu l'honneur d'avoir enseigné saint Eude, abbé de Cluny; il rapporte ensuite les livres qu'il a composés, dont la plupart sont commentaires sur les cantiques, sur les psaumes, sur l'évangile de saint Mathieu et le canon de la messe....

« Hucbald, moine bénédictin du monastère de Saint-Amand, enseigna la philosophie à Reims, sous le mesme archevesque, comme j'ai dit. (Marl., liv. VIII, comme plus haut.)

« Aurélian, expert musicien, au rapport de Trithème, et fort entendu en l'explication des Sainctes Écritures, enseignoit la théologie à Reims en 850 (950?).

« Gerbert.... fut mandé par l'archevesque Adalbéron pour enseigner la philosophie et les mathématiques, l'an 974. Il eut pour auditeurs.... Robert, fils de Hugues Capet, et Othon, fils de l'empereur Othon II, avec plus de quatre mille escoliers.

« Le maistre de saint Bruno, qui professa les sainctes lettres depuis 980 jusqu'à 1020, ne se trouve pas....

« Saint Bruno enseignoit l'Écriture Saincte sous les archevesques Gervais et Manasse I, l'an 1050, 1060 et 1070. Il eut pour escolier Eudes de Chastillon, fait pape sous le nom d'Urbain II, Roscelinus de Compiègne, Arnould de Laon, etc, etc., et Godefroy.

« Godefroy, surnommé le philosophe, tint les escholes publiques après saint Bruno; et se voit encore quelques manuscrits, à Reims, qui viennent de sa bibliothèque. Il vivoit en 1080.

« La réputation d'Anselme, doyen de Laon et disciple de saint Bruno, estoit en une si haute estime au commencement du XIIe siècle, que les curieux des hautes sciences quittèrent les escholes de Reims pour apprendre sous luy, entre lesquels est marqué Albéric, grand personnage, et qui fit refleurir les lettres en nostre ville, en 1130.

« Ainsi, Albéric doit estre mis ensuite de Godefroy avec Atulf, lombard de nation, tous deux professeurs à Reims, que P. Abailard nomma *viros egregios et nominatos magistros*; 1140.

« Pierre de Riga tint les escholes après Albéric, dont les œuvres sont rapportées chez Trithème en son *Traité des Hommes illustres*. Il est nommé *Lucerna totius Galliæ* dans l'obituaire de Saint-Denis; 1161.

« Galtherius, poète excellent, professa la

* Marlot, tom. II, liv. VIII, chap. 7, émet des conjectures plus ou moins plausibles sur les écoles de Reims durant les siècles antérieurs à Foulques, le restaurateur des écoles, et sur l'influence que durent avoir sur les études saint Remi et le génie d'Hincmar. Ce qu'il établit fort bien, c'est que ces écoles existaient sous Hincmar, dont le neveu y avait été élevé. Il appuie aussi son opinion par des citations prises de Floard, liv. III, chap. 23 et 24.

Digitized by Google

quando viderit expedire; qui etiam scholasticus præficiendi eis procuratorem habeat potestatem, necnon etiam et doctorem. Et quia non decet congregatos in nomine Domini sine aliqua certa forma vitam ducere, statuimus ut in dicta congregatione scholarium de cetero observentur constitutiones inferius annotatæ.

rhétorique sous les archevesques Henry de France et Guillaume de Champagne. Ses œuvres sont en la bibliothèque de la cathédrale; il vivoit l'an 1170-1180.

« Foulques, escholâtre, enseignoit en mesme temps la théologie à Reims, et estoit d'une très rare doctrine, comme il s'apprend de la lettre de Guillaume, évesque de Chaalons, escrite à Louis VII (Duchesne, tom. IV), l'an 1190.

« Radulphe est intitulé : *Magister remensis* en l'histoire de l'Auguste de Vermandois, mise au jour par le docte Hémeré; 1214.

« Drogon de Hautvilliers professoit les humanités à Reims, l'an 1220. Ses ouvrages, d'un stile assez rude et mal poli, sont à la bibliothèque de la cathedrale, avec les éloges qu'il donne à Albricus et aux illustres personnes qui vivoient en son temps; 1220.

« Albricus, hautement loué par Drogon pour sa rare doctrine, lisoit l'Écriture Saincte en qualité d'escholâtre, l'an 1240.

« Il semble que la ferveur des études se ralentit sous les archevesques Guillaume de Joinville et Henry de Braine, veu qu'il ne se lit autre personne de réputation qui ait professé à Reims que les escholâtres, à qui ce devoir appartenoit, d'où vient que Guillaume ayant permis aux pères dominicains de s'establir en ville, pour la renommée de leur grande doctrine et saincteté, il les fit approcher le plus près qu'il put de la cathédrale, afin que les jeunes clercs pussent entendre chez eux les leçons de théologie. Les lettres humaines ne laissoient pas cependant de s'enseigner dans les escholes de l'église de Reims, car nous lisons presque en mesme temps :

« Pierre d'Hermonville, *rector scholarum ecclesie remensis*, dans les chartres; 1297.

« Gilbert de Saga, *magister scholarum remensis ecclesiæ*, sur une tombe, en la nef de Saint-Maurice; 1312.

« Estienne de Viniata, 1347, et Drouardus en l'obituaire de Saint-Denis, 1360.

« Richard, natif de Reims, religieux de Saint-François, et grand théologien, enseignoit la théologie sous le pontificat de J. de Craon. Trithème, en son livre des *Hommes illustres*; 1370.

« Pierre de Valmonte et Simon de Valmonte sont nommés *sacræ paginæ professores*, en l'acte de la translation du corps de saincte Hélène, par S. de Cramand; 1410.

« Jacques-Louis d'Estrébé professoit la rhétorique à Reims, l'an 1520, et a laisse un commentaire sur le livre *de Oratore* de Cicéron, et *ad Quintum fratrem*, qu'il dédia à François Ier, imprimé à Paris par Michel Vascosan; 1540.

« Voilà la suite des professeurs que j'ai pu remarquer jusqu'à l'érection de l'université. Le siége des papes à Avignon et l'agréable séjour de Paris, où les lettres florissoient sous Charles V et Charles VI, ont grandement affoibli nos escholes.... ce qui fait qu'il se trouve un notable déchet en l'académie rémoise, vers le XIIIe et XIVe siècle, lequel a esté réparé par les soins du grand cardinal de Lorraine, en l'establissement de l'université ....

« L'université estant establie.... notre cardinal fit réparer le collége des Bons-Enfans, où les escholes de l'église Nostre-Dame, qui estoient auparavant en la rue des Tapissiers, furent transférées par maistre P. Grand-Roux, l'an 1546; car bien que ceste maison fût dès lors consacrée aux muses, et portât le tiltre de collége depuis plusieurs années, comme j'ai montré sous Ivelle, ce n'estoit que pour un certain nombre d'escoliers vivans en commun, et qu'on nommoit les Bons-Enfans... (Marl. fr., tom. III, liv. XII.)

I. Omnes dicti scholares in communi et de communi vivant.

II. Horas beatæ Virginis simul dicant.

III. In diebus dominicis et festivis, simul ad ecclesiam vadant, et ad sermones.

IV. Confessionem ad minus semel in mense faciant.

V. Ante cœnam et prandium benedictionem, post prandium et cœnam gratias, agant.

VI. In silentio comedant, et cum lectione.

VII. Post completorium pro benefactoribus, *Ad te levavi*, et *De profundis*, dicant.

VIII. Per noctem silentium, nisi ex causa rationabili, teneant.

IX. Extra domum sine licentia magistri non exeant, et cum exierint, secum quem magister eorum eis assignaverit, accipiant.

X. Si necessitas compulerit, illi quos magister elegerit, panem quærant.

XI. Si se invicem percusserint, ita quod in canonem *Latæ sententiæ* inciderint, donec fuerint absoluti expellantur.

XII. Soli jaceant.

XIII. Capas grisias omnes habeant, cæteras vestes non habeant coloratas.

XIV. Nullus recipiatur qui habeat unde alias sustentetur, nisi ea quæ habuerit velit aliis communicare.

XV. Nullus extra sexdecim annos, vel citra novem recipiatur.

XVI. Mores ejus qui receptus fuerit prius per mensem probentur.

XVII. Qui recipiendus fuerit, habeat habitum et lectum.

XVIII. Nullus sine licentia scholastici remensis recipiatur.

XIX. Semel eis in septimana a magistro suo, vel aliquo religioso, capitulum teneatur.

XX. Omnes diligenter studeant, et lectiones corde tenus reddant.

XXI. Verbis latinis in domo loquantur.

XXII. Scholastico remensi et magistro suo, in prædictis constitutionibus sine voto obediant; incorrigibiles vero expellantur.

XXIII. Nullus accuset alium in capitulo ex libidine vindictæ, sed ex fraterna correctione.

XXIV. Singulis noctibus disciplinas accipiant.

Digitized by Google

XXV. Mulieres domum eorum non ingrediantur, nisi ex causa rationabili, et quæ fuerint non suspectæ.

XXVI. Per singula sabbata legantur hæ constitutiones, super quibus poterit scholasticus dispensationem facere, prout viderit expedire. Ut autem omnia prædicta firma.... Datum anno Domini, millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mense maio.

CCIV.

PRIVILEGIUM Innocentii pape IV, quo concedit archiepiscopo remensi, ut in pristinam excommunicationis sententiam cives remenses reducere valeat. 1er août 1245.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III.

Innocentius episcopus, servus...., venerabili fratri archiepiscopo remensi.... Cum sicut in nostra proposuisti præsentia constitutus, remense capitulum, ecclesia remensi vacante, excommunicationis sententiam quam bonæ memoriæ H. prædecessor tuus, archiepiscopus remensis, in cives remenses pro manifestis offensis et damnis latis, et irrogatis injuriis sibi [et?] eidem ecclesiæ, exigente ecclesia, promulgarat, non sine tui juris præjudicio relaxarunt; præsentium tibi aucthoritate concedimus, ut in pristinam excommunicationis sententiam, tam aucthoritate nostra, quam tua, prædictos cives reducere valeas, appellationis obstaculo non obstante, quam usque ad satisfactionem condignam facias, appellatione remota, inviolabiliter observari.

Datum Lugduni, kal. augusti, pontificatus nostri anno tertio.

CCV.

NOTICIA de obitu N. de Saillieio decano capituli remensis. Vers 1245

Necrol. de Notre-Dame.

XII kalend. decemb. decessit magister Nicholaus de Saillieio [1] canonicus et noster decanus, qui dedit nobis LX ℔ par. que posite fuerunt in emptione salvamenti de Warnerivilla pro quibus redduntur nobis singulis annis LX[s] par. Dedit etiam nobis quartam partem tocius decime empte a Macelino clerico, in molendinis de Dolaincort et de Betaincort,

[1] Ce chanoine est l'un des fondateurs du prieuré du Val-des-Écoliers à Reims, prieuré qui, en 1616, devint l'abbaye de Saint-Étienne-les-Dames. (Voyez *Gall. Christ.*, IV, 778, et IX, 297; Marl., I, 491, et II, 530.)

Digitized by Google

in valle Rodigionis, scilicet IIII^or sextarios molture ad mensuram de Jonivilla, de qua reddit nobis qui tenet dictam vallem X^s, qui cum predictis LX^s distribuuntur.

CCVI.

20 avril 1246.

CONSTITUTIONES et decretum Innocentii IIII, super causa coram ipso agitata inter remensem archiepiscopum et suo [*sic*] suffraganeos [1].

Bibl. Roy., mss., f. lat. n° 5210, fol. 22, verso, fragm. — Et ibid., n° 4295 ad calcem, fragm.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei, presentibus venera-

[1] Cette bulle célèbre a fourni au Sexte dix rubriques; mais les rédacteurs du Sexte ayant omis tout le long préambule où se trouvent exposés les griefs des suffragants de l'archevêque de Reims, et les prétentions de celui-ci, Sbaralea (*Bullar. francisc.*, I, 751) regardait ce précieux fragment comme perdu; Boehmer (*Corp. jur. can.*, tom. II, append., III, p. 350-368) n'avait pu retrouver le sixième chapitre des constitutions d'Innocent IV, chapitre que M. Theiner (*Commentatio de roman. pontif. epist. decretal.*) supposait devoir contenir ce prologue égaré; enfin M. Theiner, lui-même (*Recher. sur plus. coll. inéd. de Decrét.*), croyait l'avoir retrouvé dans le manuscrit latin n° 4295 de la Bibliothèque Royale; mais ce manuscrit, dans les seules huit lignes inédites qu'il offre, ne contient que l'injonction adressée par Innocent IV à toute la chrétienté d'admettre dans le droit canon les dispositions qui ne concernaient d'abord que l'église de Reims. Plus heureux que M. Theiner, nous avons découvert le préambule vivement désiré jusqu'à cette heure, dans le manuscrit latin n° 5210, où il remplit neuf pages in-4°. Nous ne l'y avons point trouvé seul. Il y est accompagné de diverses autres pièces inédites qui en sont la suite et l'explication, et que nous allons indiquer ici, afin qu'on les retrouve plus facilement dans notre compilation, où l'ordre chronologique nous oblige à les offrir séparées.

La bulle principale est du 20 avril 1246, et par conséquent n'a pas été publiée dans le concile général de Lyon, comme le disent les annotateurs du Sexte.

Les pièces accessoires auxquelles cet acte important a donné lieu sont :

1°. Un compromis du 19 octobre 1246, par lequel les suffragants et l'archevêque de Reims s'en remettent à la décision de l'évêque Pierre pour les articles sur lesquels la bulle s'en est rapportée à la coutume de la province;

2°. Une procuration de G., évêque de Cambrai, en faveur du doyen Thomas, pour traiter des questions en litige;

3°. La sentence arbitrale de l'évêque Pierre, en date du 28 janvier 1248;

4°. L'adhésion des évêques de Châlons et de Cambrai à cette sentence, en date du 15 mars 1248;

5°. La sanction que donne aux décisions de Pierre, le pape Innocent IV, en date du 1er avril 1248;

6°. Enfin, une ampliation et une sanction de toutes les pièces précédentes données par le pape Alexandre IV, le 25 janvier 1256.

Nous avons ménagé une place dans notre texte aux plus importantes de ces pièces, nous avons rejeté les autres dans les notes.

L'unique manuscrit dans lequel nous les ayons rencontrées ne nous a point permis de les donner correctes : il est rempli de fautes grossières que nous reproduisons en essayant de les rectifier, mais qui plus d'une fois, peut-être, en ont obscurci le sens à nos yeux.

Le préambule seul de la bulle principale

Digitized by Google

bilibus fratribus nostris remensi archiepiscopo ex parte una, et cameracensi, cathalaunensi et suessionensi episcopis, ac dilectis filiis reliquorum suffraganeorum ipsius archiepiscopi, necnon capitulorum tam cathedralium, quam aliarum ecclesiarum, et abbatum et conventuum remensis provincie procuratoribus ex altera, ad Domini memoriam sempiternam.

Romana ecclesia, que super omnes alias obtinet divina institutione primatum, circa singulas.... sedulo vigilans, earum profectibus velut sollers procuratrix ardenter intendit, studens ea (*sic*) submonere.... quando.... posset ipsorum profectuum impediri successus.... Specialiter autem in ipsis ecclesiis cuperit (*sic*) extinguere fomitem, et pacis transquillum (*sic*) ponere inter eos (*sic*), ut restricto ecclesie cujusque libito freno sentencie, aut provisionis moderamine temperato, vel diffinione revocate concordie, nulla illicito appetito trahatur, et altera manus..... ad jus alterius non extendat; sed linitato (*sic*) affectu (?) cujuslibet, contenta unamquemque (*sic*) maneat jure suo.... [ut?] sic ab eis jurgiorum sublata materia, devocius et accepcius, sub caritatis mutue vinculo, Altissimo valeant famulari. Sane venerabili fratre nostro remensi archiepiscopo ad sedem apostolicam accedente, et gravem contra venerabiles fratres nostros ambianensem, attrebatensem, tornacensem, et quosdam alios episcopos suffraganeos suos, necnon adversus ambianense, cameracense, suessionense ac quedam alia tam cathedralium quam aliarum ecclesiarum capitula, et S. Bartholomei noviomensis, S. Crispini majoris suessionensis, de Morolio ambianensis diocesis, et quorumdam aliorum monasteriorum abbates et conventus sue provincie, qui, dum visitaret eamdem, ipsum ad visitandum recipere ac procuraciones racione visitacionis sibi debitas exhibere, inhumaniter denegarunt, multasque insuper injurias sibi et graves irrogarunt offensas, querimonia[m] deponente; nos, ipsos propter hoc ad nostram duximus presenciam evocandos, quorum quibusdam personaliter, aliquibus vero per pro-

se trouve intact dans le ms. 5210; le corps même de la bulle est lacéré ou à peu près illisible; heureusement, le ms. 4295, qui commence précisément au point où le précédent cesse, et les dix rubriques : *Romana ecclesia....* du Sexte, nous ont permis de présenter pour la première fois, d'une manière complète, cette pièce importante qui avait échappé à tant de savantes investigations.

curatores sufficientes et ydoneos comparentibus coram nobis, et eo postulante satisfieri sibi plenarie de hujus[modi] injuriis et offensis, eisque de ipso conquerentibus, quod ipsos diversis gravabat oppressionibus, et multis gravaminibus opprimebat; tandem utraque parcium super hiis omnibus se, nostre fratrumque nostrorum disposicioni et mandato, commisit, promittens firmiter quod quicquam super premissis cum eisdem fratribus judicaremus, vel pronunciaremus, aut diceremus aliter ordinandum, inviolabiliter observaret. Contra eumdem itaque archiepiscopum sic proposuit pars adversa, quod appellaciones ab officialibus suffraganeorum suorum, archidiaconis, aliisque inferioribus prelatis jurisdictionem habentibus, suffraganeis eisdem subjectis, ad remensem curiam interpositas, mediis obmissis, admittit, cum ad eum gradatim debeat appellari; quodque sui officiales, licet nullum ab appellante ante diffinitivam sentenciam exprimatur gravamen, propter quod appellasse se asserit, citant partes, et judicibus a quibus appellatum dicitur, inhibent et inhiberi faciant (*sic*), ne procedant; factaque inhibicione, illum qui, circa rem super quam inter appellantem et appellatum que [*sic*, querela?] vertitur, attemptat aliquid, coram se deponenti super hoc de ipso querimoniam, omisso superiori suo proximo [1], respondere compellunt, quanquam eorum forum non racione delicti, sive contractus, neque domicilii, aut rei hujus[modi] sortiatur; et tam ipse, quam sui officiales, per diocesim suffraganeorum quorumdam suorum, quosdam constituunt vicarios, et officiales foraneos illos vocant, qui in eisdem et aliis aliorum suffraganeorum suorum diocesibus, ipsis invitis qui in [jure?] jurisdictionis existunt, suspendendo, interdicendo, et excommunicando eorumdem suffraganeorum subditos, in ipsorum prejudicium excercentes, inhibent judicibus ordinariis, a quibus ad remensem appellatur curiam, ne procedant, ut jurisdictionem eorum taliter impediant et perturbent. Officiales quoque remenses eorumdem foraneorum approbant, absque qualibet examinacione, processus; iidemque foranei, ad aliquorum instanciam se confingencium appellasse, inhibent sepe judicibus ne procedant, priusquam appelletur ab eis; propter quod frequenter accidunt (*sic*), cum quis appellat, simul vel paulo post litteras inhibicionis ostendit, officialibus remensibus

[1] Ce mot est représenté dans le manuscrit par l'abréviation : p x°, qui pourrait se traduire aussi par ces mots : *Pro Christo*, ou par ceux-ci : *pro decimo*.

Digitized by Google

inhibicionem postmodo approbantibus sic presumptam; et si appellatur ad remensem curiam supra aliqua causa, ejusdem officiales curie, appellantem a jurisdictione sui judicis ordinarii a quo appellatur, totaliter eximunt, illam impedientes in aliis que appellacionis causam aliquatenus non contingunt. Recipiunt insuper appellaciones, indifferenter ab episcopis et capitulis predicte provincie, seu bailivis eorum, super causis in quibus temporalem jurisdictionem excercent, ad eamdem curiam interjectas. Nisi ordinarius a quo appellatur, eciam si frivola sit appellacio, tamen tempus ad prosequendum appellacionem appellanti concedat, quod possit ad prefatam curiam accedere, super appellacione sua impetrare litteras et redire, ipsi ordinario ne procedat facere inhiberi, sentencias, si quas forte interdicti [aut?] excommunicacionis interim in appellantem idem ordinarius promulgavit, absque cognicione revocant vel denunciant penitus nullas esse; ac in causis clericorum, appellacione interposita, presumunt, omisso appellacionis articulo, et eciam absque appellacionis cujuslibet interventu, de principalibus eorum negociis cum parcium consensu cognoscere, dyocesanorum ipsorum voluntate minime requisita. Cogunt eciam suffraganeorum remensis ecclesie subditos de causis cognoscere quas denegant eisdem, et sentencias ipsorum exequi et precepta, necnon in causa super qua est ab aliquo suffraganeorum vel ejus officiali ad remensem curiam appellatum, eorumdem suffraganeorum subditos, ipsis contentis [*sic*, contemptis?], testimonium perhibere. Officiales quoque ipsorum episcoporum, archidiaconos, archipresbiteros, et alios minores prelatos jurisdictionem habentes, subditos suffraganeos [*sic*, suffraganeis?] in sua presencia, de conquerentibus coram ipsis respondere compellunt, animadvertendo diversimode in eosdem. Super salario insuper advocatorum et procuratorum in causis qui (*sic*) in eadem ventilantur curia, eorumdem suffraganeorum subditos, licet ibi hujus salarii convencio non sit facta, et super quolibet contractu apud curiam ipsam invito (*sic*) contrahentes, quanquam aliarum existant diocesium, nec inveniantur ibidem, ac illos eciam eorumdem suffraganeorum subditos qui eidem archiepiscopo vel suorum alicui extra suam diocesim offensas seu injurias intulisse dicuntur, super eisdem injuriis et offensis, respondere compellunt invitos; et si quisque alicujus suffraganeorum ipsorum subditus conqueratur, interdicti,

suspensionis, vel excommunicacionis sentencias ab officialibus ejusdem suffraganei, seu archidiaconis, aut quovis suffraganeo ipsi subjecto, in eum injuste fuisse prolatas, iidem officiales remenses eam laxari precipiunt, et relaxant, excommunicatore contempto; ac, ut amplius de suffraganeorum jurisdictione predictorum usurpent, mittunt clericos suos ad dioceses eorumdem, ut coram illis, vice officialium prefatorum, vel contractus ineant ipsorum suffraganeorum subditi.... [vel?] contracta debita recognoscant, et super hiis eos coram se cogunt postmodo stare juri. Excommunicacionis autem sentencias generaliter promulgatas [*sic*, promulgant?] in omnes qui, post eorum inhibiciones quas passum (*sic*) in derogacione jurisdictionis suffraganeorum ipsorum faciunt, agunt quomodolibet contra eos. Questoribus preterea qui pro fabrica remensis ecclesie destinantur, citandi subditos eorumdem suffraganeorum quos iidem questores sibi resistere, aut nolle parere dixerint, ut coram officialibus eisdem compareant, consumunt [*sic*, concedunt?] potestatem; et taliter citandi coguntur coram eisdem officialibus respondere. Idem quoque archiepiscopus, gravamina gravaminibus addens, de novo eisdem suffraganeis, in virtute sancte obediencie, precepit ut, questores ab ipso pro eadem fabrica destinatos recipientes honeste, permitterent cum expectacione pacifica, eorum subditis exprimere negocium ecclesie supradicte; injungens nichilominus ut a se ipsis incipientes, de bonis sibi a Deo collatis largas ad ejusdem fabrice opus elemosynas destinarent, ac ut sui denunciacione mandati, et ipsorum suffraganeorum monicionibus iidem inducerentur subditi, quod subeant benefactorum ejusdem ecclesie confrerias, et unusquisque confratrum juxta facultates proprias singulis annis ipsam visitaret ecclesiam in certa summa pecunie vel annona; necnon ut in ipsorum questorum adventum festum fieret, feriis indictis solemnibus, et predicti subditi convocati non presumerant (*sic*), sicut nec [*sic*, in?] die dominica, presentibus eisdem questoribus, donec super hoc ab eis obtinerent licenciam, operari; ac nec [*sic*, ut?] ecclesie predicte nuncii ceteris questoribus preferrentur, nullis aliis infra ebdomadam in qua iidem recipiendi essent nuncii admittendis. Concessit etiam per suam provinciam indulgenciam unius anni benefactoribus ejusdem fabrice, statuta concilii generalis excedendo, faciens insuper remissiones super

Digitized by Google

votorum transgressionibus, et offensis parentibus irrogatis. Ad hoc si quis advocatus, alicujus predictorum suffraganeorum subditus, in curia remensi littigans, ad apostolicam sedem appellet, officiales remenses ob [hoc?] ei patrocinandi facultatem in ipsa curia interdicunt. Ipse vero in nonnullos eorumdem suffraganeorum subditos, simplici contra eos querela deposita, personaliter [*sic*, processit?] sine causa, necnon quorumdam suffraganeorum ipsorum officiales, et canonicos ecclesiarum cathedralium ejusdem provincie, fecit coram se pro suo libito evocari; et in eos, quia sic vocati noluerunt in sua respondere presencia, fulminari excommunicacionis sentenciam post appellacionem ad sedem apostolicam interjectam, aliquos de hiis ex heresi, aliisque criminibus infamando. Officiales eosdem suffraganeos reprehensibili levitate interdicere, suspendere, ac eciam quod gravius est, excommunicare, presumunt; et cum [archiepiscopus], visitacionis effectum prosequendo, ut certa die recipere[tur] in ambianensi ecclesia, et sequenti ut ab ipsius adhiberetur capitulo, mandavisset, ipse, eodem die quo ad eamdem accessit ecclesiam, in capitulum ipsum, licet in mora exhibendi non esset, cum sequenti die jussisset se recipi ab eodem, suspensionis et excommunicacionis sentencias promulgavit, contra reliqua ejusdem provincie capitula similiter procedendo, ac nulla generali ac speciali monicione premissa. In pluribus ipsius provincie locis, in ipsorum suffraganeorum eorumque officialium gravamen, excommunicavit, et denunciavit excommunicatos, omnes qui ve[l] recipere impediebant, vel impedierant, aut pertur[ba]bant possessiones, jura, libertates et saisinas remensis ecclesie, aut molestabant, seu molestaverant remensem curiam in possessione, vel quasi, jurisdictionis quam usque tunc in provincia exercuerat memorata. Cum vero ab eisdem suffraganeis, vel eorum officialibus, ad remensem curiam ante sentenciam appellatur, officiales remenses, etiamsi de appellacione cognita pronuncient eam minus racionabile extitisse, causam ad eum a quo appellatum extiterat non remittunt; et si quando in officiales alicujus dictorum suffraganeorum excommunicacionis sentenciam proferant, excommunicant et gerentem vices ipsius, videlicet ille nunquam conventus extiterit, eidemque dictus officialis antequam excommunicaretur commisit vices suas. De novo autem per suffragan[eorum] earumdem [*sic*, eorumdem?] [dioceses] generali edicto denunciari fecerunt, quod quicum-

que adversus alium, super aliquo experiri [volens?], adversarium suum simplici querela premissa, citari fecerat coram eis, quod ipsi causam audirent, ac appellaciones quascunque subditorum suffraganeorum ipsorum, ab eisdem suffraganeis, sive ipsorum officialibus, interjectas, reciperent; et eorumdem tam interlocutorias et diffinitivas, quam excommunicacionis et alias sentencias, nullas penitus nunciarent; et cum nostra constitucione tenor existat, ut si aliquis in judicio, vel extra, super interlocutoria vel gravamine duxerit appellandum, causam appellacionis in scriptis assignet, alioquin non reputetur appellasse, ac ad prioris judicii examen redeat in expensis legitimis condempnandus; iidem officiales contra hujus constitucionis tenorem recipient (*sic*) indifferenter appellaciones ad curiam remensem interpositas, nulla causa in scriptis expressa, cognoscunt de causis que ad illos essent, a quibus taliter appellatum fuerat, remittende. Ceterum si ad eamdem curiam aliquis se appellasse proponat, et per unicum tantum testem, qui procurator vel advocatus suus in priori judicio fuerat, causam probare appellacionis hujus videatur, iidem officiales,..... ipsi appellanti juramento delato, pronunciant appellacionem eamdem rationabilem extitisse; si vero universitas vel collegium aliquod predicte provincie, ab eodem archiepiscopo, vel suis officialibus, pro continua [?] tantum excommunicacionis vinculo innodetur, ipsi officiales pro singulis de universitate vel collegio ipso emendant (*sic*, emendam?] exigunt in certa pecunia quantitate. Idem quoque predictorum suffraganeorum subditos auctoritate propria, in casibus sibi non concessis a jure, visitare contendit, licet negligentes in hac parte idem suffraganei non existant; procuraciones eciam a nonnullis ecclesiis contra justiciam exigit, cum eis visitacionis officium personaliter non impendat; et cum illas eum contingerit (*sic*) recipere, evectionum excedit numerum in laterano concilio constitutum.

Pro parte autem ejusdem archiepiscopi e contra propositum extitit : quod curia remensis, appellaciones ab officialibus suffraganeorum suorum, archidiaconis, aliisque prelatis sue provincie interjectas ad ipsam, recipi, et cognosci de eis, prout jure vel consuetudine sibi licet, in quasi possessione recipiendi et cognoscendi taliter fuit a tempore a quo memoria non existit; nec est hujus consuetudo remensis ecclesie specialis, sed generalis per omnes metropoles gallicanas. Non

Digitized by Google

credit officiales suos appellaciones recipere, gravaminibus non expressis, licet forte quandoque absque gravaminibus [*sic*, gravaminum?] expressione citent et inhibeant, sicut eis competit de consuetudine vel de jure; neque aliquem, circa rem de qua inter appellantem et appellatum vertitur questio, aliquid attemptantem, ad respondendum coram se compellere, nisi cum jurisdictionem impedit eorumdem. Constituere autem officiales foraneos per eamdem provinciam, curie remensi competit de consuetudine jam predicta; ideoque archiepiscopus in quasi possessione constituendi hujus[modi] officiales consistit; et pie ac utiliter, ut tales constituerentur, taliter ordinatum extitit ab antiquo, pro remedio pauperum miserabilium et aliarum personarum illarum dyocesum predicte provincie, qui a metropoli multum distant, ut cum eas personas appellare contingeret, dicti foranei citaciones et inhibiciones facerent ad compescendam judicum a quibus appellaretur facultatem, cum prompti essent in hujus[modi] appellantes excommunicacionis sentencias fulminare; nec credit officiales suos eorumdem foraneorum approbare processus, nisi tamen de jure vel consuetudine, sed eis, aut eosdem foraneos scienter (?) judicibus, ne procedant, a quibus appellatum asseritur, inhibere, priusquam appelletur ab eis per circonvencionem eorum qui, cum non appellaverunt, se appellasse confingunt. Plerumque autem periti, eciam circa ea que factum respiciunt, falli possunt; neque officiales remenses appellantem a sui jurisdictione ordinarii eximunt, nisi quantum jura, et ecclesie remensis in hac parte consuetudo, permittunt. Fuit quoque remensis curia, et est, in possessione vel quasi, appellaciones a quocumque seculari seu temporali justiciario prefate provincie ad eam interpositas, admittendi, quas eciam ab antiquo recipere consuevit; et quedam pars adversa pocius, ut a predictorum suffraganeorum et capitulorum baillivis jurisdictionem excercentibus temporalem, ad curiam ipsam antiquam [*sic*, ecclesiasticam?], [non?] ad secularem appellaretur judicem, acceptare debent [*sic*, deberet?], si zelo justicie moveretur; optimum vero extitit appellantibus...., ut tempus infra quod predictam adire curiam, appellacionis et inhibicionis impetrare litteras, et redire valerent, indulgeretur eisdem, ad refrenandam ordinariorum suorum promptitudinem et excommunicacionem sentenciis proferendis. Nec putat quod sui offi-

ciales de causis clericorum ejusdem provincie, nisi prout possunt, de jure cognoscant, aut suorum suffraganeorum subditos ad suscipiendas delegationes ipsorum compellant invitos, nisi quantum est ipsis de consuetudine vel jure permissum; verum in appellacionum causis, citandi partes, compellendi testes, et alia que ad instructionem causarum hujus[modi] pertinent excercendi, obtinent potestatem. Non credit quod archidiaconos, aliosque minores prelatos ipsius provincie, de se conquerentibus coram ipsis, aut suorum suffraganeorum subditos super salarium advocatorum et procuratorum in causis que in sua ventilantur curia, seu contrahentes super contractibus, vel eos qui sibi suisque injurias et offensas extra suam dyocesim irrogant, de hujus[modi] injuriis et offensis cogant invitos ut [*sic*, in?] eorum presencia respondere; seu suffraganeorum suorum vel aliorum inferiorum prelatorum ejusdem provincie interdicti, suspensionis, vel excommunicacionis, sentencias relaxent, spretis eisdem; aut coram eorum clericis in alienis diocesibus faciant celebrari contractus, seu jam initos et contracta debita recognosci, vel in presumptores contra inhibiciones suas excommunicacionis sentenciam proferant, nisi prout eis in hiis omnibus jura vel consuetudines ecclesie memorate concedunt. Neque iidem officiales remensis ecclesie questoribus facultatem citandi tribuunt, sicut pars adversa proponit; suffraganeos autem suos eorumque subditos exortari et inducere, ut de bonis sibi a Deo collatis ad opus fabrice remensis ecclesie largiantur, confrerias faciant, et alia que ad consummacionem ipsius operis necessaria dignoscuntur, et de jure et equitate, ac ejusdem ecclesie consuetudine, sibi licet; maxime cum in hiis, aliis provinciis remensis ecclesia, prerogativa preferri debeat speciali. Advocatis vero, ab ipso ad nos appellantibus, nullatenus ob hoc interdicitur in sua curia patrocinandi facultas. Porro credit sibi, eos [qui?] ad predicacionem suam, dum visitacionis excercebat officium turbaverant, licuisse citare, ac se in ipsos, si comparere noluerint, animadvertere potuisse. Officiales quoque remenses, cum maxima deliberacione, ac pro gravissima causa, non absque multa cordis amaritudine, suos interdum suffraganeos interdicunt, excommunicant, et suspendunt; et ipse in ambianense, pluraque alia premisse provincie capitula, cum eum recipere, ac procuracionem exhibere sibi, licet ea super hoc diligenter monuerit, denegarent,

Digitized by Google

suspensionis et excommunicacionis sentencias justicia protulit exigente; nec debuit, postquam sic negaverant, ipsorum ultra responsio expectari; ac pro deffensione libertatum, jurium, possessionum et saisinarum remensis ecclesie, quasdam generaliter, predecessorum suorum inherendo vestigiis, et aliquas in eos qui gravamen illis qui eum receperant occasione hujus[modi] aliquid irrogarent, excommunicacionis sentencias promulgavit. Minime insuper credit, prefatos officiales remenses, appellacionis causa finita, de principali cognoscere, nisi in casibus eis a jure concessis; aut excommunicare illos qui officialium suffraganeorum remensis ecclesie gerunt vices, nisi cum fraudi officialium obviant eorumdem, qui nonnunquam cum presentiunt in se, propter culpas suas, excommunicacionis sentenciam promulgandam, se non esse officiales asserunt, suum per alios exequentes officium. Edictum autem, de causis remensis provincie ad suam curiam perferendis, ex eo racionabile fuisse videtur, quod provincie ipsius episcopi, cum in eos et ipsorum capitula gravibus eorum exigentibus culpis, excommunicacionis sentencias protulisset, de illis cognoscere non valebant; unde ne cujusque interdum justicia lederetur, licite potuit in hoc casu ad eamdem curiam illarum cognicio evocari. Constitucionem vero, qua eam [*sic*, in eos?] qui, causa non assignata in scriptis, appellant, a nobis editam, et alias apostolicas, officiales suos plene asserit observare; nec credit quod in appellacionum causis testes non admittendos recipiant, aut appellanti jusjurandum deferant indistincte, vel quod satisfactionem exigant a quolibet de universitate seu collegio excommunicacionis vinculo innodato. Asserit insuper predecessores suos fuisse in possessione vel quasi visitandi provinciam annuatim, et hoc ad remenses de antiqua consuetudine pertinere. Dicit eciam se non exigere procuraciones si personaliter visitacionis officium non impendit, nisi in casibus sibi concessis a jure, ac evectionum non excedere numerum, et in procuracionibus subditos ultra debitum non gravare.

Nos igitur auditis hiis, et aliis que partes proponere voluerunt, et plenius intellectis,.... finaliter diffinimus, quod cum dictorum suffraganeorum, suorumque officialium qui generaliter de causis.... [1].

[1] C'est ici que le ms. n° 5210 devient illisible. Le ms. n° 4295, que nous suivrons désormais, contient immédiatement avant la rubrique *De appellationibus*, le préambule suivant :

« Innocentius IIII. Cum inter venerabiles

I. *De appellationibus* [1]. — Romana ecclesia.... et infra. Cum suffraganeorum remensis ecclesie, suorumque officialium qui generaliter de causis ad ipsorum forum pertinentibus, eorumdem vices supplendo, cognoscunt, unum et idem consistorium sive auditorium sit censendum, ab ipsis officialibus non ad dictos suffraganeos, ne ab eisdem ad seipsos interponi appellatio videatur, sed de jure ad curiam remensem est appellandum.

Ab archidiaconis vero, aliisque inferioribus prelatis suffraganeis subjectis eisdem, et eorum officialibus, ad suffraganeos ipsos debet, et non ad eandem curiam, omissis dictis suffraganeis, appellari; nisi aliud remensi ecclesie de consuetudine competat in hac parte.

Cum autem ad prefatam curiam ab eorumdem suffraganeorum, vel suorum officialium audientia, fuerit appellatum, remensis archiepiscopus, qui pro tempore fuerit, vel officiales ipsius nullatenus in appellationis causa interposite ante diffinitivam sententiam, citent partes; nec [etiam] aliis causam committant, appellationis ejusdem causa probabili seu legitima non expressa.

Si vero vocatis partibus, vel nullatenus, aut non infra x dies post interlocutoriam vel diffinitivam sententiam appellatum fuisse, sive aliquid aliud simile, sicque non esse per appellationem ad eundem archiepiscopum, sive ejus officiales devolutum negotium, proponatur : iidem, nisi ipsis prius constiterit causam [ipsam] ad eos taliter fore delatam, prohibere, ne in [causa] illa, et ne ad executionem procedatur sententie, non presumant.

Quod si obiciatur ex injusta causa, sive minus legitima ante sententiam appellationem interpositam extitisse, ac ex eo non esse appellationem hujus[modi] admittendam : nequeunt predicti archiepiscopus et officiales, prohibere ne procedatur in causa, nisi prius appellatione

fratres nostros remensem archiepiscopum ex una parte, et ipsius suffraganeos et dilectos filios tam cathedralium quam aliarum ecclesiarum capitula, necnon abbates et conventus monasteriorum provincie remensis ex altera, super diversis articulis questione pendente, nos super hiis diffinitivam sententiam duximus proferendam; et nonnulla que determinata per sententiam hujus[modi] extiterint, fecimus postmodum specialiter elici, volentes ea deinceps a ceteris observari; universitati vestre per apostolica scripta mandamus quod illis in judicio utamini et in scolis, ea sub certis titulis, prout in pagina presenti distinguimus, inseri facientes : *De appellationibus*, etc., etc. »

[1] Sexte, lib. II, tit. XV, c. III, et §§. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10.

Digitized by Google

recepta velud emissa ex causa probabili, cognoscere incipiant de causa hujus[modi] an sit vera.

Si autem post sententiam, in casibus a jure prohibitis, utpote a sententia super manifesto crimine et notorio, vel de quo quis in jure confessus extitit, promulgata, vel de consimilibus appellatum fuisse dicatur : possunt, ne sententia executioni mandetur, postquam cognoscere ceperint donec apparuerit utrum recipienda sit, an non, appellatio ab eo interposita, inhibere.

In alium quoque, qui circa rem, de qua inter appellantem et appellatum controversia vertitur, aliquid post inhibitionem eorum attemptat; non valent occasione hujus[modi] juridictionem aliquam vendicare.

Cum vero is qui ad remensem curiam super aliqua causa vocem appellationis emittit, nichilominus in casibus aliis ordinarii sui juridictioni subjaceat; remensis archiepiscopus, vel ejus officiales, nequaquam juridictionem ipsam in illis impediant, aut ab ejusdem ordinarii potestate totaliter eximant taliter appellantem.

Debet autem ad eos ab episcopis prefate provincie super causis in quibus temporalem juridictionem exercent, nisi forte de consuetudine aut privilegio, sive jure alio speciali sit appellandum, ad alium appellari.

Sententias quoque interdicti, suspensionis, sive excommunicationis, in appellantem ab eo a quo appellatum proponitur latas, nullatenus nisi vocatis partibus, et de appellatione legitime citato [*sic*, cognito?], revocent, aut denuntient nullas esse.

Cum autem ad remensem archiepiscopum, ab audientia suffraganei sui, super aliqua causa fuerit ante sententiam appellatum, idem archiepiscopus, postquam de appellatione cognito, constiterit eam minus rationabilem extitisse, causam ipsam ad eumdem suffraganeum remittere non postponat.

II. *De officio ordinarii* [1]. — Prohibemus quoque, ne remenses archiepiscopi in dyocesibus suffraganeorum suorum foraneos officiales constituant; quia cum metropolitanis ne suffraganeorum suorum ingrediantur dioceses, ut in eis auctoritate propria judicent, disponant,

[1] Sexte, lib. I, tit. XVI, c. I, et §. I.

aliquid aliudve agant, canonica prohibeant instituta : nequaquam possunt hoc in illis per alios exercere. Nec pro eo, quod causas per appellationem delatas ad ipsos, possunt in suffraganeorum suorum diocesibus delegare : similiter licet eis tales officiales instituere in eisdem, qui eorum vice, cum appellatur ad ipsos, citationes, sive inhibitiones faciant, sive compescant in hac parte rebelles. Quia in causis per appellationem devolutis ad eos, qui [*sic*, jam?] juridictionem optinere noscuntur, propter quod licite non possunt super illis committere vices suas. Non sic quidem in aliis in quibus nondum appellatum extitit, et idcirco non debent aliquos constituere pro citationibus in futuris causis appellationum, et inhibitionibus faciendis; nisi aliud remensis curia, circa talium institutionem officialium de consuetudine optineat speciali. A quibus etiam si de consuetudine hujus[modi] possint in provincia remensi constitui; prohibitiones [tamen] ne procedatur in causis prius, quam ad remensem curiam appelletur, fieri penitus prohibemus.

Officiales autem remensis archiepiscopi, quandiu in sua provincia, vel circa illam extiterint [*sic*, extiterit?], in suffraganeos suos interdicti vel suspentionis, aut excommunicationis proferre sententias non attemptent. Et hoc idem ab officialibus aliorum metropolitanorum, circa ipsorum suffraganeos, quibus ob reverentiam pontificalis officii deferri volumus in hac parte, precipimus observari.

III. *De foro competenti* [1]. — Nec appellationis articulo pretermisso, nec alias [etiam], cum minime appellatum extitit [*sic*, extiterit?], remensis archiepiscopus vel ejus officiales, de causis clericorum tanquam judices, licet in ipsos iidem clerici de facto consentiant, absque diocesanorum suorum voluntate cognoscant.

Nec suffraganeorum remensis ecclesie subditos ipsorum subdelegationem suscipere, vel sententias et precepta exequi, aut in causis per appellationem devolutis ad eos, testimonium, nisi aliud in hiis tribus de consuetudine optineant, perhibere compellant.

Nec etiam suffraganeorum suorum [*sic*, ipsorum?] officiales, aut archidiaconos, aut archipresbyteros, aliosque inferiores prelatos, suf-

[1] Sexte, lib. II, tit. II, c. I, et §§. 1, 2, 3, 4.

Digitized by Google

fraganeis eisdem subjectos, dummodo eis aliud contraria consuetudo non tribuat, nec subditos suffraganeorum, super salariis advocatorum et procuratorum, in causis que in remensi ventilantur curia, cogant querelantibus in sua presentia respondere.

Contrahentes vero aliarum diocesum, super contractibus initis in remensi diocesi ab eis, nisi inveniantur ibidem, trahere coram se non debent invitos; licet in possessionem bonorum, que ibi habent, etiam cum alibi copiam sui faciant, si eorum auctoritate citati comparere contempnant, possunt [*sic*, possint?] missionem facere contra eos : vel, si forte malitiose seipsos occultent, ne citatio perveniat ad eos, decernere faciendam in bonorum possessionem, que in alia diocesi optinere noscuntur; sed tunc loci diocesanus ad denuntiationem ipsorum faciet hujus[modi] missionem.

Nec clericos suos mittant ad suffraganeorum ipsorum dioceses, pro ineundis vel cognoscendis contractibus coram ipsis. Nec suffraganeorum suorum subditos compellant coram se occasione hujus[modi] stare juri. Nec potest archiepiscopus ipse in suffraganeorum suorum officiales et subditos, pro eo quod vocati ab ipso, nolunt querelantibus in sua respondere presentia, ecclesiasticam exercere censuram.

IV. *De penis* [1]. — Licet autem remensi archiepiscopo suam provintiam visitanti eos, qui tunc sibi, et familie, aut aliis quos propter hoc per eandem provintiam dirigit, et etiam quando concilium convocat, eos qui nuntiis suis quos pro illo vel alias per provintiam ipsam, sua debita juridictione utendo, transmittit, injuriari presumunt; si hac occasione sua in hiis impediatur juridictio, pro injuria hujus[modi], dummodo existat notoria, propria auctoritate punire, nisi sibi amplius de remensis ecclesie consuetudine competere dinoscatur. Sibi etiam et metropolitanis aliis in suis provintiis, dum in illis juridictionem exercent, puniendi manifestas offensas et notorias tunc eisdem illatas, vel suis, etiamsi exinde impediri juridictionem hujus[modi] non contingat, libera sit de nostra speciali concessione facultas.

V. *De sententia excommunicationis* [2]. — Ceterum interdicti, vel suspentionis, vel excommunicationis sententias latas ab officialibus

[1] Sexte, lib. v, tit. ix, c. i.

[2] Sexte, lib. v, tit. xi, c. v.

archidiaconorum, seu quibuslibet aliis juridictionem habentibus suffraganeorum remensi ecclesie subditis, remensis archiepiscopus et ejus officiales, omissis illis excommunicatoribus, non relaxent, salva contraria super hoc consuetudine, si quam habent. Porro excommunicationum sententie a remensi archiepiscopo, suisque officialibus generaliter promulgate, subjectos eidem juridictioni archiepiscopi tantum ligant. Sed nec in specie, nec in genere, pro culpis et offensis preteritis et presentibus, excommunicationum sententias absque competenti monitione premissa promulgent; et si contra presumpserint, injustas noverint esse illas. Caveant etiam ne tales sententias [excommunicationis] [1] sive generaliter, sive spetialiter in aliquos pro futuris [culpis], videlicet si tale quid fecerint, nec [*sic*, vel?] etiam pro jam commissis sub hac forma, si de illis infra tale tempus non satisfecerint, proferre presumant, nisi mora in exhibenda satisfactione vel culpa sive offensa precesserint, quibus merito ad injungendam satisfactionem hujus[modi] et taliter prohibenda similia inducantur, aut alia rationabilis, quam in suis sententiis exprimant, causa subsit. In universitatem vero, vel collegium, proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus, volentes animarum vitare pericula que exinde sequi possent, cum nonnonquam contingeret innoxios etiam hujus[modi] sententiam irritari [*sic*, sententia irretiri]; sed in illos duntaxat de collegio [vel universitate] quos culpabiles esse constiterit, promulgetur :

VI. *De penitentiis et remissionibus* [2]. — Questoribus autem fabrice remensis ecclesie, remensis archiepiscopus, sive ejus officiales citandi suffraganeorum ipsius ecclesie subditos, quos iidem [questores] sibi resistere, aut nolle parere dixerint, ut super hoc compareant coram ipsis, nequaquam tribuant potestatem. Super benigna vero [ipsorum] receptione ac subventione ipsi fabrice facienda, possunt eosdem suffraganeos, et alios Christi fideles remensis provintie caritative monere. In concedendis vero indulgentiis, non excedat remensis archiepiscopus statutum concilii generalis.

VII. *De officio vicarii* [3]. — Cum remensis archiepiscopus in officia-

[1] Voyez la note marginale du Sexte, édit. de Desmarès, 1687, p. 339.

[2] Sexte, lib. v, tit. x, c. 1.

[3] Sexte, lib. 1, tit. XIII, c. 1.

Digitized by Google

lem alicujus suffraganei sui excommunicationis sententiam ex aliqua causa rationabili profert, illos qui vices illius gerunt, propter hoc excommunicationis vinculo non astringat; cum non communicent ob id in crimine eidem officiali qui ecclesiastice districtione censure, pro eo quod suum exercet [*sic*, exercent?] officium, non artatur [*sic*, arctantur?]. Ea tamen que ipsi gerendo hujus[modi] vices agunt, illo taliter excommunicato manente, si juridictionem tantum recipiunt ab eodem, non possunt optinere vigorem.

VIII. *De supplenda negligentia prelatorum* [1]. — Edictum vero per remensem provintiam publicatum, ut a subditis episcoporum ipsius provintie pro audiendis et terminandis [eorum] causis libere ad remensem accedatur curiam, penitus revocamus; quia etiamsi tenerentur iidem episcopi pro suis culpis vinculo excommunicationis astricti, non tamen ex culpis ipsis, cum id non inveniatur a jure concessum, ad archiepiscopum remensem juridictio devolveretur eorumdem. Sed alia forte pro illis pena ipsis canonica possit infligi.

IX. *De testibus* [2]. — In appellationis causa, is qui appellantis procurator vel advocatus in priori judicio fuerat, non recipiatur in testem. Neque indistincte ipsi appellanti, presumptione faciente pro eo, defferatur etiam juramentum; sed tunc cum inspectis personarum et ipsius cause circonstantiis, hoc fuerit faciendum.

X. *De censibus et procurationibus* [3]. — Statuimus, ut quilibet archiepiscopus suam volens visitare provintiam, prius ecclesie sue capitulum, ac civitatem et diocesim propriam plene visitare procuret; nec sit solus [*sic*, solum?] erga majorum sed etiam minorum ecclesiarum, nec circa clericorum tantum, sed etiam presbyterorum [*sic*, populorum?] visitationem inventus [*sic*, intentus?]. Et si commode vel absque difficultate accedere ad unamquamque non poterit, de pluribus locis ad unum congruum locum clericos et laicos studeat convocare, ne in illis visitatio postponatur.

Demum liceat ei per totam provintiam vel ejus partem visitationis officium exercere, civitates et dioceses, suffraganeos [suos] et eorum

[1] Sexte, lib. I, tit. VIII, c. I.
[2] Sexte, lib. II, tit. X, c. III.
[3] Sexte, lib. III, tit. XX, c. I, et §§. 1, 2, 3, 4, 5, 6; et Marl., II, 538.

subditos, cathedralium et aliarum ecclesiarum capitula [et] monasteria, ecclesias et alia religiosa et pia loca, clericos et presbyteros [*sic*, populos?] libere visitando, ac procurationes a locis tantum recipere visitatis.

Ex quo tamen aliquam de ipsis diocesibus visitare ceperit, nonquam postea, sive totam, sive partem ejus visitaverit, revertatur causa visitationis ad illam, priusquam relique omnes ipsius provintie dioceses in toto vel in parte, quas secure poterit visitare, et sua denuo fuerint visitate. Quod si forsan eadem diocesis, vel aliqua ibi ecclesia plus aliis indiguierit (*sic*) visitari, tunc aliarum visitatione intermissa redeat ad eandem, si a loci diocesano requisitus extiterit, vel de omnium aut majoris partis episcoporum ejusdem provintie processerit consilio et assensu; ad quod [idem] se pronos exhibeant, ne animarum profectus aliquatenus negligatur. Si vero malitiose in hiis difficultatem adhibuerint, archiepiscopus super hoc licentiam a sede apostolica postulet confidenter.

Postquam autem semel omnes provintie sue dioceses visitaverit, licitum sit ei postea, [prius] tamen suffraganeorum suorum consilio requisito, et ipsius diffinitione super hoc habita coram eis, que in scriptis redigi volumus, ut possint aliis esse nota, visitationem per eandem reiterare provintiam juxta modum superius annotatum; etiamsi non interveniat in hoc suffraganeorum episcoporum assensus; illam semper providentiam adhibendo, ut in posterioribus visitationibus illas ecclesias, illosque clericos et presbyteros [*sic*, populos?] prius visitet, qui non fuerint ab eo in prioribus visitati; nisi magis sit aliis visitationis officium oportunum.

Sed nichilominus impensurus officium, proposito verbo Dei, querat de vita et conversatione ministrantium in ecclesiis, et locis aliis divino cultui deputatis, ut [*sic*, ac?] ceteris que ad officium ipsum spectant, absque coactione et exactione qualibet juramenti, ad ipsorum emendationem per salubria monita nunc levia, nunc aspera, juxta datam sibi a Deo prudentiam, diligenter intendens. Quod si de aliquibus orta fuerit infamia, contra eos ordinariis ipsorum, ut super hiis solempniter inquirant, denuntiet, si viderit expedire. Notoria vero crimina que examinatione non egent, cum super hiis merito notari

Digitized by Google

possit ordinariorum negligentia eorumdem, libere corrigat, penam pro illis debitam infligendo.

Procurationes autem recipiat secundum quod est in canonibus diffinitum; nullam tamen pecuniam ipse vel aliquis de sua familia, occasione alicujus officii aut consuetudinis, sive quolibet alio modo earum nomine, sed expensas in victualibus tantum recipiat moderatas. Caveat insuper, ne ipse vel quisquam suorum aliquod munus, quodcunque sit, qualitercumque offeratur, presumat recipere; ut non que sua sunt videatur querere, sed que Christi. Quod si fuerit contra presumptum, recipiens maledictionem incurrat, a qua numquam, nisi duplum restituat, liberetur; volumus enim in hiis fraudem quamlibet penitus evitare [*sic*, evitari?].

Hanc autem visitandi formam ab universis etiam episcopis, aliisque prelatis ordinario jure suos subditos visitantibus, plene observari precipimus; salvis super hoc rationabilibus et approbatis religiosorum consuetudinibus, et regularibus institutis [1].

Ad hec, quia per quandam epistolam felicis recordationis Gregorii pape predecessoris nostri quedam invenimus declarata, ipsius tenorem epistole vobis transmittimus sub titulo de testibus annectendum, qui talis est [2] : Gregorius.....

Datum Lugduni, x kal. mayi, pontificatus nostri anno x°.

CCVII.

Privilegium Innocentii papæ, quo occasione delicti archiepiscopo remensi impositi, remensi capitulo cessare a divinis, absque speciali mandato sedis apostolicæ inhibetur. 13 juin 1246.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. vi, art. *Église Notre-Dame*.

Innocentius episcopus...., venerabili fratri archiepiscopo remensi.... Devotionis tuæ precibus benignum impertientes assensum autoritate tibi præsentium indulgemus, ut remense capitulum, occasione delicti vel negligentiæ tibi ab ipsis impositi, autoritate propria cessare a divinis officiis, seu remensem ecclesiam ecclesiastico subjacere non valeant

[1] Ici Marlot ajoute quelques mots que ne contient pas notre manuscrit.

[2] Ici se trouve insérée la bulle de Grégoire IX à l'archevêque de Rouen, qui forme le c. ii du tit. x, liv. ii du Sexte.

Digitized by Google

interdicto, absque speciali mandato sedis apostolicæ faciente de hac indulgentia plenam mentionem; non obstante contraria consuetudine seu statuto, juramento, vel confirmatione sedis ejusdem, aut quacumque firmitate alia roboratis; præsentibus post triennium minime valituris. Nulli ergo.... Datum Lugduni, id. junii, pontificatus nostri anno III°.

CCVIII.

28 août 1246. PRIVILEGIUM de pedagiis, winagiis, foragiis, roagiis [ab Innocentio papa IV, monasterio S. Nichasii remensis concessum].

Cart. de Saint-Nicaise, fol. 57, n° CXXVII.

Innocentius episcopus, servus..... Dilectis filiis abbati et conventui S. Nichasii remensis..... Vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ut de blado, avena, vino, lana que pro vestris utilitatibus aliquotiens emere vos contigerit, nulla pedagia, winagia, foragia, roagia, que pro hiis a secularibus exiguntur, solvere teneamini, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo hominum, etc.... Datum Lugduni, V kalend. septemb., pontificatus nostri anno quarto.

CCIX.

19 octobre 1246. COMPROMISSUM inter archiepiscopum remensem ex una parte, et suessionensem, ambianensem, laudunensem, tornacensem, noviomensem, attrebatensem episcopos ex altera, de P. albanensi episcopo pro judice suscipiendo, super articulis in quibus erat archiepiscopo remensi consuetudo per sentenciam apostolicam reservata.

Bibl. Roy., mss. f. lat., n° 5210, fol. 19.

Universis presentes litteras inspecturis J. Dei gracia remensis archiepiscopus, G. eadem gracia suessionensis, A. ambianensis, G. laudunensis, tornacensis, P. noviomensis, et F. attrabatensis episcopi, salutem in Domino. Notum facimus universis quod nos J. archiepiscopus remensis ex parte una, et G. Dei gracia suessionensis, G. laudunensis, A. ambianensis, tornacensis, P. noviomensis, F. attrabatensis, et Johannes procurator morinensis episcopi ex altera, per presentes lit-

Digitized by Google

teras notum facimus universis, quod cum in questione que vertebatur inter nos auctoritate apostolica coram reverendo patre D. tusculano episcopo, apostolice sedis legato, super articulis in quibus est nobis archiepiscopo remensi consuetudo per sentenciam apostolicam reservata, coram eodem domino legato, procederemus, sacramento de veritate dicenda ab utraque parte prestito, et quibusdam posicionibus ex parte nostra remensi archiepiscopo factis et traditis, et quibusdam responsionibus ad quasdam ex eis a nobis episcopis factis, pro bono pacis inter nos placuit, quod in reverendum patrem et dominum P. Dei gratia episcopum albanensem, compromisimus (*sic*) tali modo : quod idem dominus episcopus primo, si potest, de consensu parcium pacem tractet et faciat inter nos; quod si non poterit, ordinacionem inter nos super memoratis articulis faciet quam ipse pro libero arbitrio viderit expedire; et ipsam ordinacionem promisimus nos in nostris diocesibus perpetuo servaturos. Promisimus eciam quod, in vicesima die post festum Omnium Sanctorum, in senonensi, remensi et rothomagensi provinciis, nos remensis archiepiscopus, et duo ex nobis episcopis personaliter, et alii episcopi per se, vel procuratores ydoneos, ad dictum dominum albanensem accedemus, et instanter instabimus apud ipsum quod super premissis compromissum recipiat, sicut superius dictum est, et procedat in ipso. Quod si non venerit, ad ipsum, Lugduni, vel alibi in regno Francie, infra octavam Pasche, accedemus per nos vel per procuratores ydoneos, eidem supplicantes cum instancia, quod compromissum recipiat, et in ipso procedat, sicut superius est expressum. Quod si in neutro casu recipere noluerit, teneamur tricesima die vel sequenti que non fuerit feriata postquam recusaverit, coram predicto domino legato personaliter comparere, nisi cauto impedimento fuerimus impediti, cum responsionibus in scriptis factis et faciendis ad posiciones factas et faciendas, traditas et tradendas hinc inde, et processuri eo modo quo die Veneris post festum B. Luce evangeliste apud Compendium procedere teneamur. Et si dictus dominus albanensis compromissum in se recepit, infra tres menses a die recepti compromissi illud tenebitur terminare, nisi terminus de consensu parcium fuerit prorogatus. Predicti vero legati potestatem, de communi consensu, prorogavimus usque ad quinque menses ab illo die

tricesimo quo comparere coram ipso legato tenemur, vel a tempore quo arbitrium expirare contigerit numerandos, assensu domini legati ad hoc nobis instantibus accedente. Que omnia nos promisimus servaturos, altera parte ab altera stipulante legitime penam mille marcharum argenti solvendarum ei parti que ordinacionem memorati domini albanensis servaverit, ab ea que ordinacionem ipsius albanensis presumpserit non observare. Nos vero ad majorem rei firmitatem et certitudinem presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Actum apud Compendium, XIIII kal. novembris, anno Domini M° CCC° [*sic*, CC?] XLVI°.

CCX.

Novembre 1246.

STATUTA baronum Francie contra Ecclesiam [1].

Cart. lacéré de Laon, n° 6.

Universis presentes litteras inspecturis, nos quorum sigilla presenti scripto sunt apposita, facimus scire quod nos fide media tenemur, et heredes nostri, in perpetuum juvare alterutrum, et omnes illos de terris nostris et terris aliis qui volunt esse de communitate ista, ad procurandum, requirendum, et deffendendum jura nostra et sua, bona fide, contra clerum. Et quia grave nimis esset nos omnes pro negotio isto congregari, nos de communi consensu eligimus ducem Burgondie, comitem Egelo [*sic*, Egolesmensem?] Petrum comitem Britannie, comitem S. Pauli, ad hoc quod si aliquis de ista communitate haberet causam vel negotium contra clerum, nos eum juvaremus ad arbitrium quatuor predictorum. Et est sciendum quod ad hec faciendum, quilibet de communitate ista tenetur per juramentum suum dare centesimam partem valoris terre sue per annum. Et quilibet dives homo de communitate ista, levabit denarios istos ad Candelosam pro posse suo, et liberabit ubi opus fuerit pro negotio isto, per patentes litteras quatuor predictorum vel duorum eorundem. Et si aliquis de communitate ista cum aliquo contra jus contendit, et nollet inju-

[1] Cette pièce se trouve publiée en français, *Preuves des Libertés de l'église gall.*, part. I, 99; elle y est datée de 1246, ainsi que l'acte de ligue des barons. Cette double autorité, jointe à celle de la bulle que nous publions sous le n° suivant, nous a fait rectifier la date de novembre 1247, donnée par notre manuscrit. — Cependant nous devons faire observer que Mat. Paris place sous l'année 1247 l'acte que nous publions ici à la date de novembre 1246; il le donne en entier avec une autre pièce relative à la ligue des barons.

Digitized by Google

riam suam dimittere per quatuor predictos, non juvaretur a communitate ista. Et si aliquis de communitate ista esset excomunicatus pro injuria manifesta, et istis quatuor nota, quam faceret ei clerus; non dimitteret suum jus, vel querelam, pro excomunicatione vel alia re que fieret illi, nisi per istos quatuor vel duos eorum; sed prosequeretur jus suum. Et si duo istorum morerentur, vel exirent de terra, alii duo ponerent alios duos qui haberent potestatem eandem que superius est expressa. Et si contingeret quod tres vel quatuor exirent de terra vel morerentur, duodecim vel decem homines istius communitatis eligerent alios quatuor qui haberent eandem potestatem quam habebant quatuor predicti; et si quatuor, vel aliquis de dicta communitate per mandatum istorum quatuor, facerent aliud negotium ad istam pertinens communitatem, communitas eum vel eos liberaret. Et hoc totum sicut superius est divisum in perpetuum durabit. Actum anno Domini millesimo ducentesimo XL° septimo, mense novembris.

CCXI.

DESTRUCTIO statutorum baronum Francie contra libertatem Ecclesie. 4 janvier 1247.

Cart. lacéré de Laon, n° 5.

Innocentius, et (*sic*). Venerabili fratri episcopo tusculanensi apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Angustie nobis sunt undique, dum persecutoris Ecclesie crudelem impietatem attendimus, dum ejusdem opera que ad absorbendum eam per se ac menbra sua totis viribus inhiat, cogitamus; sed illud nos pongit profundius, ferit acerbius, quod illi de quibus, utpote catholicis, maximam habebamus fiduciam et in quibus precipue vigere tam fides quam devotio credebatur, quorumque progenitores fide ferventes, devotione sinceri, Ecclesiam non solum defensarunt ab aliis, verum etiam et ampliarunt diviciis, et multis libertatum privilegiis muniverunt, contra eandem Ecclesiam nove ac prorsus insolite adinventionis genere machinantur. Nec est mirum si de hoc dolemus potissime, tum propter exempli perniciem quam assument exinde alie nationes, tum pro eo quod amicorum offense plus aggravant plusque ledunt, testante Domino per prophetam : « Si inimicus meus male-

Digitized by Google

dixisset michi, substinuissem utique. » Satis siquidem sufficiebant ad presens afflictiones quas Ecclesia patitur, insultus quibus impetitur, et turbaciones quibus jugiter ab inimico homine, ubilibet superseminante zizania, molestatur; non erat necesse ut quidam ex baronibus Francie afflicte afflictionem adicerent, ipsam novis constitutionibus vel potius destitucionibus perturbantes. Qui, sicut dolentes audivimus et miramur, Ecclesiam que ipsos ex utero sanctificacionis regeneravit in filios, ac pro eorum salute inmaculatum agnum offert jugiter Deo Patri, in servitutem cupientes redigere, ut jam nollint vocari filii libere, sed ancille, inmo sponsam Regis eterni qui ipsos suo sanguine a servitute perpetua liberavit, conantes miserabiliter ancillare, conmuni conjuratione ac conspiratione contra libertatem ipsius plura, sicut dicitur, gravamina et enormia statuerunt, que jus et consuetudinem predicte libertatis absorbent Ecclesie, honorem elidunt, scandalum pariunt, et pericula generant animarum. Sane si negocii qualitas diligenter attenditur, si status rerum qualiquali meditatione pensetur, honori vel strenuitati eorundem baronum non expediebat hoc tempore aggredi sanctam Ecclesiam in tali articulo constitutam, cum ingenui, circumscripto timore divino, ex magnanimitate quadam oppressis, eorum si que precesserant non memorantes injurias, subvenire soleant, eisque in necessitate manum apponere adjutricem. Verum si dicti barones diligenter attenderent, quod Karolus Magnus Ecclesiam a qua omnem honorem susceperat, cupiens honorare, perpetua lege decrevit, ut omnes ipsius jurisdictioni subjecti, statututum (*sic*) a Theodosio imperatore pro Ecclesie libertate editum, inviolabiliter observarent; videlicet ut quicumque litem habens, [sive possessor,] sive petitor fuerit, vel in medio [*sic*, initio] litis, vel decursis temporum curriculis, sive cum negocium peroratur, sive cum jam ceperit promiscuam [*sic*, promi sentencia], si judicium elegerit sacrosancte sedis antistitis, ilico sine aliqua dubitatione, etiamsi pars altera refrigatur [*sic*, refragatur], ad episcoporum judicium cum sermone litigantium dirigatur; et omnes cause que pretorio et etiam civili jure tractantur, episcoporum terminate sentenciis, perpetue robur obtineant firmitatis, et negotium quod judicio eorum deciditur, nequaquam ulterius ab aliquo retractetur. Ex quo manifesta potest ratione perpendi, quam liquidum videatur et absonum, si honor Eccle-

Digitized by Google

sie, que tam grandis libertatis privilegio dotata dinoscitur, in illis inmunitatibus, que multo predictis dinoscuntur esse minores, hiis temporibus detractetur. Si alias barones ipsi pensarent, quod omnes qui presumunt statuta condere contra ecclesiasticam libertatem, sint ipso facto excomunicationis sententia innodati, forsan non processissent ad talia, nec etiam persisterent in eisdem. Sed quia fortassis ad eorum non pervenere noticiam, ut occasio de ignorantia et quod non fuerint moniti, omnino tollatur, frater, tibi per apostolicam sedem mandamus, quatinus eis quod desistant ab hujusmodi [conjuratione?], per te vel alium, prelatorum requisito consilio, nuntians et exponens, ac eos ad id monens attentius; et inducens congregationem eorundem prelatorum que ob hanc causam, sicut accepimus, convenire debent [*sic*, debet?], [et cui?] studeas, sublato cujuslibet difficultatis et more dispendio, interesse, prelatos eosdem [incites?], quod viriliter in defensione libertatum et jurium suorum se habeant; ad quod eis, cum nos tanquam caput tangat principaliter, omnimodum impendemus consilium, et auxilium inducimus (*sic*). Ceterum cum per predicta ab eisdem baronibus attemptata, videatur, non tam libertas ecclesiastica, quam status totus ecclesie, immutari, id que creditur ab inimico homine aspirante ad subversionem fidei procuratum, volumus et de consilio fratrum nostrorum mandamus, ut super hoc procedere debeas isto modo :

Primo, denunties et denuntiari facias excomunicatos omnes illos qui servari fecerint statuta predicta et constituciones vel potius abusiones introductas contra Ecclesie libertatem. Item excomunicatos nunties et nuntiari facias statutarios et scriptores statutorum ipsorum, necnon barones et dominos terrarum ac alios nobiles, potestates, consules, rectores et consiliarios locorum ubi hujusmodi statuta vel consuetudines edita fuerint vel servata; necnon et illos qui secundum ea presumpserint judicare, vel in publicam formam scribere judicata. Item nunties et nuntiari facias predicta statuta nullius esse momenti, et juramenta super eis observandis prestita prorsus illicita, et ideo illos qui prestiterunt ad observationem juramenti hujusmodi non teneri. Item excomunices illos qui societatem conjurationis hujusmodi intraverunt vel intrabunt, aut procuraverunt vel procurabunt aliorum

ingressum, nisi penitus resipiscent. Item excomunices omnes illos qui pro hujusmodi statutis servandis centesimam reddituum suorum solvent vel colligent, aut recipient per se vel per alium, seu ad solvendum inducent alios vel compellent, vel ad id dederunt vel dabunt consilium vel juvamen. Item excomunices omnes illos qui occasione conjurationum hujusmodi prelatos impedient uti jurisdictione ecclesiastica in casibus in quibus eis competit de jure vel de consuetudine approbata. Item excomunices omnes illos qui impedient, turbabunt, seu molestabunt agentes, respondentes, assistentes, patrocinantes, vel adjudicantes in foro ecclesiastico in casibus supradictis, necnon et illos qui eorum propinquos in personis vel rebus presument occasione hujusmodi molestare; non obstantibus aliquibus indulgenciis seu privilegiis quibuscumque personis ab apostolica sede concessis, ut in eos vel eorum terras excomunicationis et interdicti sententie ferri non valeant, absque ipsius sedis licentia speciali. Quod si forsan inventi fuerint aliqui pertinaces, noverint quod omni privilegio ab apostolica sede obtento, et feodis, si qua tenent ab ecclesiis, privabuntur, eorumque proles ad clericatum vel ecclesiasticum beneficium seu dignitatem minime assumetur. Clerici quoque qui cum predictis permanent, nisi incontinenti post publicatam monitionem tuam ab eorum recedant obsequio et consilio, omnibus ecclesiasticis beneficiis, et etiam clericatus privilegio, nudabuntur. Datum Lugduni II° non. januarii, pontificatus nostri anno quarto [*sic*, quinto?].

CCXII.

28 janvier 1248.

SENTENCIA Petri albanensis episcopi in causa que vertebatur inter archiepiscopum remensem et ejus suffraganeos.

Bibl. Roy., mss. f. lat., n° 5210, fol. 18, verso.

Petrus miseracione divina episcopus albanensis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Quia frequenter majoris efficacie sunt et firmioris pacis que per concordiam et amicorum ordinacionem seu arbitrium fiunt, quam que ordine judicario.... terminantur, venerabiles patres, remensis archiepiscopus ex parte una, et suessionensis, noviomensis, laudunensis, morinensis, et tornacensis; necnon et bone memorie attrebatensis, et A. quondam ambianensis

Digitized by Google

episcopi ex altera, super quibusdam articulis inferius declarandis, in quibus reservata fuerat consuetudo, in sentencia summi pontificis, archiepiscopo memorato, super quibusdam (*sic*) exorta fuit questionis materia inter ipsos, in nos quasi in communem amicum et arbitratorem seu ordinatorem, compromiserunt amicabiliter sub hac forma :

Universis presentes, etc., etc., etc., [1].

Post modicum vero temporis pendente arbitrio, predictis F. attrabatensi viam universe carnis ingresso et A. ambianensi, successores eorum simili modo compromiserunt in nos super articulis memoratis. Prefato itaque archiepiscopo per se, et prudentibus viris magistro Radulpho suessionensi et Bartholomeo ambianensi canonicis, eorumdem episcoporum et eciam capitulorum omnium cathedralium ecclesiarum remensis provincie quas questio ipsa tangebat, quibus eciam dati eramus a domino pape auditor, pro eo quod in nos non compromiserant, et quia intendebant questionem ipsam, quantum ad se, ordine judiciario terminari, procuratoribus competentibus, coram nobis eorumdem articulorum meritis diligenter discussis, et inter prefatos archiepiscopum et episcopos, olim apud Silvanectum, et postmodo apud Lugdunum, cum ipso archiepiscopo et memoratis procuratoribus tractatu habito diligenti, et pro tollenda perpetuo discordia inter ipsos, utili [*sic*, utilitate?] parcium, et tocius remensis provincie quiete pensatis, arbitramur, sentenciamus, diffinimus, et ordinamur in hunc modum : In primo videlicet articulo, qui talis est : *Ab archidiacono vero, aliisque inferioribus prelatis, suffraganeis subjectis eisdem, et eorum officialibus, ad suffraganeos ipsos debet, et non ad remensem curiam, obmissis dictis suffraganeis, appellari; nisi aliud remensi ecclesie de consuetudine competat* [2]; in hac parte dicimus et ordinamus, quod a predictis inferioribus non possit, omisso medio, ante diffinitivam sentenciam aliquatenus appellari; verum qui [*sic*, quia?], in criminalibus causis, quedam celeritatem magnam desiderant, quedam multas subtilitates et dubitaciones, que frequenter emergunt, audienciam superioris judicis exposcunt, in hujus[modi] causis sic diximus [*sic*, duximus?] ordinandum : si agatur ad sepa-

[1] Voir plus haut au même siècle (19 octobre 1246.)

[2] Sexte, lib. II, tit. XV, c. III, §. 1

Digitized by Google

racionem thori, vel ad restitucionem uxoris, seu viri, sive de conjungendo matrimonio, puta quia impediunt aliqui contrahere volentes; in hiis casibus, a diffinitivis eciam sentenciis, obmissis mediis, nullatenus appelletur; in hiis autem periculum esset in mora, quia pars maliciosa libenter superiorem judicem peteret, ut cause dicisio differretur. Si vero de disjungendo matrimonio propter parentelam, vel aliud quodcumque impedimentum perpetuum qualitercumque agatur, poterit post litis contestacionem, et juramentum de calumpnia sive de veritate dicenda prestitum, et a diffinitivis etiam sentenciis, nichilominus ad remensem curiam, omissis mediis, appellari; et si hoc casu, lite non contestata, et juramento hujus[modi?] nequaquam prestito, procedatur, quia una pars contumax appareret, sive quia peremptoria citacione recepta venire contempneret, seu quia maliciose se occultaret, vel, quia impediret, non posset ad eam citacio pervenire, vel aliis legitimis casibus, cum videlicet agitur de matrimonio separando, ubi lite non contestata nec juramento prestito procederetur seu procedi posset, ab eo tempore quo eam (*sic*) [1] inciperet judex procedere quasi lis esset contestata et juramentum prestitum, ut supra dictum est, ab eo tempore et a diffinitivis sentenciis eciam [poterit?] appellari. Item in correctionibus que quocumque modo fierint ab inferioribus, cum ex officio processerint inferiores, tunc non appellabitur, nec ante sentenciam, nec post, nisi gradatim; sed si inferiores, in forma seu in modo inquisicionis in locis collegiatis processerint, a diffinitiva sentencia tunc tantummodo poterit appellari. In spiritualibus autem et criminalibus causis, criminalibus intemptatis, poterit a predictis inferioribus ad remensem curiam, post litis contestacionem et juramentum de calumpnia sive de veritate dicenda prestitum, seu, a tempore quo lis contestari debuit et juramentum prestari, judex inceperit procedere ac si lis esset contestata et prestitum juramentum, et a diffinitivis eciam sentenciis appellari. A preceptis autem, statutis, monicionibus, et ordinacionibus ab inferioribus factis, appellari non poterit, nisi gradatim. Appellaciones vero que provocacionem causarum sapiunt, non nisi gradatim interpona[n]tur ab inferioribus memoratis. Inhibemus autem ne nova media quam que

[1] Ce mot est superposé par le copiste même, au mot *etiam*, qu'il a effacé.

Digitized by Google

hactenus solent esse, creantur vel fiant, vel eciam concessiones in quibus gradus fiant in fraudem et prejudicium jurisdictionis curie remensis, seu archiepiscopi memorati.

In secundo vero articulo qui talis est : *Prohibemus quoque, ne [archiepiscopus remensis] in diocesi suffraganeorum ipsorum* [sic, *suorum?*] *foraneos officiales constituat, etc., etc., nisi aliud remensis ecclesia circa talium institucionem officialium de consuetudine* [*obtineat*] *speciali* [1]; dicimus et ordinamus, quod archiepiscopus, sive curia remensis, in dyocesibus suffraganeorum, hujus[modi] foraneos officiales non habeant, nec de cetero non constituant.

In tercio autem articulo qui talis est : *Neque suffraganeorum remensis ecclesie subditos, ipsorum delegacionem suscipere, vel sentencias et precepta exequi, aut in causis per appellacionem devolutis ad eos, testimonium, nisi aliud in hiis tribus de consuetudine obtineant, perhibere, compellant* [2]; dicimus et ordinamus, quod archiepiscopi et officiales, seu curia remensis predicta, delegent sine coactione quibuscumque voluerint in dyocesibus suffraganeorum discretis viris, notis, honestis, non suspectis...., quantum estimare licet, non uxoratis, non personis minoribus remensem curiam pro impetrandis litteris frequentantibus; et si illi quibus mandata ei [*sic*, mandatur?], nollent recipere vel exequi quod mandatur, dyocesanus vel ejus officialis compellat ipsos ad recipiendum vel exequendum premissa, nisi ipsi quibus mandatur causam allegent legitimam quare predicta mandata recipere vel exequi non possint. Jurabunt eciam, si necesse fuerit, causam propositam esse veram, et quod non in fraudem, vel causa subterfugii, illam proponant; dyocesanus autem bona fide et sine fraude estimabit, utrum causa proposita debeat legitimam reputari, et cum legitimam reputaverit, denunciabit vel officiali seu curie remensi, illos non posse recipere, utpote legitima causa detentos; et tunc archiepiscopus, sive officialis seu curia remensis, delegabunt aliis personis et discretis quibus voluerint, sine coactione, ut superius est expressum. Si vero dyocesanus vel officialis ejus non compelleret predictos recipere, sicut dictum est, tunc liceat archiepiscopo episcopum

[1] Sexte, lib. I, tit. XVI, c. I.

[2] Sexte, lib. II, tit. II, c. I, §. I.

vel ejus officialem compellere, censura debita, ut compellat eosdem quibus demandatum est, recipere et exequi quod mandatur. Ceterum si aliquid mandatum vel execucio facienda esset contra personam ipsius suffraganei, officiales, vel aliquem de familia quem constet esse de familia ipsius episcopi, utpote qui est ad victum vel expensas suas, poterit archiepiscopus facere per aliquos de subditis ipsius suffraganei, providos, discretos, non uxoratos, non viles personas, non inimicos, non suspectos, quantum estimare licet, et illos ad id exequendum sua propria auctoritate si rebelles fuerint debita censura compellat. A predictis delegacionibus et exequcionibus excipimus decanos, archidiaconos, personas canonicas et capellanos servicium (*sic*) cathedralium ecclesiarum obligatos, quibus archiepiscopus [non?] poterit predicta delegare; seu ad recipiendum, per se, vel eorum suffraganeos, seu ipsorum ordinarios, non compellet eosdem. Si vero in aliquo casu, necessarium esset archidiaconum, decanum, personas canonicas et capellanos predictos compellere ad perhibendum testimonium veritati, iidem per suos dyocesanos seu ordinarios compellantur. Inhibemus autem ne canonici cathedralium ecclesiarum quibus defertur, conveniant, conducant, ordinent, sive statuant tacite vel expresse, occulte vel apperte, ne ipsi vel aliqui ipsorum, predicta recipiant, ipsis ab archiepiscopo vel a remensi curia demandata. Inhibemus eciam ne suffraganei subditis suis inhibeant tacite vel expresse, apperte vel occulte, cum pena vel sine pena, quod non recipiant hujus[modi] delegaciones et exequciones que ipsis ab archiepiscopo, vel a remensi curia, demandantur; et ut fraus tollatur, et circuitus qui fierent eundo ad curiam remensem et redeundo, episcopi dicant in synodis suis subditis, et moneant eos, quod humiliter et devote recipiant quod ab archiepiscopo suo, seu a curia remensi, demandatur eisdem.

In quarto quoque articulo qui talis est : *Nec eciam suffraganeorum ipsorum officiales, aut archidiaconos, archipresbyteros, aliosque inferiores prelatos, suffraganeis eisdem subditos, dummodo aliud eis contraria consuetudo non tribuat, cogant querelantibus respondere* [1]; dicimus et ordinamus quod stetur domini pape sentencie, ne probacione consuetudinis oneret se amplius archiepiscopus memoratus.

[1] Sexte, lib. II, tit. II, c. I, §. 2.

Digitized by Google

In quinto vero articulo qui talis est : *Licet autem archiepiscopo remensi suam provinciam visitanti eos, qui tunc sibi vel sue familie, aut aliis, quos propter hoc per eamdem dirigit provinciam, et eciam quum concilium convocat, etc.* [1], ubi dicitur : *Nisi amplius ei de remensis ecclesie consuetudine competere dignoscatur*; dicimus et ordinamus, quod excepto eo quod in memoratis casibus dat sentencia domini pape, si fieret eidem archiepiscopo injuria, vel familie, vel aliis in articulo ipso contentis, denunciabit archiepiscopus ordinario suo dyocesano loci ubi facta fuerit injuria, monens et requirens eumdem, quod illud faciat secundum justiciam, infra certum et competentem terminum ab archiepiscopo assignandum, emendari, pro qualitate delictorum ac eciam personarum. Quod si infra terminum assignatum, legitimo impedimento cessante, non fecerit, vel facere recusaverit, ex tunc archiepiscopus auctoritate propria procedit (*sic*) contra injuriatores predictos prout justum fuerit; nec opponet se dyocesanus alio modo, quominus contra ipsos archiepiscopus, prout dictum est, propria auctoritate procedat.

In sexto autem articulo qui talis est : *Ceterum interdicti, suspensionis, vel excommunicacionis sentencias latas ab officialibus archidiaconorum, seu quibuslibet aliis jurisdictionem habentibus suffraganeorum remensis ecclesie subditis, remensis archiepiscopus,* [*et ejus officiales*], *obmissis ipsis excommunicatoribus, non relaxent, salva tamen super hoc contraria consuetudine si quam habent* [2]; dicimus et ordinamus quod nullo modo relaxent seu relaxari mandent hujus[modi] sentencias, nisi prout justum fuerit, et cum debita cause cognicione. Hoc autem arbitrium, dictum, sentenciam, ordinacionem, et diffinicionem nostram, memorati, archiepiscopus per se, necnon et procuratores pro prefatis episcopis acceptaverunt, et supradictorum capitulorum procuratorio nomine eis consenserunt. Datum Lugduni, v° kal. februarii, anno Domini, M° CC° XL VII° [3].

[1] Sexte, lib. v, tit. IX, c. I.

[2] Sexte, lib. v, tit. XI, c. V.

[3] A la suite de cette sentence se trouve, sous la date du 15 mars 1248, un article additionnel dont voici la teneur :

« Prolato igitur hujus[modi] arbitrio, venerabilis patres (*sic*) cathalannensis episcopus, gracia confirmacionis obtenta, et demum in episcopum consecratus, licet ejus predecessor non compromiserit, prefate ordinacioni concessit [consensit?], et eam se servaturum promisit. Magister Thomas decanus

CCXIII.

3 mars 1248. PRIVILEGIUM Innocentii pape IIII, de non alienandis bonis et possessionibus [S. Nichasii].

Cart. de Saint-Nicaise, fol. 57, verso, n° CXXVIII.

Innocentius..... Dilectis filiis abbati et conventui monasterii S. Nichasii remensis..... Nobis vestra devotio intimavit, quod nonnulli clerici et laici, vineas, prata et possessiones que a vobis in feudum vel sub annuo censu tenent, locis religiosis et ecclesiis, necnon clericis atque laicis, sine assensu vestro, pro voluntate sua, vendere seu donare, aut alias etiam alienare presumunt, et quibusdam ex eisdem possessionibus novas non verentur imponere servitutes, in vestrum et monasterii vestri prejudicium et gravamen. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, ne similia de cetero sine vestro assensu legitimo presumantur, auctoritate presentium districtius inhibemus, decernentes irritum et inane si quid contra inhibitionem nostram super hiis fuerit attemptatum. Nulli ergo hominum, etc., etc.... Datum Lugduni, v non. martii, pontificatus nostri anno quinto.

CCXIV.

Mars 1248. CARTA quod comes de Regiteste nullum jus habet jacendi sive

macliniensis, procurator venerabilis patris cameracensis episcopi, mandato ad compromittendum recepto, in nos super premissis articulis compromisit. Nos vero deliberacione prehabita, arbitrando et ordinando dicimus, quod idem procurator prefati episcopi nomine, ac idem episcopus, ordinacionem predictam inviolabiliter observarent; quod et idem procurator ejus episcopi nomine se servaturum promisit. Tenor autem procuracionis eidem magistro Thome tradite talis est :

« Sanctissimo patri ac domino .I [Innocencio], Dei gratia sancte Ecclesie summo pontifici, G. ejusdem ordinacione cameracensis ecclesie minister humilis, devota pedum oscula beatorum, cum omni reverencia, subjectione, pantela, et honore. Vestre sanctitati reverende significo, quod ego dilectum et fidelem meum magistrum Thomam decanum macliniensem, latorem presentium, meum constituo procuratorem, in causa quam habet contra me, et cathedralia capitula remensis provincie, reverendus pater et dominus remensis archiepiscopus; conferens eidem procuratori meo potestatem et mandatum speciale, supra dicta causa loco mei componendi, seu compromittendi, ratum et gratum habiturus quidquid dictus procurator super hiis pro me duxerit faciendum; volens per presens procuratorium aliis meis procuracionibus derogare. Datum anno Domini M° CC° XLVII°, in vigilia Epyphanie Domini. Datum Lugduni, id. marcii.... anno predicto. »

Digitized by Google

comedendi, suis sumptibus vel alienis, in domibus de Gerson et de Querceto.

Cart. A de Saint-Remi, p. 508.

Ego Johannes comes regitestensis, universis..... notum facio, quod cum ego jacuissem et comedissem cum familia mea, in domo de Gerson et in domo de Querceto juxta Givereium, que domus sunt ecclesie S. Remigii remensis, et in eisdem domibus meis propriis expensis pernoctassem, abbas dicte ecclesie super hoc conquerens, dicens quod nullum jus habebam jacendi, comedendi et pernoctandi in eisdem, contra nos movit questionem. Ego autem, usus bonorum consilio, confiteor me nullum jus habere jacendi, comedendi et pernoctandi in eisdem, meis expensis sive alienis, et promitto quod in eisdem de cetero non intrabo causa comedendi, jacendi, sive pernoctandi; ita tamen quod propter hoc, nichil juris sit acquisitum ecclesie S. Remigii remensis, per quod possit adducere homines de Givereio, vel de Alandusio, causa manendi in terris arabilibus pertinentibus ad domum dictam de Querceto. In cujus rei testimonium..... Actum anno gratie millesimo ducentesimo quadragesimo VIII°, mense martio.

CCXV.

PRIVILEGIUM D. Innocencii pape IV, sentencie P. albanensis episcopi confirmatorium. 1er avril 1248.

Bibl. Roy., mss. f. lat., n° 5210, fol. 18.

Innocencius [1] episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo remensi, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi justa sentencia, vel equo arbitrio, seu composicione provida, finis litibus imponatur, consuevit tamen sedes apostolica hiis que per alios legitime terminantur, sue confirmacionis adhibere munimen, ut quanto

[1] Cette bulle est confirmée en ces termes par Alexandre IV, qui en donne en même temps une ampliation :

« Alexander episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem. Litteras felicis recordacionis Innocencii pape predecessoris nostri de registro predecessoris ejusdem de verbo ad verbum transcribi fecimus, et transcripto hujus[modi] bullam nostram apponi. Tenor autem dictarum litterarum qui in eodem registro invenitur talis est : Innocencius, etc., etc.... Datum Laterani, VIII kal. februarii, pontificatus nostri anno II°. »

Digitized by Google

majori fuerint stabilita robore, tanto inviolabilius observentur. Sane inter te ex parte una, venerabiles fratres nostros suessionensem, noviomensem, laudunensem, morinensem, tornacensem, cameracensem et quondam ambianensem, ac bone memorie attrebatensem, et cathalaunensem episcopos, suffraganeos tuos, necnon et cathedralium ecclesiarum provincie remensis capitula ex altera, super diversis articulis questione suborta; tandem in venerabilem fratrem nostrum albanensem episcopum, sub certa forma super hiis, a te et predictis suffraganeis licet diversis temporibus, eodem cathalaunensi dumtaxat excepto, tanquam in arbitrium (*sic*) seu ordinatorem extitit compromissum; eodem albanensi, et quibusdam ex eisdem suffraganeis qui nondum compromiserant, ac quibusdam capitulis qui compromittere noluerunt, a nobis auditore concesso; qui racionibus utriusque partis diligenter auditis, arbitrium, sentenciam, dictum, diffinicionem et ordinacionem inter ipsos [protulit?] quos vel quas eedem partes, et demum venerabilis frater noster eidem cathalaunensi successor, necnon et procurator prefati cameracensis ejus nomine, recipere curaverunt, prout in litteris confectis exinde, prefati albanensis sigillo sigillatis, plenius continetur. Nos igitur tuis supplicacionibus inclinati, quod super hiis per eumdem albanensem arbitrando, sentenciando, dicendo, diffiniendo, ordinando, statuendo, inhibendo, seu mandando, factum esse dignoscitur, gratum et acceptum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, suplentes de plenitudinis potestate defectum, si quis in premissis ex eo forsan extitit quod procuratores capitulorum ipsorum plenum ab ipsis ad componendum et compromittendum non haberent mandatum, licet facultatem faciendi quecumque predicta capitula facerent si essent presencia obtinerent; tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri faciendo qui talis est. Petrus, etc., etc., ... [1] Nulli ergo..... etc. Datum Lugduni, kal. aprilis, pontificatus nostri anno v°.

[1] Voir plus haut, même siècle, n° CCXII (28 janvier 1248).

Digitized by Google

CCXVI.

PROPTER liberalitatem, ab hominibus capituli regi factam, non debet fieri capitulo vel eis prejudicium. Avril 1248.

Livre Blanc du chap., fol. 119, verso, n° LXXIII des Libertés.

Ludovicus Dei gratia Francorum rex, universis presentes..... salutem. Notum facimus, quod cum quidam burgenses de terra canonicorum remensis ecclesie, nobis ex mera liberalitate et gratia mille libras parisienses dederint, volumus quod ex hoc facto, nullum fiat prejudicium eidem ecclesie, vel privilegiis aut libertatibus seu consuetudinibus ejusdem vel ipsis hominibus, nec trahatur ad consuetudinem in futurum. Actum Parisius, anno Domini M° CC° XL° octavo, mense aprili.

CCXVII.

PRIVILEGIUM quo B. Ludovicus confirmat privilegia a Ludovico VII, et ab avo suo Philippo, Remigianis concessa [1]. Avril 1248.

Archiv. de Saint-Remi, liass. 15. — Cart. C de Saint-Remi, fol. 11, n° XLI. — Archiv. du Roy., L, cart. 22, n° 197.

In nomine, etc.... Ludovicus.... Notum facimus quod nos litteras.... avi nostri vidimus in hec verba :

Philippus..... Noverint universi quod genitor noster Ludovicus.....

Nos igitur predictorum predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, predicta omnia, sicut superius continentur, concedimus, approbamus et sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere inferius annotato confirmamus, salvo jure nostro et alieno. Actum apud Crispiacum in Valesio, anno M° CC° quadragesimo septimo, mense aprili, regni vero nostri anno vicesimo secundo, astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. S. Stephani buticularii, S. Johannis camerarii, constabulario nullo. Data vacante cancellaria.

CCXVIII.

CHARTA Ludovici regis de auxilio pro via transmarina [a remensibus burgensibus prestito]. Juin 1248.

Suppl. de Bidet, p. 17, ex cartul. scabin. — Bibl. de Reims, portef. K, n° 13.

[1] Voyez Martenne, Ampliss. collect., I, 815.

Digitized by Google

Ludovicus..... Notum facimus quod per auxilium quod fecerunt nobis cives remenses, pro via nostra transmarina, nolumus quod præjudicium in posterum dilecto et fideli nostro Juello remensi archiepiscopo et ecclesiæ remensi generetur. Actum apud Corbolium, anno..... M° CC° L° VIII°, mense junio.

CCXIX.

Juillet 1248. REDDITUS quos habet thesaurarius remensis ecclesie super homines suos mansionarios de Courcy, et ad quid ei tenentur.

Livre Blanc du chap., fol. 27, verso, n° XXIX des Dignités. — Archiv. du chap, lay. 24, liass. 37, n° 1.

Magister Lucas de Giffo, officialis domini Gomecii remensis archidiaconi, omnibus presentes litteras visuris, in Domino salutem. Noverint universi, quod cum Johannes Carpentarius, Garinus frater ejus... Henricus filius Warnerii le Tailleur, Bertrannus filius Theobaldi de Thil [1].... coram fideli clerico curie domini mei ad hoc specialiter deputato et misso, constituti, recognovissent quod ipsi tam per se, quam per alios, supplicassent humiliter et devote, ut dicebant, viro venerabili domino Renardo thesaurario remensis ecclesie, ut idem thesaurarius omnes et singulos dictos homines, et sequentes suos qui adhuc pro tempore sunt venturi, quotquot venirent, in homines et mansionarios suos, in dominio suo apud Courceyum recipere dignaretur et vellet; et ut eis terram traderet, assignaret, et deliberaret, et ad edificandas mansiones suas, et domos ad manendum ibidem, ad usus et consuetudines de Courceyo. Tandem tales conventiones intercesserunt inter dictos homines, et Gerardum de Choisel, servientem dicti thesaurarii, et ex parte ipsius thesaurarii speciale mandatum super hoc habentem, sicut in litteris dicti thesaurarii vidi plenius contineri : videlicet, quod omnes et singuli dicti homines promiserunt, fide et juramento interpositis, sponte factis, se daturos dicto thesaurario usque ad festum B. Remigii in capite octobris proximo venturo, viginti libras de ingressu pro receptione eorumdem, et tres solidos parisienses et unam gallinam ad idem festum, et similiter singulis annis ad idem festum

[1] Ici l'acte donne le nom de soixante-dix-huit autres contractants.

Digitized by Google

tres solidos parisienses, unam gallinam annui redditus, pro qualibet domo seu pro quolibet masnagio tantum, tali modo quod quilibet dictorum hominum seu mansionariorum tenentur edificare et construere infra annum presentem, domos et mansiones suas prout eas acceperunt et accipient, et prout easdem domos et masnagia possidebunt et tenebunt, et ponere in edificio super suum masnagium usque ad valorem quadraginta solidorum parisiensium; quod nisi facerent, quilibet eorum qui in hoc deficerent, pro defectu illo, pro masnagio suo tantum, dicto thesaurario tenentur ad emendam in quadraginta solidis parisiensibus pro recessu, et si omnes insimul recesserint, omnes solvent insimul dicto thesaurario centum ℔ parisienses pro recessu; et concesserunt dicto thesaurario dicti homines seu mansionarii quod dictus thesaurarius possit eos ducere pro se, et honore suo, et rebus suis, et hominibus et mansionariis suis, et rebus eorum salvandis, quandocumque voluerit, ita quod die illa qua ab hospiciis recesserint, eadem die ad hospicia sua hora competenti possint redire, si velint. Preterea dictus thesaurarius concessit in perpetuum dictis hominibus seu mansionariis suis, eorumque successoribus et heredibus, quod ultra predictum redditum trium solidorum parisiensium, et unius galline, quo dicto thesaurario tenentur annuatim, ut dictum est, supra et ultra hoc quod concesserunt dicto thesaurario, quod ipse eos possit ducere pro se, et honore suo, et hominibus, et mansionariis suis, et rebus suis salvandis, quandocumque voluerit, et ubicumque voluerit, ut dictum est supra, quod non poterit eos angariare, nec vexare indebite, nec etiam molestare; sed tractare eos tenetur et manutenere ad usus et consuetudines de Courceyo. Item dictus thesaurarius concessit imperpetuum dictis hominibus sive mansionariis suis, eorumque successoribus et heredibus, quod ipsi habeant ibidem mensuram de Courceyo ad bladum et ad vinum, et quod faciant ibi fieri, cum voluerunt (*sic*) et potuerint, unam capellam. Et sciendum quod dictus thesaurarius habebit ibidem furnum suum, si voluerit, ad quem omnes dicti homines et mansionarii eorum successores et heredes decoquent panem suum. Item dictus thesaurarius habebit ibidem pressorium suum si voluerit, ad quod omnes predicti homines et mansionarii sui eorumque successores et heredes suum pressorabunt; nec poterunt

dicti homines, sive mansionarii eorum successores vel heredes, ibidem alium furnum, nec aliud pressorium, instituere seu construere, sine dicti thesaurarii voluntate et assensu; qui thesaurarius habebit ibidem majorem suum, qui dicto thesaurario servabit jura sua. Item dictus thesaurarius concessit dictis hominibus sive mansionariis suis eorumque successoribus et heredibus, ut singulis annis in perpetuum, in crastino Nativitatis Domini, mutent si velint, et eligant et faciant scabinos, et instituant ibidem prout sibi videbitur expedire, coram quibus placitabunt, et per quos se justiciabunt ad usus et consuetudines de Courceyo; qui scabini dicto thesaurario, vel ejus mandato fidelitatem facient annuatim. Item dictus thesaurarius concessit dictis hominibus et mansionariis suis, eorumque successoribus et heredibus, quod nec ipse thesaurarius, nec servientes sui, possint contra aliquem eorum aliquid dicere, vel ipsum inquietare plusquam aliquis alius, nisi per justiciam loci, et per jus scabinorum ejusdem loci, dum tamen in dicti thesaurarii personam propriam et serviencium suorum specialiter non delinquant. Item dictus thesaurarius concessit eisdem hominibus seu mansionariis suis et heredibus, plenarie, libere et quiete, omnimodam libertatem seu franchisiam, aisentias et consuetudines quas habent homines et mansionarii sui de Courceyo. Premissa vero omnia et singula, prout superius scripta sunt et expressa, omnes et singuli predicti homines seu mansionarii, fide et juramento interpositis, promiserunt se inviolabiliter, firmiter et fideliter observaturos et facturos legitime et benigne; dictus vero thesaurarius premissa omnia et singula, prout superius scripta sunt et expressa, juravit se legitime, inviolabiliter, firmiter et fideliter observaturum et facturum, et ad ea facienda, observanda, et tenenda dictus thesaurarius legitimo suo juramento interposito, se obligavit et astrinxit, sicut in litteris thesaurarii predicti plenius continetur. In cujus rei testimonium et munimen, ad peticionem parcium, presentes litteras feci sigillo curie domini mei communiri. Datum anno Domini, M° CC° XL° octavo, mense julio.

CCXX.

Sept. 1248. LITTERA D. regis quod subsidium sibi factum per cives

Digitized by Google

remenses nullum illis generet prejudicium, aut D. archiepiscopo.

Cart. A de l'Arch., fol. 57, verso. — Suppl. de Rogier, p. 17. — Bibl. de Reims, portef. K, nos 13 et 71.

Ludovicus.... Dilectus et fidelis noster Th. remensis archiepiscopus ad instanciam nostram voluit et nobis concessit, ut burgenses remenses rogaremus, ut subsidium facere nobis velint. Nos autem jus ejusdem archiepiscopi conservari volentes illesum, nolumus ut istud factum trahatur in consequenciam, vel quod per hujusmodi preces nostras de assensu predicti archiepiscopi eisdem burgensibus factas, prefato archiepiscopo, aut ejus successoribus in posterum aliquod prejudicium generetur. Actum Parisius, anno..... M° CC° L° VIII°, mense septembri.

CCXXI.

ANNO DOM. M. CC. XLVIII. Li jugement de ceste année [1]. Ann. 1248.

Plaids de l'Échevinage de Reims. Livre Rouge de l'Échev., p. 21.

Jugemens a esté randu do prévost et des boulengiers, d'androit ce que li prévost lor demandoit meffait, por ce que il avoient vandu en foire sor les fenestres de pierre de lor maisons.

Droiz en fu diz des eschevins, par le conseil de bones gens, que il puélet vandre en foire, et fors foire sor leur fenestres de pierre.

Plaiz et descors estoit entre Jaquet d'une part, et Jehier d'autre, de 1 mur commun entre ex, enqueil mur cil Jehiers avoit 1 arc, et cil Jaques voloit metre 1 soumier sor le noel de l'arc celui Jehier; cil Jehier en aloit encontre, ne ne voloit que il l'i meist, se droiz no disoit.

Droiz en fu diz que il l'i pooit bien metre, mais que il i feist piler, et le herberjast si fort, par que cil Jehier n'en eust damage.

Adenès li harigniers demandoit à Martin de la Porte 1 cheval que cil Adenès li avoit louet, et le loyer do cheval de VI semainnes. Martins dit que le cheval ot-il parmi XII^sin deniers le jour de loier, et li

[1] Les plaids de cette année sont les premiers que contiennent les archives de l'Hôtel-de-Ville de Reims. Ils sont extraits d'un registre qui désormais nous offrira, année par année, pendant plus d'un demi-siècle, les principales sentences d'un tribunal bourgeois qui, plus heureux que les cours souveraines du royaume, a su compiler et conserver un *olim* antérieur à ceux du parlement.

Digitized by Google

ranvoioit, si comme il devoit, de la foire de Troies; et sires terriens, et les gens le Roi prisent le cheval entre voies, pour ce que il disoient que li sires de Rains estoit défailliz de droit.

Droiz en fu dis d'eschevins, par conseil de bones gens, que M. devoit respondre à A. de son cheval, et do loyer de tant comme il l'avoit tenut.

1 hom trast en tesmoignage 1 clerc. S'averse partie dit encontre que li tesmoignages do clerc ne devoit riens valoir en laie justice, pour ce que clers ne puet porter tesmoignage en laie justice sans le congié de son ordenaire.

Droiz en fu diz, et que ses tesmoignages ne devoit mie valoir, se il n'avoit lettres de son arcediacre ou de son ordenaire.

CCXXII.

21 janvier 1249. EPISTOLA Innocentii papæ IV ad remensis provinciæ suffraganeos, ut mandata curiæ remensis archiepiscopi exequi procurent.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, art. *Thomas de Beaumets*, ex cart. arch. rem.

Innocentius episcopus, etc..... venerabilibus fratribus provinciæ remensis suffraganeis, ac officialibus eorumdem.... Præsentium vobis aucthoritate firmiter præcipiendo mandamus, quatenus in synodis vestris præcipiatis vestris subditis, et etiam publicetis, ut mandata venerabilis fratris nostri archiepiscopi, et curiæ remensis, procurent exequi, prout continetur in ordinatione facta per venerabilem fratrem nostrum episcopum albanensem, et per sedem apostolicam confirmata. Datum Lugduni, XII cal. feb., pontificatus nostri anno sexto.

CCXXIII.

Juin 1249. COMPOSITIO inter thesaurarium remensis ecclesie et abbatem S. Theoderici, de quibusdam hominibus mansionariis ipsius abbatis, qui sub dominio thesaurarii transierant ad manendum in territorio de Courceio.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 356.

Reverendo patri et domino Ivello, Dei gratia remensi archiepiscopo, Renardus thesaurarius remensis ecclesie suus fidelis, salutem et

Digitized by Google

quicquid patri ac domino, cum omni reverentia et honore. Noveritis quod cum esset discordia inter me, nomine thesaurarie mee remensis ecclesie predicte ex una parte, et virum religiosum abbatem monasterii S. Theoderici nomine sui monasterii predicti ex altera, super quibusdam hominibus vel mansionariis ipsius abbatis qui sub dominio meo transierant ad manendum, et in territorio de Courceio, ratione thesaurarie mee remensis ecclesie, novam villam construebant; bonis atque probis viris mediantibus, pacificatum est in hunc modum : videlicet, quod dicti homines usque ad centum, uno minus, quorum nomina inferius continentur, remanebunt si voluerint sub dominio meo in dicta nova villa, nisi per jus dictum fuerit quod dicti homines sub ipso abbate redire debeant, vel ipsi spontanei sub ipso abbate redire voluerint, vel sub successoribus suis. Quorum nomina sunt hec : ..... Gerardus filii (*sic*) Paradisy, Miletus filii Laluitre, Perrotus filius Bleheri, Aubeletus li jardiniers, etc.... Et ego thesaurarius, dictos homines vel aliquem ipsorum redeuntem sub dominio dicti abbatis, si jus dictaverit, ipsum vel ipsos redire volentes sub dicto abbate, vel si spontanei redire voluerint, impedire non potero; salvis conventionibus habitis inter me et dictos homines [1], super eo videlicet quod quilibet ipsorum debet michi reddere, vel meis successoribus, quadraginta solidos parisienses, si ipsum a dominio meo recedere contigerit; et hoc salvo, quod illud quod constructum vel edificatum ab illis vel altero eorumdem erit, in terra et dominio meo apud novam villam predictam, meum erit; salvis etiam redditibus quos debent annuatim et debebunt michi et meis successoribus pro masnagio, quamdiu contigerit ipsos morari in dicta nova villa per conventiones habitas inter me et ipsos. Et si forte dictos homines, vel aliquem ex eis, sub dicto abbate redire contigerit, ego thesaurarius nec mei successores, illum, vel illos qui redierint de cetero non poterimus retinere; et de cetero homines sive alios mansionarios dicti abbatis, nec suorum successorum, ego nec mei successores poterimus retinere. Nec dictus abbas, neque sui successores, homines vel mansionarios meos, nec meorum successorum thesaurariorum remensium, poterunt retinere, exceptis predictis quorum nomina superius sunt expressa, et prout

[1] Voyez plus haut, même siècle, n° CCXIX.

superius est expressum. Pacificatum est etiam, et concordatum inter me et sepedictum abbatem, de consensu dictorum hominum, quod predicti homines non possunt, nec debent cubare vel pernoctare, de jure aut de consuetudine, vel aliquo intercursu veniente, in terra seu villis dicti abbatis, quandiu morari eos contigerit in dicta nova villa, nisi spacio trium mensium in anno; videlicet in mense martio, augusto, et mense septembri. Concordatum est etiam inter nos partes predictas, quod de omnibus querelis vel actionibus competentibus ipsi abbati contra dictos homines, vel aliquem ipsorum, tam de eo quod idem abbas dicit quod dicti homines sub dominio meo remanere non possunt, quam de aliis, usque ad diem confectionis presentium litterarum super dicta discordia confectarum, jus facient coram suo ordinario; ita tamen, quod in civitate remensi, nisi contigerit curias remenses alibi casu fortuito transferri, nec coram alio judice, per dictum abbatem, nec per suos successores, poterunt conveniri.

Inde est, quod paternitati vestre ego thesaurarius, fidelis vester, pro me ac pro dictis hominibus, ac etiam ratione thesaurarie mee remensis ecclesie predicte, supplico quatinus concordie, compositioni, et paci predicte que meo est proprio sigillata sigillo, sicut superius est expressum, assensum vestrum, si placet, dignemini impertiri, et eandem concordiam, compositionem et pacem, per vestras patentes litteras, auctoritate ordinaria, dignemini et velitis confirmare. Actum et datum anno Domini M° CC° quadragesimo nono, mense junio [1].

CCXXIV.

Juillet 1249. LITTERÆ Reginaldi de Corbolio archidiaconi remensis, quibus magister (*sic*, magistri?), fratres, et leprosi S. Lazari remensis recognoscunt se vendidisse Adeneto dicto Cauchon, civi remensi, IX solidos supercensus quos habebant in banno et justitia et ventis, in villa et territorio de Champigniaco, pretio XX libr. parisiens. Datum anno M° CC° XL° IX°, mense julio.

Cart. de Saint-Denis, p. 157.

[1] Suit la ratification d'Ivelle.

Digitized by Google

CCXXV.

Quod Stephanus Bos [1], civis remensis, tenet de feodo regis [Navarre] quicquid acquisivit in castellania de Vitriaco, in pluribus villis. 24 août 1249.

Archiv. du Roy., Lib. Princip., fol. 442.

Magistri J. de Blesis, et Girardus de Menesio, canonici et officiales remenses, universis..... Noverint universi, quod in nostra presentia personaliter constitutus, Stephanus dictus Bos, civis remensis, recognovit quod omnia acquisita que fecerat et acquisierat dictus Stephanus a domino Roberto de Summa Vidula, castellano de Vitriaco, in villa de Ausoncia, in Nova Villa sita in finagio de Assoncia, in villa S. Medardi juxta Pontem Fabricatum, sunt penitus de feodo et dominio comitis Campanie. Recognovit etiam dictus Stephanus, quod predicta acquisita tenebat a predicto comite Campanie in libero, puro et quito allodio, et quod predicta acquisita..... sunt in custodia dicti comitis, et quod in omnibus predictis acquisitis habet idem Stephanus omnimodam plenitudinem justicie et dominii, et ad ipsum pertinent, et in perpetuum debent pertinere. In cujus rei..... sigillo curie remensis fecimus roborari. Datum anno..... M° CC° quadragesimo IX°, mense augusto, in vigilia B. Bartholomei apostoli.

CCXXVI.

Litteræ quibus Duda et Aelidis, cives remenses, domos quasdam dederunt in elemosinam, ad ponendum et manendum ibidem mulieres quæ vocantur Beguinæ. Août 1249.

Cart. de Saint-Denis, p. 158.

Litteræ Johannis de Blesis et Gerardi de Menesio, canonicorum et officialium remensium, quibus Duda dicta Larga, et Aelidis dicta Corgine, cives remenses, domos quondam magistri Gunteri, sitas in burgo S. Dionisii remensis, quas emerunt ab executoribus testamenti ejusdem G., videlicet Odone priore, et fratre Johanne de Longavilla,

[1] Il est probable que ce personnage, qui est qualifié ici de citoyen de Reims, est le même qu'un acte de 1241 (voir plus haut, n° CLXXXVII) a qualifié de prévôt de Laon.

Digitized by Google

Prædicatoribus remensibus dederunt in elemosinam, ad ponendum et manendum ibidem mulieres quæ vocantur Beguinæ, ponentes easdem domos in manu abbatis S. Dionisii remensis et prioris Prædicatorum remensium, qui tertium secum eligent ad conservationem et regimen loci antedicti. Qui etiam abbas et prior, cedentibus vel decedentibus dictis mulieribus D. et A., unam magistram vel duas ibi præficient successive, quam vel quas, prout eis visum fuerit expedire, removere poterunt, et aliam vel alias substituere. De consensu vero dictarum magistrarum, prædicti abbas et prior ponent ibi personas quales prædiximus, videlicet Beguinas, caventes diligentius ne aliqua ponatur ibidem, nisi propter profectum salutis animarum, vel communem loci utilitatem, nec aliqua de qua sit scandalum, vel de cujus moribus immineat aliis periculum corruptelæ. Quod si aliqua de ibidem manentibus, propter insolentiam, paci aliarum et profectui nociva videatur dictis loci conservatoribus, et magistræ vel magistrabus, ad planum dictum eorum, sine disceptatione aliqua vel contradictione, exire teneatur; vel etiam sine causa, si dictis conservatoribus, et magistræ vel magistrabus, visum fuerit expedire. Nec aliqua de remanentibus ibidem, conventum vel locum proprium poterit venditare; sed omnia secundum arbitrium magistræ, vel magistrarum si plures fuerint, poterunt omni tempore permutari. Nullam, exceptis magistra vel magistrabus, sine licentia generali vel speciali exire portam licebit, nec sine socia specialiter assignata, nisi aliquibus, pro sua maturitate, fuerit a magistra vel magistrabus permissum. Quatuor vero de maturioribus eligentur a magistra vel magistrabus, ad quas pertinebit dare licentias et socias assignare. Cui autem ab aliqua dictarum quatuor licentia negata fuerit, non petat non obtineat ab alia, nisi ab ea tantum quæ magistræ officio fungetur. Si quid autem prædicto loco datum fuerit in elemosinam vel legatum, cum testimonio dictarum quatuor recipiatur, a magistra vel magistrabus, ad cujus vel quarum conservationem pertinebit dispensare quantum de hujusmodi rebus debeat dictis personis, et quibus, in dicta domo manentibus, et non aliis, distribui, vel quantum ad communes loci utilitates converti; quod si illud summam quadraginta solidorum excesserit, de consilio prædictorum conservatorum facere

Digitized by Google

tenebuntur. Si vero urgenti necessitate vel evidente utilitate, Beguinas a dicto loco contingeret removeri, dictæ domus a conservatoribus earum et magistra vel magistrabus venderentur, et pretium earum ad adquirendum alium locum ad earumdem usum, et sub iisdem conditionibus, ubi visum fuerit commodius, convertetur; vel si hoc fieri commode non posset, prout eis, secundum Deum visum fuerit, de dicto pretio alias ordinetur. De statu autem hujus loci et ibidem manentium, ad commune consilium, dictum et voluntatem, dictorum abbatis et prioris, magistræ vel magistrarum, in omnibus occurentiis [provideatur?], et eorum consilium, dictum et voluntas, firmiter et inviolabiliter observetur. Datum anno M° CC° XL° IX°, mense augusto.

CCXXVII.

CHARTA qua capitulum remense unicuique canonico unum beneficium assignat. 29 octobre 1249.

Necrol. eccl. rem., fol. 20, verso, ad calc. — Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, art. *Thomas de Beaumets*, ex cart. eccles. remens.

Thomas prepositus, J. decanus, P. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres, universis presentes litteras visuris, in Domino salutem. Cum in vinea Domini cultoribus tam mane quam vespere venientibus fuerit equalitas premiorum, nos quos ad colendam vineam suam voluit Dominus evocare, volentes quod cultores equaliter premientur, et precipue ad evitandam discordiam que inter fratres de conferendis nostris beneficiis in nostra ecclesia pluries inolevit, de prudentum virorum consilio, et ad hoc generali capitulo convocato, unanimi consensu omnium et singulorum, duximus ordinandum et pariter statuendum, ut unicuique canonico pro tempore instituto, unum beneficium assignetur, videlicet prebende, vel parochie, seu capellanie, vel plura, si ad hoc se extenderint facultates, quorum scilicet beneficiorum collatio seu presentatio ad nostrum capitulum dinoscitur pertinere. Collatio autem seu presentatio beneficii vel beneficiorum cuilibet canonico taliter assignati vel assignatorum, ad ipsum canonicum pertinebit, quamdiu noster concanonicus permanebit; et post ipsius cessionem vel obitum, idem jus conferendi sive presentandi predictum beneficium vel predicta beneficia, ad illum inte-

Digitized by Google

graliter pertinebit qui loco ipsius in nostra ecclesia fuerit institutus ; dum tamen canonicus institutus, in sacris sit ordinibus constitutus ; et quamdiu aliquis de concanonicis nostris in minoribus ordinibus remanebit, collatio sive presentatio illius beneficii vel illorum beneficiorum eidem assignati, ut supra dictum est, vel assignatorum, ad nostrum capitulum pertinebit, prebendarum permutatione seu partitione in posterum faciendis propter hoc non obstantibus in hac parte. Preterea collationem seu presentationem parrochiarum in civitate remensi existentium capitulum sibi retinuit et retinere placuit in futurum. Ad hanc autem ordinationem, sicut predictum est, faciendam, eligimus, viros providos et discretos, videlicet Johannem decanum, Leodegarium, Johannem de Bria et Johannem de Ambianis, concanonicos nostros, qui, circumspectione habita diligenti de numero et valore dictorum beneficiorum, eadem beneficia unicuique de concanonicis nostris assignabunt proportionaliter cum equalitate, qua bona fide poterunt meliori. In ista autem partitione seu divisione adjunguntur (*sic*) beneficia que nunc vacant vel vacabunt in posterum, donec dicta ordinatio fine debito compleatur; debet autem compleri infra instans festum Omnium Sanctorum. Quod si forte predicti quatuor ordinatores non interfuerint predicte ordinationi faciende, quod a tribus eorum seu duobus fuerit in hac parte ordinatum, perpetue robur obtineat firmitatis ;.... ad hec etiam addimus, quod si processus (*sic*) temporis aliquod de predictis beneficiis divideretur in duo, vel aliqua capellania de novo institueretur infra metas alicujus predictarum parrochiarum, collatio beneficii sic divisi, sive capellanie taliter institute, ad illum canonicum pertinebit ad quem ipsum beneficium divisum, vel parrochia infra cujus metas capellania instituta fuerit, antea fuerant assignata per partitionem antedictam. Sciendum est etiam quod omnia beneficia qualiacumque sint, quorum jus patronatus ad nos pertinet, de quibus in dicta partitione nulla mentio facta est, ad nostram donationem libere remanebunt. Quod si forte alicui concanonico nostro moveatur questio super jure patronatus alicujus beneficii sibi taliter assignati, nos causam motam seu movendam propter hoc, ad sumptus capituli, deffendemus : quod si forte dictum beneficium evincatur, nos infra quindenam post evictionem equivalens benefi-

Digitized by Google

cium eidem canonico assignabimus loco beneficii sic evicti. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Actum anno Domini M° CC° quadragesimo nono, feria sexta ante dictam festivitatem Omnium Sanctorum.

CCXXVIII.

Ad mandatum capituli remensis, cetere parochiales et conventuales ecclesie cessare debent. 23 novembre 1249.

Livre Blanc du chap., fol. 48, verso, Libert., XVI.

Ivellus, miseracione divina, remensis archiepiscopus, universis.... Noverit universitas vestra, quod de contencionibus motis inter nos ex una parte, et dilectos filios capitulum remense ex altera, convenimus in hunc modum, videlicet quod prepositus noster remensis faciet emendam; item quod, ad mandatum ipsius capituli, cessabunt parochiales et alie conventuales ecclesie civitatis remensis, et ad mandatum capituli resument organa; et de qualitate emende, et de tempore cessacionis, stabitur dicto vicedomini. De aliis autem articulis de quibus erat contencio, videlicet de duodecim denariis qui exiguntur ab hominibus capituli pro qualibet die qua ipsi detinentur in Porta Martis, vel alibi Remis in prisionem, propter debitum vel mesleyam, vel ob aliam causam, et de quatuor denariis quos ab eisdem hominibus exigit janitor Porte Martis, racione prisionis ejusdem Porte Martis, vel racione cujuslibet alterius prisionis; et de juridictione christianitatis quam capitulum in suis villis propriis, ac communibus cum aliis, ad se asserit pertinere, et de aliis articulis tempore compromissionis consummande exprimendis, de quibus nos et capitulum non possemus concordare, stabitur dicto venerabilis patris Willelmi, Dei gracia, aurelianensis episcopi, salvo nobis jure capituli quantum ad omnia supradicta, et quantum ad possessionem, et quantum ad proprietatem, salvis etiam libertatibus, privilegiis et consuetudinibus ipsius capituli. Actum est eciam inter nos et ipsum capitulum, quod statim ex quo episcopus aurelianensis in se susceperit arbitrium supradictum, nos nostra organa resumemus. Hoc autem promisimus sub pena centum marcharum, a nobis ipsi capitulo dictum arbitrium seu ordinacionem servante, solvendarum, si nos dictam ordinacionem

Digitized by Google

sive arbitrium minime servaremus. Datum anno Domini millesimo cc° xl° nono, feria tercia, in festo beati Clementis.

CCXXIX.

Vers 1249. Rescriptum Innocentii papæ IV ad provinciales remensis diœceseos ecclesias, ut archiepiscopo Ivello, ære alieno, ob expensas in bello adversus episcopum leodiensem ab eo factas, oppresso, tanquam metropolitano suppetias ferant [1].

Marl., II, 541.

CCXXX.

30 mai 1250. Epistola Innocentii pape IV ad archiepiscopum remensem, qua ei mandat quatinus Ottobono nepoti suo archidiaconatum remensem, cancellarie remensis loco conferat.

Livre Rouge du chap., fol. 193. — Cart. E du chap., fol. 2. — Cart. AB du chap., fol. 2, etc., etc.

Innocentius episcopus.... etc., etc., venerabili fratri archiepiscopo remensi, salutem et apostolicam benedictionem. Te olim in nostra presentia sepius proponente, quod de cancellaria remensis ecclesie, quam dilectus filius Ottobonus, nepos et capellanus noster, ex concessione sedis apostolice obtinere dignoscitur, cupiebas, si ad id nostra interveniret auctoritas, aliter ordinare, cum ea, sicut dicitur, ad mensam tuam consueverit pertinere. Nos et tuo satisfacere desiderio, et indempnitati ipsius capellani precavere volentes, nostris tibi dedimus litteris in mandatis, ut majorem archidiaconatum ipsius ecclesie, si tunc vacaret, vel quam cito ipsum vacare contingeret, eidem capellano conferres, et etiam assignares, ordinaturus auctoritate nostra de cancellaria jam dicta, prout expedire videres, postquam idem capellanus possessionem foret archidiaconatus ipsius pacificam assequutus, archidiaconatum illum capellano nostro conferendum eidem donationi nostre nichilominus reservantes, ac decernentes irritum et inane, si secus de ipso contigerit attemptari. Cum igitur, parisiensi ecclesie pastore vacanti, de dilecto filio magistro Raginaldo majore

[1] Marlot ne fait qu'indiquer cette pièce, mais il parle assez en détail des démêlés qui y ont donné lieu.

Digitized by Google

archidiacono [1] prefate remensis ecclesie duximus providendum, sinceritati tue de qua plene confidimus, per apostolica scripta mandamus, quatinus dictum archidiaconatum prefati capellani procuratori, ejus nomine, conferas et assignes, juxta priorum nostrarum continentiam litterarum, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstante constitutione qua beneficia in episcopos electorum conferri ecclesiastica prohibentur, ante tempus elapsum de consecrandis episcopis et [*sic*, a?] canonibus diffinitum, aut si pro aliis in partibus illis direxerimus [2] scripta nostra, quibus ad assecutionem aliorum beneficiorum seu dignitatum nolumus prejudicium generari, vel contraria ipsius ecclesie consuetudine, vel statuto, juramento vel confirmatione sedis apostolice, aut quacumque alia firmitate, roborato, seu quod sepedictus capellanus alias beneficiatus existat, aut si aliquibus est concessum quod, absque speciali mandato ejusdem sedis, interdici nequeant vel suspendi, aut excommunicationis vinculo innodari, et quavis alia sedis indulgentia seu privilegio generali vel speciali, et quibuslibet aliis per que id impediri valeat vel differri, et de quibus specialem opporteat in presentibus fieri mentionem. Datum Lugduni, III kal. junii, pontificatus nostri anno septimo.

CCXXXI.

CHARTA Ivelli remensis archiepiscopi, de cancellaria remensi, mense archiepiscopi [3] unita. Juin 1250.

Cart. du chap., lay. 6, liass. 6, n° 3. — Livre Rouge du chap., fol. 192. — Livre Blanc du chap., fol. 33. — Cart. E du chap., fol. 1. — Cart. AB, fol. 1.

Ivellus, miseracione divina remensis archiepiscopus, omnibus..... Cum nos de mandato et voluntate sanctissimi patris Innocencii Dei gracia summi pontificis, qui nobis super hoc auctoritatem contulit et eciam potestatem, de cancellaria remensi, accedente consensu capituli nostri remensis, ordinaverimus quod dicta cancellaria, que non

[1] « Il y a deux archidiacres dans l'église « de Reims : l'archidiacre de la Chrétienté, « appelé communément le grand-archidiacre, « et l'archidiacre de Champagne. » (Bidet, *Mémoires*, II, 68.

[2] Les cart. AB et E, et le Livre Rouge du chapitre, portent : *duxerimus*.

[3] Voyez aussi le consentement que donne le chapitre à cet acte, Marl., II, 536; et la liste de tous les chanceliers connus de l'église de Reims, *ibid.*

Digitized by Google

solum remensi ecclesie, sed eciam toti remensi provincie, hactenus in multis onerosa extitit et dampnosa, ut ad jus et proprietatem archiepiscopatus remensis et mense dicti archiepiscopi, eadem cancellaria redeat, cum ab eodem dicatur fuisse assumpta antiquitus et detracta; hoc tamen [1] salvo, quod nos et nostri successores in perpetuum tenebimur obligati, quod nos per vicarium nostrum remensem canonicum, ad hoc a nobis vel successoribus nostris specialiter deputandum, ad Breve et Tabulam capituli facienda, et ad alia, prout racione dicte cancellarie, hactenus in dicta ecclesia extitit consuetum; hoc eciam salvo et retento ecclesie nostre remensi, quod vacante sede remensi, et jurisdictione sedis vacantis ad capitulum remense devoluta, dictum capitulum utatur sigillo suo antiquo [2] quo uti consuevit in sedium remensium vacacione, in dyocesi et provincia remensi, et emolumentum illius sigilli, quandiu dicta sedes vacaverit, percipiat integraliter capitulum ante dictum, et faciat fructus suos. In cujus rei..... Actum anno Domini millesimo cc° quinquagesimo, mense junio.

CCXXXII.

Septembre 1250.

CARTA qua Juhellus proclamationem banni, et inhibitiones francis servientibus capituli remensis factas, revocat.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, art. *Thomas de Beaumets*, ex cart. eccles. remens.

Juhellus, miseratione divina remensis archiepiscopus, universis..... Noverint universi, quod cum nos in civitate remensi nuper sub banno proclamari publice fecissemus, quod tam servientes quam mansionarii ecclesiæ remensis, irent cum hominibus banni nostri remensis extra civitatem remensem cum armis; item cum nos inhibuissemus, et inhiberi fecissemus tam servientibus quam mansionariis remensis ecclesiæ, ne ipsi per vias publicas civitatis remensis facerent transitum sive irent; et decanus et capitulum prædictas proclamationes et inhibitiones in grave damnum remensis ecclesiæ dicerent esse factas; nos

[1] Cette leçon est celle du Livre Blanc. Le Livre Rouge et le cart. E donnent : ..... *hujusmodi salvo*...., et le cart. AB : .... *hoc modo salvo*....

[2] « Cet ancien sceau représente d'un côté « l'église de Notre-Dame, telle qu'elle étoit « du temps d'Hincmar, qui l'avoit bâtie, et « de l'autre une des portes du cloître avec « ces mots : *nota remensis ecclesie*. » (Lacourt, Marl. ann., II, *not. in front.*, fol. 55 Ce sceau se trouve dessiné, Bibl. Roy., mss. Reims, cart. VI.

Digitized by Google

deliberatione super [hæc?] præhabita, præfatam proclamationem banni, necnon et inhibitiones prædictas revocamus, nec intelligimus per præmissas proclamationes banni et inhibitiones gravari [capitulum?]. In cujus rei.... Datum et actum anno Domini M° CC° quinquagesimo, mense septembri.

CCXXXIII.

CONSUETUDINES antique hominum de Chalon, a dominis de Chalon approbate, cum quibusdam additis et hic annotatis. Janvier 1251.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 255.

Octobonus domini pape nepos et capellanus, remensis archidiaconus, omnibus presentes..... Noverint universi, nos anno Domini M° CC° quinquagesimo, mense januarii, vidisse, tenuisse et diligenter inspexisse per clericum fidelem curie nostre, ad hoc a nobis deputatum, litteras sigillo capituli ecclesie B. Marie sigillatas, non abolitas, non cancellatas, non in aliqua parte sui viciatas, quarum tenor talis est.

B. prepositus, R. decanus, Th. cantor [1], ceterique remensis ecclesie fratres, omnibus imperpetuum. Noverint presentes et futuri inter dominam Gylindim de Roseyo, de assensu filiorum suorum Girardi, Walteri, Willermi, et filiarum ejus Aelidis, Sibille, Emeline, et maritorum earum, et homines de Chalon, taliter convenisse : Homines de Chalon, singulis annis imperpetuum, in festo S. Remigii, octoginta modios vini, ad mensuram de Chalon, ejusdem ville dominis persolvent, et duodecim libras remensis monete : sex in Natali, et sex in Pascha. Preterea dabit unusquisque homo prefate ville qui equum habuerit unam minam avene, et si plures equos habuerit, non plus dabit, et unam galinam, et duos nummos; et si equum non habuerit, unum quarterium avene dabit, et unam galinam, et duos nummos. Et si forte predicta domina, vel aliquis heredum suorum, in villam venerit, homines ville equos eorum quatuor solummodo, suis sigillatim recipient domiciliis, bis in anno; et quicquid equis necessarium fuerit, dabunt, preter avenam. Et si predicta domina, vel heredes sui, apud

[1] Ces trois suscriptions prouvent que l'acte en tête duquel elles se trouvent a été passé entre 1185 et 1194; et si la première de ces suscriptions était le sigle H, que l'on peut tout aussi bien lire dans le manuscrit que le sigle B, l'acte serait antérieur à l'an 1185.

Digitized by Google

homines hospitari voluerint, dabunt homines de forragio quantum armiger inter brachia sua duabus vicibus portare poterit, absque ligatura. Preterea si domini in villam venerint pluries, homines, equos eorum, sine sumptibus, bis item in anno recipient, et bis in anno culcitram et pulvinar prestabunt : una vice culcitram, et alia vice pulvinar; et si culcitram non habuerint, solum pulvinar prestabunt. Et si aliquo casu dominos movere arma contra aliquos contigerit, bis in anno homines ducent secum, ab unaquaque domo hominem unum, si in ea inventus fuerit homo qui ad bella possit procedere : primo die, propriis sumptibus hominum, et si morari plus opportuerit, sumptibus dominorum, per tres dies morabuntur; post quos ad propria revertentur. Et de quocumque banno aliquis de mansionariis de Chalon, si monitus et convictus fuerit pro banno, duos solidos dabit, et pro justicia duodecim denarios, excepta violentia, manuum injectione, et sanguinis effusione, et latrocinio. Super hiis tribus, vel aliquo horum trium, si convictus fuerit, communi lege emendabit, et quod jus commune dictaverit reddet. In aliis quotienscumque bannum fregerit, purgabit se, vel lege trium solidorum, sicut dictum est, emendabit. Domini vero nullum bannum in segetibus vel in vineis, absque assensu hominum, ponere poterunt; et si homines inter se, absque assensu dominorum, aliquam defensionem super fecerint, emendabunt. Imminente autem vindemia, bannum ponent; et si aliquis de villa pro debita dominorum impediti vel retenti fuerint, homines redditus ejus domini pro quo capti fuerint, donec eos liberaverit, detinebunt. Et si aliquis extraneus in villam venerit, et nichil in villa tenuerit, in partes dominorum cadet quod ab eo exigi poterit. Et si quis de villa citatus, erga dominos rationabiliter agere noluerit, homines ville eum capient, et dominis tradent. Hanc conventionem in presentia nostra recognitam, et a partibus communiter approbatam, scripto commitere, et scriptum ipsum sigilli nostri appensione communire, ad petitionem partium neutrarum (*sic*) duximus. S. Gregorii, S. Ernaldi, S. Remigii presbiterorum; S. Milonis, S. Rogeri, S. Berici, diaconorum; S. Johannis et Henrici, S. Milonis, subdiaconorum.

Nobilis vero domina Maria comitissa de Rouceyo, dominus Balduinus de Longa Valle miles, et Johanna uxor ejus, dominus Jacobus de

Digitized by Google

Aiscellis miles, Magloria ejus uxor, et Johannes armiger frater domini Jacobi de Ayscellis et Agnes ejus uxor, nunc domini de Chalon, et communitas de Chalon, coram predicto clerico conventionibus in predictis litteris contentis consenserunt, et easdem conventiones se inviolabiliter observaturos imperpetuum promiserunt, cum quibusdam additis, et inferius subscriptis de communi assensu predictorum dominorum et communitatis, que talia sunt : Cum ergo inter dominos, communitatem de Chalon, et extraneos habentes bona immobilia in villa et territorio de Chalon, discordia vertebatur super solutione tailliarum sive assisiarum que terris extramanentium imponebantur, pro bono pacis dicti domini, et communitas, in hoc consenserunt et statuerunt, quod bona immobilia, tam commorantium in villa de Chalon, quam extra, habentium bona immobilia in villa et territorio de Chalon, singulis annis modo et termino superius expressis taillientur; et si dicte taillia et assisia ab extraneis vel aliquo eorumdem, aliquo casu contingente, non solverentur, quod nichilominus remanentes in dicta villa ad solutionem omnium predictorum integraliter tenerentur, ita tamen quod domini predicti non tenerentur exigere dictas tailliam et assisiam ab extraneis vel aliquo eorumdem, nec agere contra dictos extraneos ad solvenda supradicta, nisi velint. Predicti vero domini bona fide promiserunt, quod nec ratione doni, servitii, vel amoris, alicui vel aliquibus extraneorum nichil remittent vel donabunt de taillia et assisia impositis bonis immobilibus que dicti extranei in villa et territorio de Chalon habebunt et possidebunt. Voluerunt etiam, et in hoc consenserunt dicti domini et communitas, quod si aliquis vel aliqui de villa de Chalon recederent ad manendum extra villam, quod nichilominus bona immobilia ipsius recedentis vel ipsorum recedentium tailliarentur; et quod, pro dictis taillia et assisia, dictis dominis remanerent obligata. Et insuper, si omnes de dicta villa recederent ad manendum alias, quod omnia bona immobilia omnium recedentium, pro dictis taillia et assisia, erga predictos dominos, remanerent obligata. Ad premissa autem tenenda, et imperpetuum firmiter observanda omnia et singula, predicti communitas se et successores suos obligaverunt. Nos vero conventiones omnes et singulas in presentibus litteris contentas ad petitionem dominorum et commu-

nitatis predictorum approbantes, et ad perpetuam rei memoriam litteras presentes sigillo curie nostre fecimus sigillari. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo, mense januarii.

CCXXXIV.

6 mars 1251. EPISTOLA Innocentii papæ IV ad suffraganeos remensis ecclesiæ, ut eidem ecclesiæ incendio vastatæ subveniant [1].

Suppl. de Rogier, p. 65. — Portef. K, n° 19.

Innocentius episcopus, servus.... venerabilibus fratribus universis suffraganeis remensis ecclesiæ, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus,

[1] Ce serait ici le lieu d'entrer dans quelques détails sur la manière dont a été reconstruit ce magnifique edifice. Mais nous avons peu de chose à ajouter aux renseignements que donne Marlot, II, lib. III, cap. 21. Nous nous contenterons de faire aux notes de Lacourt deux emprunts, dont l'un, fort court, se rapporte aux architectes de la cathédrale; l'autre, plus long, donne d'assez curieux renseignements sur l'architecture privée dans la ville de Reims, au moyen âge.

§. 1. « Dans le labyrinthe qui est représenté sur le pavé de la nef de la cathédrale, il y a trois figures. La première, près de la chaire, est de Jean Loup, qui a commencé le grand portail; la deuxième, du même côté, est de Gaucher de Reims, qui travailla aux voûtes et aux portaux; la troisième est de Bertrand de Soissons, qui fit cinq voûtes et la grande rose du portail; la dernière en remontant est de Jean d'Orbais.—Ces trois (*sic*) ouvriers ont travaillé cinquante-neuf ans à l'édifice de Notre-Dame. — L'horloge qui est dans l'église près la sacristie a été donné par les Chartreux. » (Lacourt, Marl. annot., II, *not. ad calc.*, fol. 58.

§. 2. « Les anciens bâtimens servent à l'histoire de l'architecture.... On bâtissoit communément à Reims par arcades de pierres dont les vides étoient remplis de carreaux de terre. L'usage de la craie est assez récent. Les murs des édifices considérables étoient de petites pierres d'échantillon de quatre à cinq pouces en carré posées par assises; l'enduit (j'entends le ciment des joints) excédoit les pierres d'un quart de pouce, en forme de bordure, ce qui faisoit au-dehors un assez bel effet; c'est ce que nos architectes appellent pavé de berger. L'hôtel des comtes de Champagne, dans la rue du Tambour, a été bâti de cette façon. Les angles de ce bâtiment étoient de pierre de taille aussi bien que les fenêtres.... Celles-ci y étoient composées d'un châssis de menuiserie qui se déplioit tout à la fois et rouloit vers les côtés porté sur un pivot de bois ou de fer. Le haut du châssis étoit fermé de vitres peintes représentant des ramages, des histoires et des devises.... Le bas du châssis étoit fermé par un pan de sculpture percé à jour.... Dans l'intérieur de la croisée étoit de chaque côté un massif tenant au mur à la hauteur de siége, et excédant environ quinze pouces de chaque face; l'on s'y reposoit et l'on y respiroit l'air.

« Quelquefois on ne pratiquoit qu'un jour ou deux par de grandes fenêtres telles que celles des vitraux des églises et terminées en arcades. L'on en voit encore chez quelques particuliers, comme chez M. Hurtault, rue du Tambour, et à la porte aux Ferrons, chez M. Malot.

« L'élévation des chambres étoit en voûte ou en plafond. Les voûtes étoient toutes en arcs doubleaux, portés à leur naissance sur quelques figures d'animaux ou de personnages accroupis et grotesques. On employoit pour le plein des voûtes une pierre tendre connue sous le nom de *burge*, qui est une pierre blanchâtre qui ne peut être employée

Digitized by Google

decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prælatis per remensem provinciam constitutis, salutem..... Sortitur genitrix discrimina so-

à l'air et ne résiste point à la gelée. Les plafonds étoient simples ou en compartimens de sculpture avec un ornement au milieu et à chaque coin.... Les murs et le lambris étoient recherchés par une peinture de feuillage avec des animaux d'espace en espace. Les cheminées étoient profondes, larges de huit à neuf pieds et hautes de six ou sept. De leur saillie elles remontoient en pointe pour regagner le mur qui les portoit. Quant aux portes, on les trouve toutes basses et étroites à proportion du bâtiment. Dans l'épaisseur des murs, on pratiquoit des armoires fermées par un ou deux volets terminés en manière d'écusson.... Le marchepied des chambres et des salles étoit de petits carreaux émaillés sur leur surface, et qui, par le rapport de plusieurs pièces, formoient des compartimens réguliers, tels qu'étoient ceux de l'ancien chapitre de l'abbaye de Saint-Nicaise, qu'on a détruit depuis quelques années et qui étoient du XIe siècle (?) et tels que sont encore ceux du chapitre de l'abbaye de Saint-Denis, bâtie sous Gervais, dans le même siècle *. La distribution des bâtimens ne demandoit pas un grand effort de génie. Une salle spacieuse et fort élevée, lambrissée en voûte, en faisoit la principale partie. Cette pièce étoit accompagnée d'une chambre ou deux sans cabinet, garde-robe ny dégagement...: Les armes du cardinal Guillaume Filiastre étoient de gueules au cerf d'or, et sa devise *liement*, c'est-à-dire *gayement*. On les trouvoit partout ou en peinture, ou sur la pierre, dans la maison du cloître qu'il avoit fait bâtir [vers 1400].

« Les anciens mettoient toute leur magnificence dans les appartemens bas; ils avoient des salles et des chambres à mystères, qu'ils habitoient apparemment pendant l'été. Il en reste encore dans quelques unes des maisons du cloître, occupées autrefois par des personnes de la première naissance, lorsqu'au temps des élections, pour parvenir à la dignité d'archevêque, il falloit être du nombre des chanoines.... Les plafonds et les jours de ces appartemens bas, qui sont sur les mêmes proportions des croisées des chambres hautes, font assez connoître qu'ils servoient à autre chose qu'à des offices. Il reste en plusieurs quartiers de la ville des débris de ces salles où l'on découvre de temps en temps des pavés de mosaïque pareils à celuy des églises de Saint-Symphorien et de Saint-Remy. On en trouva un très bien conservé en travaillant, en 1711, dans un jardin de la maison de M. de La Salle, chanoine : il étoit à sept pieds de profondeur et s'étendoit dans le jardin d'une autre maison voisine, dont la porte fait face à la rue de la Grue. Ces ouvrages étoient d'une grande dépense par la longueur du travail; on comprend bien qu'il auroit été inutile de la faire s'il n'y avoit eu des salles basses en ces endroits. Comme ces sortes de pavés historiés et qu'on peut appeler des marqueteries de pierre se rencontroient à peu près à la même profondeur en différens endroits, quelques curieux ont inféré de là que c'étoit l'ancien sol de la ville.... Mais outre qu'il est peu vraisemblable qu'on ait fait ce rehaussement dans tous les quartiers, les plus basses qui subsistent encore dans le cloître des chanoines, et qui sont de l'ordonnance ancienne du bâtiment, ne laissent pas à douter qu'elles n'aient été faites à dessein, et que les personnes aisées n'aient ainsy orné leurs salles pour en faire des pièces d'honneur. Les mosaïques ont été fort en vogue, surtout depuis le Xe siècle, dans les églises et dans les édifices somptueux. Ebale,

* Il en existe encore de semblables dans une pièce du rez-de-chaussée de ce curieux édifice que Lacourt appelle hôtel des comtes de Champagne, et dont aucun ancien titre ne parle à notre connaissance. Cet hôtel nous paraît appartenir au XIIIe siècle par sa façade. L'intérieur a été évidemment reconstruit au XVIe. Les carreaux à compartiments nous semblent de cette dernière époque, ainsi que les belles et vastes cheminées du premier étage.

bolis, et materni dispendii filius non est expers; nativi quidem affectus fœderis, prosperitatis sibi communicant et adversitatis eventus. Si ergo amoris innati copula passionis alterius reddit compassionem participem, solvit naturæ vinculum si unus alterius gravamina non partitur in auxilium. Itaque indigentes filii debent matris

archevêque, mort en 1031, fit des réparations considérables et de nouveaux embellissemens dans son palais. Il est parlé, entre autres choses, d'un pavé à la mosaïque qui étoit enfermé dans une bordure de marbre blanc, laquelle régnoit tout le long du mur des bâtimens qu'il ajouta aux anciens. En creusant les fondemens [du nouveau palais, dans le XVIIe siècle?], on trouva à cinq ou six pieds de profondeur les restes de pavé de mosaïque de la sale d'Ébale et de la bordure de marbre. S'il étoit vray que cette sale eût été construite au niveau du terrain de ce quartier, il s'ensuivroit que dans l'espace d'environ 180 ans jusqu'à Albéric, qui commença en 1211 l'église qui existe encore aujourd'hui, les terres d'alentour se seroient accrues de la hauteur de ces six pieds, ce qu'on n'auroit pu faire sans endommager celle (la cathédrale) qui avoit été bâtie par Ebon et par Hincmar.... A quelques années de là, en jetant les fondemens du séminaire [maintenant le collége royal], on trouva un autre pavé de mosaïque : c'étoit un reste de l'ancien monastère de Saint-Pierre fondé par saint Gombert. Ce n'est que de nos jours, et sous madame de Béthune, qu'on a ruiné celuy de l'église abbatiale de Saint-Pierre....

« Les mœurs anciennes ne doivent pas être mises en oubli.... Nous avons vu encore de nos jours qu'on faisoit venir aux convois un certain nombre de femmes couvertes d'un voile de toile blanche, tenant un cierge d'une main et un mouchoir de l'autre, comme les pleureuses des Romains. Les sépultures anciennes étoient fort simples : on mettoit le mort revêtu de ses habits dans un cercueil de pierre couvert d'une autre pierre; en dedans on gravoit ou l'on peignoit le nom de celuy qui y reposoit. On se servoit aussi de cercueils de plâtre; on en trouva sur la montagne de Châlons-sur-Vesle, qui est un très ancien cimetière fait en catacombe; les cercueils de plomb ne sont en usage que depuis 400 ou 500 ans. Le cercueil d'Henry de Braine, archevêque, n'étoit que de bois. Le corps étoit dans une espèce d'étuy de cuir qui ressembloit assez aux boëtes des momies. Cet étuy avoit la forme du corps.

« Les seigneurs avoient des hôtels dans Reims comme les religieux y avoient des metz ou maisons de refuge. On connoît encore l'hôtel des comtes de Champagne, des seigneurs de La Marck de la maison de Châtillon, etc., etc.... *. » (Lacourt, Marl. annot., II, *not. ad calc.*, fol. 9.)

* Lacourt, continuant à parler des monuments, expose confusément quelques unes des découvertes de médailles et de tombeaux antiques faites à la fin du XVIIe et au commencement du XVIIIe siècle. Il decrit quelques unes des médailles de son rare cabinet. Depuis Lacourt, on a fait d'autres découvertes importantes qui, pour la plupart, ont été enrichir les cabinets précieux de MM. Lucas et Clicquot à Reims, de M. Bourgeois à Suippe, de M. .... à Dammery, de M. Liénard à Châlons-sur-Marne. Ces messieurs pourraient seuls donner une notice exacte des fouilles opérées depuis le commencement de ce siècle, et de leur résultat. Pour nous, nous n'indiquerons ici que l'ancienne sépulture romaine ornée de peintures à fresque, et connue sous le nom de caveau Saint-Martin (elle se trouvait dans les fondements du clocher de cette église), que la ville de Reims a refusé d'acquérir, il y a 20 ans, pour en empêcher la démolition, mais dont il reste heureusement différentes descriptions dans les ouvrages de M. Géruzet, dans les manuscrits de M. Povillon-Pierrard, et dans une gravure accompagnée d'un texte qui se trouve Bibl. Roy., mss. Reims, cart. I. Voir aussi ce que dit Marlot, I, 75, des tombeaux trouvés derrière Saint-Nicaise.

Digitized by Google

exuberare suffragia, et in matris egentis subsidium debet suæ possibilitatis extrema filius experiri. Hinc est quod cum remensis ecclesia importabili, sicut fertur, prematur onere debitorum, propter quod vestrum suffragium est sibi plurimum opportunum, nos attendentes quod ei tanto magis compatiendum existit, quanto nimis novit paupertatis incommoda sustinere quam nobilitate pollere ac gaudere consuevit bonorum temporalium ubertate, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur, ac per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus circumspecto pensantes quod dignum est ut membra capiti debeant subvenire, et ecclesiæ subjectæ majoris ecclesiæ tanquam matris onera comportare, ipsi ecclesiæ eorum plurimum ad præsens indigenti subsidio, subventionis dextram liberaliter porrigant, ut ipsorum auxilio suffragante, in tot debitorum sarcina sperare allevationis solamen incipiat, et ab imminentis discriminis gravitate resurgat, nosque devotionem vestram dignis in Domino laudibus commendare merito valeamus. Datum Lugduni, II non. martii, pontificatus nostri anno VIII.

CCXXXV.

EPISTOLA Innocentii papæ IV ad archiepiscopos, episcopos, abbates, decanos et alios ecclesiarum prælatos, contra clericos uxoratos in comitatu Campaniæ constitutos. 28 mars 1251.

Brussel., Usag. des Fiefs, 846.

CCXXXVI.

EPISTOLA Innocentii pape [IV] contra ecclesiastice libertatis pervasores [1]. 25 juin 1251.

Livre Rouge du chap., fol. 311.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Improbis quorumdam volentes, prout cum Deo possimus, refragari conatibus, qui ecclesias et personas

[1] Les pages du Livre Rouge où se trouvent cette bulle et quelques unes de celles qui vont suivre, paraissent avoir fait primitivement partie d'un regeste qui contenait les lettres d'Innocent IV adressées à la province rémoise. La presque totalité du regeste a disparu. Le seul cahier qui en reste dans le Livre Rouge est rempli de fautes grossières.

Digitized by Google

ecclesiasticas ipsarum, quantum in eis est, libertate subversa, in divini nominis injuriam moliuntur, excommunicamus, felicis recordationis Honorii pape predecessoris nostri inherendo vestigiis, omnes illos qui de cetero servari fecerint statuta, edi[c]ta, usus et consuetudines introductas contra ecclesiasticam [libertatem], nisi ea de capitularibus suis, infra duos menses post hujus publicationem edicti, nullatenus resumenda fecerint amoveri. Excommunicamus quoque statuarios et scriptorum ipsorum (*sic*), necnon dominos, potestates, consules, rectores, et consiliarios locorum, ubi de cetero statuta, usus et consuetudines edita fuerint vel servata, necnon et illos qui secundum ea..... presumpserint judicare, vel in publicam formam scribere judicata. Cum igitur nobis precipue quos predicte libertatis propugnatores oportet esse constitutos, ex officio imposite necessitatis incumbat, pro sanctuario domus Domini ne in conculcationem veniat resistere viriliter[1].... Quod si forte inventi fuerint aliqui pertinaces,

[1] Ici se trouve une longue phrase dont les fautes multipliées feraient un non-sens continuel si on n'entrevoyait, par quelques mots, qu'il s'agit d'une aggravation de peines à prononcer contre ceux dont vient de parler Innocent dans les premières lignes de sa bulle.

Une autre bulle, qui paraît se rapporter à celle-ci, et qui se trouve au fol. 311, contient les passages suivants, les seuls qui nous aient paru intelligibles :

Innocentius.... Nuper siquidem indigna relatio nostrum offendit auditum, quod videlicet in regno Francie... nonnulli principes, barones, et secularibus potestatibus prediti regni predicti, contra Dei justiciam suas injusticias statuentes, edixerunt ut nullus sue potestati vel jurisdictioni subjectus, terras, vineas, domos, census, decimas (que quidem nequeunt a laicis sine salutis sue periculo detineri, cum eas Dominus sibi pro signo universalis dominii reservaverit) aut redditus alios, vel possessiones quaslibet, ecclesiis aut locis religiosis in perpetuam elemosinam conferre audeat vel donare, aut in jus eorum quoquomodo transferre; et, quod ad cumulum dampnationis habundanter accedit, que a XL annis citra, quovis pietatis titulo, ecclesiis obvenerant, impietatis consilio revocare nituntur in divini juris dispendium et suarum periculum animarum....

Cum igitur tam indecens cupiditatis malum innumeros illius christianissimi regni titulos dehonestet, nos, qui caritatis affectu ejusdem regni zelamur honorificentiam.... universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eos qui in predictis malitiose delinquunt, cum super hoc fueritis requisiti, auctoritate nostra procuretis.... ut super hiis ecclesias et viros ecclesiasticos non infestent. Verum ne per feudatarios censitos, aut alios hujusmodi, circa rerum proprietatem vel comodum, dominorum jura ledantur, pro liberatione eorum quedam a talibus offerri contingit; hiis quorum interesse videbitur sibi consulant, prout suadet ratio, aut loci consuetudo rationabiliter introducta deposcit : alioquin, cum hec non debeant sub dissimulatione foveri, consulte providebit ecclesia, salva tamen justicia singulorum, ut nec per dampna rerum atteratur ecclesia, nec per peccandi licentiam in dampnationis pernitiem veniatur. Datum Perusii, XII° kal. julii, pontificatus nostri anno nono.

Digitized by Google

eisdem denuntiare curetis expresse quod ipsi, nisi resipuerint, feudis, si qua tenent ab ecclesiis, merito ingratitudinis privabuntur, et eorum proles a clericatu et ecclesiasticis beneficiis, presertim in cathedralibus ecclesiis, excludantur; cum dignum [sit?] talium posteros ab urbibus [*sic*, uberibus?] pie matris avelli penitus et arceri, qui eam vipereis audent morsibus lacerare, retributione maligna, pro dilectione odium impendentes. Clerici quoque qui cum talia comittentibus permanent, nisi post propositam aut saltem publicatam eis super hoc monitionem nostram, ab ipsorum obsequiis omnino recesserint, omnibus ecclesiasticis beneficiis et clericatus privilegio noverint se privandos.... Datum Perrusii, VII° kal. julii, pontificatus nostro anno nono.

CCXXXVII.

LETTRES du bailli de Vermandois, qui déclare que, du commandement de la reine Blanche, régente en l'absence de Saint-Louis, il a mis dans la main du roi tous les biens meubles et immeubles de l'abbaye de Saint-Remi [1]. 19 décembre 1251.

Lacourt, Marl. annot., II, *not. in front.*, fol. 55, verso, ex cartoph. S. Remig., et id., I, *not. in fin.*, fol. 40.

[1] *Extrait d'un ancien recueil manuscrit de l'abaye de Saint-Remy.*

« Il se trouve au cartulaire de l'abaye des « lettres du bailly de Vermandois du 19 dé- « cembre 1251, par lesquelles ledit bailly « déclare que, du commandement de la reine « Blanche, mère de Saint-Louis, absent du « royaume, il avoit saisi et mis en main du « roy tous les biens meubles et immeubles « de l'abaye de Saint-Remy, et les moines « d'icelle, lesquels il avoit donné en garde au « sergent Simon Linard et Thiery de Passy, « sous l'authorité du roy, avec défense à « toutes personnes de les empêcher, nuire « ou malfaire. »

Cet acte est comme le signal d'une longue série de procès qui doivent se prolonger jusque dans le XIV° siècle, entre l'archevêque de Reims et l'abbaye Saint-Remi. Nous en avons recueilli avec grand soin toutes les pièces, la plupart inédites, et nous avons été assez heureux pour compléter, avec les Archives du Royaume et les manuscrits de la Bibliothèque Royale, les renseignements épars que nous offraient les archives de l'abbaye insurgée contre ses bienfaiteurs. Toutefois, comme la plupart de ces pièces sont sans date, et que les mêmes questions se reproduisent au fond dans des pièces en apparence différentes, nous craignons d'avoir commis quelques transpositions. Nous engageons donc ceux qui voudront étudier cette curieuse partie de l'histoire de Reims a consulter, outre les instruments datés, tous les documents non datés que nous avons repartis sous les années 1263, 1268, 1281, 1291.

Digitized by Google

CCXXXVIII.

Ann. 1251. ANNO Domini millesimo cc° L° I°. Li jugement de ceste année.

Livre Rouge de l'Échev., p. 22.

A. clamoit 1 jardin sour C. par proimée. Cil C. qui le jardin tenoit, li demanda monstrée; et ains que cele monstrée fust faite, B., uns autres hom, se clamma de C. qui le jardin tenoit; il li demanda monstrée : B. li monstra, et cil C. li relaissa par proimée. A. qui premiers se clamma, restrast celui C. en cause, et li monstra ce jardin; et C. dit qu'il ne tenoit mie ce jardin. Li sires saisit le jardin com justice.

Droiz en fu diz par eschevins, et par conseil de bones gens, que cil B., à cui C. avoit relaissié le jardin par proimée, en devoit estre saisiz.

Uns hom loua la maison à 1 autre, et cil à cui il la loua s'en fuy. Aucunes gens à cui il devoit fisent arester par la justice les biens celui qui foyz en ière. Cil qui la maison avoit louée à celui, dit que il ne voloit que nus en fût saisiz, se il ne li randoit le loyer de l'année, ou que il en eust son crant.

Droiz en fu diz par jugement d'eschevins, et par conseil de bones gens, que cil qui les biens faisoient arrester, se il en voloient estre saisi, li randissent le loyer de l'année, ou cil en fust saisiz très qu'à tant que il eust son crant de loyer de l'année avant tous autres.

Thiébaus Helluyns avoit XX s. de sorcens sor II maisons ensamble. Il trat à l'un des ostes, et li demanda son cens; cil dit que il ne tenoit que l'une des maisons, ne n'en voloit payer que X s., se droit no disoit.

Droiz en fu diz par eschevins, que il pooit demandeir son cens à quil qu'il voloit, ou à l'un, ou as dex, tant que il eust son cens entièremant; et cil qui paie les XX s. joïra et doit joïr des II maisons, tant com il paiera les XX s. do cens devant dit que les II maisons doivent ensamble. Et ensi fu-il dit de Herbin contre Perrecart.....

Digitized by Google

[1] Jehelos de Noeroi avoit cens sor une maison, et li chartrier de S. Pierre puis après aquestarent cens sor cele maison, et feirent oster les us de la maison par la justice au termine c'on lor devoit le cens; ne nus ne demouroit en la maison. Jehelos dit qu'il ne voloit mie que autres li empechât son assen à que il ière devant eus assenés pour son cens, se droiz no disoit.

Droiz dit que, tant com li chartrier li paieront as termines son cens, que il joïront de la maison pour lor cens; ne plus ne lor puet demandeir.

Eudes Targe trast tesmoins devant le prévôt contre Huet de Bezennes, et en voloit nommer très qu'à VI. Cil Hues dit que il ne voloit mie que il en nommast que II, se droiz n'estoit.

Droiz dit par eschevins, que il en porroit nommer très qu'à VI, et nommer par lor droit non, et auvec le sornon; et des VI il s'en puet aidier des II.

[2] Tiébaus Helluyns clammoit XXXV s. de sorcens d'arrierrages sor II maisons qui sont en la rue Jehan le Ties, et cil disoit, qui l'une des maisons tenoit, que il n'en voloit respondre pour l'autre partie de que il n'avoit mie esté tenans.

Droiz en fu diz que il jurroit sor sainz de créance, que il avoient esté paiet jusqu'à la darrienne année; et de la darrienne année doit monstrer par tesmoins que il ont esté paiet.

Jehans Cochelés clamma sour Renaudin le fil Brion de la Couture, et dit qu'il estoit ses randères de XXXV ℔ et demi pour son père; et cil Renaudins requenut que c'estoit voirs, mais il n'en voloit mie respondre, pour ce qu'il estoit, au jour qu'il les cranta, en la mainbournie son père, se droiz no disoit.

Droiz dit que chose que cil Renaudins avoit dite ne li valoit riens à ce qu'il ne li convenit respondre à celui Jehan des XXXV ℔ demi, puis qu'il les avoit requenuz, et il estoit hors de mainburnie et avoit aage au jour qu'il s'en oblija.

Une femme se clamma de Renaut le boulangier, et li demandoit

[1] « Justice. » Note margin. du Livre Rouge. [2] « Justice. » *Id.*

despans et coustanges de 11 paires de lettres d'atante que elle avoit contre lui enpétrées en court de crestientei, là où cil Renaus l'avoit fait semonre; et cil R. dit qu'il n'en voloit mie respondre en laie justice, se droiz no disoit.

Droiz en fu diz qu'il n'en devoit mie respondre, car on ne rant nul despans en laie justice.

Com Haimmars aytor eut achetei à [1] fil sa sereur une eschance qui li devoit eschoir de par sa taie, mère celui Haimmart, ains que elle fust escheue à cel anfant; et sa sereurs celui Haimmart disoit encontre que cil enfés ne la pot vandre, ne dut, ainsois que elle fût escheue, et cele eschance si eschei à cel anfant avant que cil anfés fût mors.

S'en fu droiz diz que l'anfés n'en pot vandre que la moitié, por ce qu'il n'avoit nul oir de son cors, et l'autre moitiez dut venir as oirs en part; et en cele moitié que cil Haimmars avoit achetée à l'enfant, la suers celui Hainmart en puet ravoir tel partie comme à li aferoit, pour tex deniers com il avoit esté vandue.

[2] Warnos de Sueil se clamma de Jehenin le semonneur, de ce que cil Jehenins avoit une fenestre dont on veoit en la court Warnot là où il n'avoit ne fer, ne fût, ne pierre tailliée, et voloit que ele fût estoupée. Cil Jehenins disoit qu'il avoit cele fenestre tenue en tel mannière, tenure ou plus.

Droiz en fu diz que chose que Jehenins metoit avant de la tenure ne li valoit rien.

[3] Raoulés Bufés se plaingnoit de Richart de Prunot, d'une fenestre que cil Richars avoit faite en sa maison par devers le chemin, et voloit qu'il l'estoûpât, pour ce que cil Raoulés disoit que ele estoit en sa grevance pour une chambre courtoise qui deleiz estoit.

Droiz en fu diz que cil Richars n'avoit faite chose en sa maison dont cil Raoulés estoit plaignans qui n'i deust et poïst demourer par droit.

CCXXXIX.

5 mai 1252. Requisitio capituli tornacensis ad remense capitulum, ut

[1] « Chaussée. »

[2] « Chaussée. »

Digitized by Google

Walteri tornacensis episcopi, jam a remensi archiepiscopo confirmati, electionem approbare velint.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, art. *Thom. de Beaum.*, ex cart. eccl. rem.

Viris venerabilibus, et dominis reverendis in Christo, præposito, decano, cantori, totique capitulo remensi, capitulum tornacense cum omni reverentia et honore. Virum venerabilem et discretum dominum Walterum electum nostrum, a reverendissimo patre Thoma, Dei gratia remensi archiepiscopo, confirmatum, reverentiæ vestræ, per dilectos canonicos nostros Ægidium archidiaconum, Walterum thesaurarium, Nicolaum archidiaconum in Flandria, et Petrum cancellarium, duximus præsentandum, vos attentius requirentes [ut?] electionem de ipso factam, prout moris est, approbare et confirmare velitis. Datum anno M° CC° L° II°, dominica ante Ascensionem Domini.

CCXL.

Epistola Innocentii pape IV decime revocatoria. 21 juin 1252.

Livre Rouge du chap., fol. 311, verso.

Innocentius [1] episcopus, etc.... venerabilibus fratribus archiepiscopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis, ac collegiis per regnum Francie constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Novit ille cujus semper vigiles oculos cordium occulta non fallunt, quam diversa gravamina [ecclesie illata]..... cadunt graviter in cor nostrum, ita quod inter alias anxietatur angustias, quibus tumultuosa cotidiane sollicitudinis eminentia nos supra vires animi et corporis inquietat, frequens eorum gravaminum memoria..... Nimirum romana ecclesia non immerito super afflictiones gallicane ecclesie gestat materne viscera pietatis, cum illius [in]convulsa devotio, antiqua certe per usum, et nova etiam per augmentum, non recusaverit filialiter supportare pro tempore casus matris prosperos et adversos. Senserat quippe jam non ignara omnium, jam nec expers, anima nostra vobiscum, quecumque dilecti filii Arnulphus trecensis ecclesie archidiaconus, et Pandulphus

[1] Cette pièce a été transcrite dans le cartulaire par une main inhabile; les fautes les plus grossières s'y trouvent multipliées; nous avons été obligé de supprimer plusieurs passages tout-à-fait inintelligibles.

cathalaunensis canonicus, nuntii vestri, viri utique providi et discreti ac prudentes, coram nobis et fratribus nostris, vos hiis sustinuisse temporibus retulerunt, precipue pro Terre Sancte succursum, pro subsidio ecclesie in negotio generali, pro redimenda quoque, ut oportuit, malitia temporis impagati (?) que coegit invitos ad plurima in consequentiam non trahenda, ut prudens caritas mala majoribus [*sic*, majora?], per minora incomoda moderetur. Sane inter alia, per eosdem nuntios postulastis a nobis, ut, [cum?] ter jam per quinquennium karissimo in Kristo filio nostro illustri regi Francorum proventuum vestrorum partem decimam prestiteritis, in terre hierosolimitane auxilium convertendam, et nichilominus sedes apostolica nonnullis baronibus regni, de bonis clericorum ab intestato decedentium, de legatis que in certis personis aut locis reliquit externa [*sic*, extrema?] devotio defunctorum, de aliis preterea que vestrarum ecclesiarum usibus proficere debuissent, concessiones plurimas fecerit, subsidii terre predicte pretextu, in vestrum non modicum detrimentum, vos et ecclesias vestras a prestatione hujus decime absolutos de cetero et immunes reddere dignaremus, concessiones predictas penitus revocando, ut militans per eas in bonis ecclesie gallicane vexatio amodo conticescat. Nos igitur supplicationibus vestris inclinantes..... universitatem vestram tenere volumus, quod ulterius in solutione decime hujusmodi non intendimus vos gravare, cum desiderii nostri sit potius gravamina dejicere, quam injicere humeris subditorum pro quibus humeros nostros oneribus quibuscumque subicere, cum necessaria causa poposcit, inter alia dilectionis studia promptum fuit. Concessiones vero super bonis legatis, aliisque premissis, si jam hii quibus facte noscuntur de ultramarinis partibus redierint, aut temporis spatium [quod?] prefiximus et [*sic*, est?] elapsum, auctoritate presentium duximus revocandas; insuper statuentes, ut si ex eisdem bonis legatis, et aliis sic concessis, aliqua ecclesiasticis personis de jure vel consuetudine debeatur, nullum eis quoad portionem eandem per concessiones predictas, cum id intentionis nostre non fuerit, prejudicium generetur, quominus ecclesiis quibus debetur cum integritate perveniat, et congrua exhibeatur satisfactio de subtracta. Concessionibus autem super premissis factis regi predicto a nobis ter circa hierosoli-

Digitized by Google

mitane terre subsidium, [si] non frangatur nec desistat religiosa constantia, nullatenus per revocationem vel constitutionem presentem volumus derogari. Datum Perusii, XI kal. julii, pontificatus nostri anno nono.

CCXLI.

EPISTOLA Innocentii pape [IV], qua personis ecclesiasticis duello interdicit. 23 juillet 1252.

Livre Rouge du chap., fol. 312.

Innocentius..... venerabilibus fratribus archiepiscopo senonensi, et episcopo trecensi, salutem et apostolicam benedictionem. Consuetudo quedam, quin potius [corruptela?] in plerisque locis regni Francie, ut accepimus, inolevit, quod videlicet, quum ecclesiarum homines de corpore ad alienum dominium se convertant, si eos venerabiles fratres archiepiscopi, episcopi, dilecti filii abbates, priores et alii ecclesiarum prelati, et capitula, clerici, ecclesiasticeque persone in regno constitute predicto, vel eorum aliqui quorum ipsi sunt homines, forte conveniant coram judice competenti, necesse habent suam per duellum intentionem fundare, alioquin ab actione proposita repelluntur, licet per testes vel alia documenta intentionem ipsam velint et valeant legittime comprobare. Cum igitur clerici, absque sui ordinis periculo, duella suscipere nequeant et conferre, pro eo quod, sive per se, sive per alios, in duello [si?] pugnaverint, ipsos ab executione sacrorum ordinum canonice constans severitas alienat, nos huic prave consuetudini remedio quo possumus obviare volentes, et duellorum, presertim cum de rebus ecclesiasticis agitur, penitus interdicentes abusum, quo Deus temptatur, et vera sepius judicia pervertuntur, ut in quibusdam [*sic*, quibuscumque?] judiciis omnium judiciorum genere a jure excelso (?) liceat vobis uti, predicta consuetudine non obstante, auctoritate vobis presentium indulgemus; edicto perpetuo statuentes, ut si aliquibus vestrum in quibuslibet casibus defendere per duellum recusantibus causam suam, aut in hujusmodi reprobo probationis genere subcumbentibus, propter hoc contra tales sententia seu executio quecumque processerit, eadem et quicquid ex ea secutum fuerit, vel ob ipsam, nullius penitus sit momenti. Nulli ergo, etc.... Datum Perusii, X kal. augusti, pontificatus nostri anno X°.

Digitized by Google

CCXLII.

25 juillet 1252.

Epistola Innocentii pape [IV], de querela ecclesie gallicane contra nonnullos regni Francorum barones, ballivos, et alios baronum officiales [1].

Livre Rouge du chap., fol. 311, verso.

Innocentius..... venerabilibus fratribus archiepiscopo senonensi, et episcopo carnotensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ad aures nostras ecclesie gallicane querela.... pervenit, quod nonnulli regni Francorum barones, ballivi, prepositi, ac eorum et aliorum nobilium ejusdem regni officiales, eandem ecclesiam contra libertatem ipsius graviter comprimentes, aliqui per se, aliqui ad mandatum dominorum seu majorum suorum, et interdum motu proprio, res et bona ecclesiarum, homines earumdem et ecclesiasticarum personarum capiunt, et interdum per eos capi faciunt qui suas [exercent?] contra ipsas ecclesias vel personas [ecclesiasticas?] actiones, ut per adversarios gravius infestentur, et capta..... detinent pro sue arbitrio voluntatis. Eorum autem aliqui jus talia faciendi sibi ex eo vendicare nituntur, quod cum ecclesie vel persone ecclesiastice sub eorum custodia sive advocatione consistant, ex frequenti exercitio hujus captionis se forte in possessione hujusmodi juridicionis exercende per ipsos in ecclesias vel personas ecclesiasticas homines et res ipsorum, licet peccandi diuturnitas non jus eis sed dampnationem afferat, et in subversione privilegii ordinis clericorum tales actus frequentia in consuetudinem convertere nequeat, asseverant. Habebat insuper ecclesie prefate querela, quod vacantibus interdum ecclesiis seu monasteriis regni predicti, si super provisione ipsorum duratura discordia oriatur, iidem barones, pretextu gardie seu advocationis, ad bonorum temporalium eorumdem custodiam dissipatores et consumptores deputant, non custodes, in enormem ecclesiarum et monasteriorum sepius lesionem. Feruntur et quidam esse ballivi, prepositi, et officiales eorumdem, qui multo carius solito sua emunt officia, spem dampnabilis lucri ponentes in servitiis seu exactionibus que ab ecclesiis, homini-

[1] Voir aussi dans le Sexte le tit. XXIII du liv. III : *de Immunitate ecclesiarum.*

Digitized by Google

bus earum, [et?] personis ecclesiasticis extorquent quodam modo violenter, dum ratione gardie seu advocationis hujusmodi, eorum nomine a quibus hujusmodi emunt officia, [bona?] ecclesiastica capiunt, vel capi mandant, aliquando eo tempore agriculture, messium, aut vindemiarum, quo eisdem majora dampna noscuntur, nisi vexationem suam redimant, imminere; super quibus prefata ecclesia apostolicum petiit remedium exhiberi. Quocirca firmitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatos barones, ballivos, prepositos, officiales et alios senonensis provincie, quoties opus fuerit, ut ab hujusmodi ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum gravaminibus conquiescant, attente monere et efficaciter inducere, studeatis; et si admoniti, fuerint pertinaces, ipsos super id, per excommunicationem in personas, et interdictum in terras eorum....., veritate per vos vel per alios cognita, compescatis, non obstante si eis a sede apostolica sit indultum quod excommunicari nequeant, vel eorum terre ecclesiastico subjici interdicto, absque speciali sedis ejusdem mandato, plenam aut expressam, seu de verbo ad verbum, faciente de indulto hujus-[modi]mentionem, sive constitutione *de duabus dietis* edita in concilio generali, aut statuto concilii lugdunensis *de aliquibus*, per generalem clausulam *quidam alii*, ultra tres vel quatuor auctoritate litterarum nostrarum in judicium non trahendum. Nam cum privilegia mereantur amittere abusores, eisdem immunitatis eversoribus, quominus medicinalis discipline meritis (*sic*) patiantur aculeos, nulla volumus privilegia vel indulgentie seu constitutionis beneficio suffragari. Quod si ambo hiis exequendis interesse [non?] potueritis vel volueritis interesse, alter vestrum, non expectato reliquo, ea nichilominus exequatur. Datum Perusii, VIII kal. augusti, pontificatus nostri anno decimo.

CCXLIII.

EPISTOLA Innocentii papæ IV, ad remensem archiepiscopum qui mansionarios et servientes ecclesiæ remensis coram se litigare compellebat, contra ipsius ecclesiæ libertates, ut jura ejusdem ecclesiæ illibata conservet, alioquin abbas S. Genovefæ officialis parisiensis, et magister J. de Porta canonicus atreba- 5 septembre 1252.

Digitized by Google

tensis Parisius commorans, super præmissis causam audient..... Datum Anagniæ, non. sept., pontificatus anno x°.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, art. *Thom. de Beaum.*, ex cart. eccl. remens.

CCXLIV.

Ann 1252 ANNO Domini M° CC° L° secundo. Li jugement de ceste année.

Livre Rouge de l'Échev., p. 25.

Li Gris se clamma de Jehan de Vaucois, de 1 cheval qu'il li avoit loué, et disoit que li chevas avoit esté méhaingniés par devers celui Jehan. Cil Jehans dit encontre que li chevas n'avoit esté méhaingniés par lui, ne pour chose qu'il li eust faite, et l'offri à prover; et jour en ot, et amena les tesmoins au jour; et Li Gris fu défaillans, ne ne se deffandi de nul essoinne qu'il eust eu à ce jour.

Et droiz dit que chose que Li Gris desit despuis qu'il fu deffaillans de oïr la provance, ne li valoit rien contre celui Jehan.

[1] Simons li orfèvres se clama de Prioul le frépier, de une fosse privée qui estoit commune entre eus, dont li siéges par devers Prioul estoit en 1 celier à reis de terre. Cil Prious le voloit lever par devers lui en haut, et cil Simons dit qu'il ne voloit mie qu'il le levât, car se seroit en sa grevance.

Droiz en fu diz que li siéges devoit demourer en tel point com il avoit estei.

Uns hom se clamma de l'autre, et demanda wages que ses anfés, qui estoit en sa mainburnie, avoit mis en wages à cel home. Cil dit qui les wages avoit, qu'il les tenoit pour pain et pour vin, que cil enfés avoit despandu en sa maison, et qu'il li avoit livreit et bailliet.

S'en fu droiz diz que se li pères à l'anfant qui se clamma voloit jurer que li wages fust siens, et que li anfés estoit en sa mainburnie, qu'il le devoit ravoir tout quite.

[2] Li maires de Mon Valois [3] demandoit à Richart de Prunoi une

[1] « CHAUSSÉE. »
[2] « JUSTICE. »
[3] Nous pensons que ce maire étoit un des officiers de l'archevêque ou de quelqu'un des

Digitized by Google

amende pour ceus qu'il n'avoit mie paiet à jour si com il dut, de terres qui muevent de la mairie, ensi com li maires disoit. Cil Richars dit qu'il li avoit présentei, et fu près de paier, si com il dut.

S'en fu droiz diz que se cil Richars voloit jurer sor sainz que il fu près de paier, et li présenta, si com il dut, par tant en seroit quites.

Jehans Li Petiz demandoit deniers à Jehenin le frère Warnot, de les danrées qu'il li avoit vandues et livrées. Cil Warnot le trast avant par devant la justice, et dit que cil Jehenins estoit en sa mainburnie cant la dette fut faite, se n'en voloit respondre : et cil Jehans li noia sa mainburnie, et dit qu'il n'estoit mie en sa mainburnie.

S'en fut droiz diz que cil Warnos devoit prover qu'il estoit en sa mainburnie, et ère au jour que cil Jehans li créi les danrées.

Renaus d'Aumie demandoit VII ℔ à 1 homme de Craonne. Li homme dit qu'il n'en voloit respondre, s'il ne li certefioit de coi il li devoit et de queis danrées il li avoit créuz.

S'en fu droiz diz que cil Renaus li devoit certefier de coi il li devoit, et de queis danrées.

Raimiers Vezins trast en droit Le Cammas, et dit que Li Cammas avoit achetée une maison à home qui dette devoit à celui, et qui pour cele dette l'avoit assené à cele maison; se voloit que Li Cammas li paiast sa dette, ou il li délivrât son assen. Li Cammas dit que achetée avoit la maison, et paiet en avoit deniers, mais il ne la devoit tenir devant la S. Jehan qui estoit à venir, se n'en voloit respondre, se droit no disoit.

Droiz dit qu'il li devoit paier sa dette, ou il li laissât joïr de son assen.

[1] Jehelos de Chalon et Raoulés ses frères d'une part, et Jehans de Saci d'autre, estoient en descort d'androit ce que cil frère avoient 1 mur dont cil Jehans portoit la goute. Cis Jehans fit 1 mur, et abuda ce mur à leur. Cil frère dissent qu'il ne voloient mie qu'il i demourât, ne qu'il fût plus avant de là où la goute chéoit.

seigneurs hauts justiciers, dans l'intérieur de Reims, comme le maire de Venisse et le maire de la Couture; mais nous n'avons pu trouver aucun renseignement qui explique clairement ce que c'était que ce maire de Monvalois.

[1] « Chaussée. »

Droiz en fu diz qu'i pooit faire son mur très qu'à l'autre mur, mais qu'il li portast sa goute si com il soloit devant.

[1] Descors estoit entre Rose la Willequine d'une part, et Perrot La Pine d'autre, d'une fenestre qui estoit en 1 torchiz celui Perrot, selonc le mur commun entre eus dex.

S'en fu droiz diz que elle fust restoupée, et que li torchiz demourât à ore en teil point com il estoit; et fut droiz diz que la Rose ne se pooit aidier que de la moitiet dou mur.

Perros Li Keus estoit maires de Mon Valois, et demandoit cens à Richart de Prunoi de III pièces de terre, et disoit qu'il n'en paioit mie tant de cens com la terre devoit, einz en falloit bien 1 ⊖. Richars dit qu'il voloit qu'il li montrast la pièce de terre dont il estoit en défaute.

S'en fu droiz diz qu'il li devoit faire la monstrée.

Perros Li Keus trast en cause Poncelet do Pont, et li requist qu'il quitât une pièce de terre que cil Perros avoit vandue, qui li venoit naissant de père et de mère, com cil qui avoit oirs de son cors, ou il la présit pour tels deniers com il l'avoit vandue. Cil Poncelet dit qu'il ne la voloit mie ne panre, ne quiter, pour ce que on doit revenir à son héritage dedans VII ans et I jour [2]....

. . . . . .

Huelons li harigniers trast en cause la femme Yévelet le harignier, et li demandoit XLVI [1] de harans qu'il li avoit vandu; et voloit que elle l'en respondit pour ce que elle estoit marchande et estallière. Cil Yévelés ses mariz dit qu'il estoit ses mainbours, et feroit volentiers droit de li.

Droiz en fu diz qu'il devoit estre receuz pour li.

Perros li Keus avoit achetée une pièce de terre à Gérart de Marzelles, et li requéroit que cil Gérars li denât plèges en lettres de court, de porteir garantie. Et cil Gérars répondi, qu'il ne li donroit mie plèges qui entrassent en lettres, se droiz no disoit, car il ne fu mie convanz.

Droiz en fu diz qu'il ne li donroit mie plèges en lettres.

[1] « Chaussée. »

[2] Le verdict ou droit est effacé; on ne distingue que : « En droiz fu dit qu... convenoit.... maintenant. »

Digitized by Google

CCXLV.

HOMAGIUM ab Henrico leodiensi episcopo archiepiscopo remensi factum. 22 février 1253.

Marl., II, 542.

CCXLVI.

CHARTA qua Thomas archiepiscopus remensis ecclesie S. Nichasii concedit, ut super fossata urbis fiant muri ex parte monasterii. Août 1253

Archiv. de Saint-Nicaise, liass. 13, n° 1.

Thomas Dei gracia remensis archiepiscopus, omnibus..... Noverint universi, quod nos attendentes quod ecclesia S. Nichasii remensis que in protectione nostra consistit, in tantum sit spectaculum transeuntibus super fossata ville nostre remensis, quod ibidem transeuntes secreta dicte ecclesie sine obstaculo possint inspicere et videre, et etiam monachis dicte ecclesie pateat aspectus super dicta fossata; itaque ex facili non possent oculos suos divertere quin ibidem seculares videant vanitates, et ad nostrum spectet officium consulere periculis animarum, et subditis nostris, maxime personis religiosis providere, ut ab ipsis auferatur omnis materia delinquendi, cum non solum a malo, sed ab omni specie mali, secundum apostolum, conveniat abstinere; considerata et inspecta utilitate et honestate ecclesie supradicte, eidem ecclesie concessimus et concedimus, et etiam volumus, quod super dicta fossata fiant muri ex parte dicte ecclesie, et tales qui cingant et circueant totum ambitum et terram dicte ecclesie, ita quod transeuntibus aliquid spectaculum non pateat videndi seu inspiciendi in ecclesia memorata; ita tamen, quod in dictis muris non sint aliqui crenelli qui aliquam defensionem ostendant, eo salvo quod si necessitas exegerit et viderimus expedire processu temporis, muros hujusmodi ad nostrum beneplacitum dirui faciemus et viam in eis fieri faciamus. In cujus, etc.... Datum anno.... M° CC° quinquagesimo tercio, mense augusto.

CCXLVII.

ANNO Domini M° CC° L° tercio. Li jugement de ceste année. Ann. 1253.

Livre Rouge de l'Échev., p. 29.

Digitized by Google

Hilissens li Willequine se clamma de Warnier le masson, et dit que elle voloit clore de mur entre lui et li, et metre moitiet terre et moitiet deniers. Cil Warniers respondi qu'il n'i ot onques closure, car ce estoit hors des murs de la citei, et fors toit, et por ce il ne voloit ne metre, ne panre, en mur.

S'en fu droiz diz, que cil Warniers n'i meteroit, ne ne panroit, mais la dame feit le mur do sien et sor sa terre, et seroit siens.

Perros Cuillars se clama de Bardoulet qui tenoit son assen, si com il disoit; et cil Bardoulés disoit qu'il n'en tenoit point; et cil Perros dit qu'il le proveroit bien, et à jour. Cil B. dit qu'il voloit qu'il certefiât par queil preuve il le vorra prouveir, ou par tesmoins, ou par lettres. Cil dit qu'il no certifieroit mie, se droiz no disoit.

S'en fu droiz diz qu'il n'en certefieroit point.

Iderons de S. Pierre qui fu fille Remi Estrille se clamma de Haimmart de Bourc son serourge, que elle voloit que cil Haimmars raportât en part ce que on li avoit donnei en mariage, et mueble et héritage.

Droiz dit que l'éritage devoit-il remetre en part, et non le mueble.

Garins Cochelés estoit clammeiz do fil Brion de la Couture par devant le majeur de la Couture, et li demanda dette. Cil dit qu'il n'en voloit respondre se droiz no disoit, pour ce qu'il l'avoit travillié et trait en cause en court de crestientei pour cele dette.

S'en fu droiz diz que li fius Brion ne disoit chose par que il ne deust respondre par devant le majeur.

Uns hon estranges trast au prévost, et li pria qu'il li feist avoir dette que 1 borjois de ceste ville li devoit. Li prévos trast au borjois, et li demanda se il li devoit la dette; et il dit : oïl. Li prévost li commanda que il li paiât, et si demanda au borjois une justice pour ceste chose. Li borjois dit qu'il n'en devoit point, pour ce que ajorneiz n'en avoit estei, ne semons.

Fu droiz diz qu'il n'en devoit mie la justice, pour ce que il n'en avoit mie estei ajorneiz, ne clammeurs n'en estoit faite.

Droués li Blans se clamma de Williaume de Bremericourt, et de-

Digitized by Google

manda chateis que cil W. avoit leveiz de son assen, à qui il estoit asseneiz par lettres. Cil Williaume dit qu'il i estoit ausi asseneiz, et le chateis il avoit leveiz sans débat, et en avoit contei et rabatu de sa dette ce que il en avoit leveit; se n'en voloit respondre à celui Droet, se droiz no disoit. Et cil Droés voloit les chateis ravoir, pour ce que il i estoit avant asseneiz, se droiz le disoit.

S'en fu droiz diz, que cil Droez ne disoit chose par que cil Williaumes l'en deust respondre, pour ce que asseneiz i estoit, et avoit leveiz les chateis, et conteiz et rabatuz de sa dette, sans débat et sans contredit de celui Droet.

Williaumes Guillars trast en cause Naudet le convers, et clamma sour lui dette; et cil Naudés li noia, et cil Williaumes la prouva. Li prévos commanda celui Naudet qu'il li paiât jusqu'à 1 jor, ou tenist prison. Il ne fit ne l'un ne l'autre. Cil Naudés refu semons, et lors vint la mère, et dit que ele estoit ses mainbours, ne ne voloit que chose qu'il eût faite, ne dit, li grevast, pour ce qu'il estoit ses mainbours, et avoit adès esteit; et cil Naudés se i tenoit. A ce respondi Williaumez qu'il ne voloit mie que cele mainburnie vausist, pour ce que elle ne vint en tans ne en liu, ne cil ne s'en deffandi, et qu'il avoit provée et atainte sa querele; et avoit cil N. xxv ans passeiz, et bien aparoit.

Droiz fu diz sor ces raisons devant dites, que la dame ne devoit mie ravoir la mainburnie.

Robelés Qui-ne-rit avoit une maison en la Couture, et l'avoit louée à 1 home qui puis s'en fui, et laissa aucunes de ses choses en la maison. Jehélos traist au prévost, et dit qu'il estoit asseneiz à tous les biens cel home por dette qu'il li devoit, et fit saisir ce qu'il avoit laissié en la maison par le prévost. Robelés se clamma do prévost, et dit qu'il avoit son ostel dessaisit, et voloit qu'il le resaisist, se droiz le disoit.

S'en fu droiz diz par eschevins, qu'il devoit estre resaisiz.

Li prévos trast en cause Estevenin le fil Lorin le Frilon, et li demanda xxii s. et demi d'un meffait..... Cis Estevenins disoit que de

ce meffait il en avoit fait pais au signeur, ne n'en voloit respondre au prévost, se droiz no disoit.

Droiz fu diz, qu'il n'en devoit respondre au prévost, puis qu'il avoit fait pais au signeur.

Li prévos demandoit Naudet le convers v s. por une défaute par devant eschevins, et II s. demi pour la justice de 1 jugement.

Droiz fu diz qu'il devoit les v^s d'amende, pour ce que on clammoit sor lui, ne il ne se deffendi de nul essoigne; et II^s demi pour le jugement randu.

Hues li Baille se clamma de Williaume de Chartres, pour ce que cil Williaumes li voloit essorber la veue d'une fenestre que cil Hues avoit en mur de Rains par devers celui Williaume.

S'en fu droiz diz que cil Williaumes ne pooit faire chose en mur par que il li essorbât sa veue, à plus près de II piez demi de tous sans, et à ciel vouit.

Haimmars aytors et li anfant Jehan do Meis trassent en cause dame Ponce qui fu famme Raoul de Noeroi et Jehélot Erart, et lor demandoient une maison qui lor estoit escheue de Aaliz la première femme celui Raoul. Cele Ponce et cil Jehélos dirent que cil Raous de cui elle lor estoit escheue, l'avoit tenue bien tant comme à tenure apartient, se n'en voloient respondre, se droiz no disoit. Cil Haimmars et li anfant disoient contre ce, que il ne voloient mie que cele tenure lor grevât, pour ce que cil Raous ne la devoit tenir que la vie, et tant la devoit tenir sans plus par le lais de cele Aaliz sa première; et se il ce voloient quenoistre, biaus lor seroit; se il le voloient noier, il estoient prest de proveir.

S'en fu droiz diz qu'il lor convenoit respondre : ou quenoistre, ou noier.

Thiébaus Corée clammoit XVIII s. sor Renaut. Cis Renaus les noia, et cis [Thiébaus] trast tesmoins sor lui; et parlarent li tesmoing. Et cant il orent parlei, cis Renaus dit qu'il ne voloit mie que cil tesmoignages li grevât, que li tesmoing estoient escommeniet, et bien le proveroit. Cil Thiébaus dit qu'il ne voloit mie que ce li grevât, pour

Digitized by Google

ce qu'il n'avoit dit riens sor les tesmoins, avant qu'il eussent parleit; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz qu'il pooit dire sor les tesmoins, et le tesmoignage très que au sairement.

[1] Giles Pichés fit arresteir 1 cheval en la maison la femme Venaire sor 1 chevalier. Baudés li Gius vint avant, et dit que li chevalz estoit siens, et requist au prévost que il li randît le cheval et l'en resaisît com borjois de Rains; et estoit près do desrainier, si com il devoit. Et Giles disoit qu'il ne voloit mie que on l'en resaisist, pour ce qu'il estoit asseneiz as biens ce chevalier sor cui il l'avoit fait arrester. Et Baudés dit que à lui n'en plaideroit-il jà, s'en fust resaisiz.

Droiz en fu diz que se cil Baudés voloit jureir sor sains que li chevax estoit siens, et qu'il no faisoit pour autrui droit eschuer, qu'il en devoit estre resaisiz.

Descors estoit entre les oirs Perron de la Chainne qui estoient quatre, d'androit la parson de la maison qui fu celui Perron, sor ce que li troi voloient que lor III pars fussent ensanble d'une part, pour ce qu'il estoient de 1 acort et pour ce que la maison n'en fust dépécie; li quars disoit qui clammeiz s'estoit des III, qu'il ne voloit mie que les III pars fussent d'une part, se droiz no disoit; ains voloit que elle fût partie en quatre, se droiz les wardoit.

S'en fu droiz diz qu'on devoit faire de la maison IIII pars, et partir en IIII parties, et jeteir les los.

Après ce avint que li prévos trast en cause les III parties contre lesqueis cis jugemens avoit estei randuz; c'est à savoir Aubrion Puioile et ses frères qui estoient une parz, et Huet le Clerc fils Perron de la Chainne qui estoit autre parz, et la sereur celui Huet qui estoit tierce; et lor demandoit chascun une justice par la raison de ce que jugemens avoit estei renduz contre eus de la parson de cele maison devant dite à la requeste des enfans Ernoul Roussel qui estoient la quarte partie, qui se clammarent des III pour ce qu'il ne voloient mie que la maisons fût partie en IIII, ensi com il est dit devant; et li III dissent qu'il

[1] « Justice. »

n'en voloient paier que une justice, se droiz no disoit, pour ce qu'il disoient que c'estoit une clameurs.

S'en fu droiz diz que chascuns des III contre lesqueiz jugemens fu randuz devoit la justice.

[1] Li prévos trast en cause Milet le Chastelain et autres, et lor en metoit qu'il avoient vandut vin, et trait à autre mesure que de fût ou de keuvre, et qui n'avoit esté errée au cestelage; s'en voloit avoir l'amende. Cil Milés respondi qu'il n'avoit trait ne vandu vin s'à bonne mesure non, et loiaul.

S'en fu droiz dis, que se il voloit jureir qu'il eust trait à bonne mesure et loiaul, par tant en iroit quites.

Oudars Hocars trast en cause Jehan de Morvyeron, et li demanda VII ℔ demi pour Mainnier qui la dette li avoit donnée pour dette que cis Mainniers li devoit. Cis Jehans dit qu'il ne l'en voloit mie respondre, pour ce que c'estoit d'autrui fait, se droiz no disoit.

S'en fu droiz diz qu'il en devoit respondre à celui Oudart.

Et après ce, cis Jehans mist avant qu'il avoit paié la dette ou fait grei à celui Mainnier en wages ou en deniers, et cis Oudars li nia, et cis Jehans dit qu'il le proveroit bien en la court de la crestientei.

Droiz en fu diz, que cis plaiz devoit estre termineiz par devant le prévost, là où la clammeurs et la response avoit estei faite.

Placars clammoit sor Baudon le Linier les loiers d'une maison de III années. Cil Baudons dit qu'il li avoit paiez et n'en voloit plus faire, se droiz no disoit.

S'en fu droiz diz que cil Baudons jurroit sor seinz qu'il li avoit paiez les loiers très qu'à la darrienne année; et de la darrainne année le devoit monstreir par tesmoins.

Crossars trast en cause Gerbert le Messier, et li demanda dette qu'il li devoit. Cis Gerbers li nia, et Crossars dit qu'il la proveroit par tesmoins [2]; et la prova. Cis Gerbers dit encontre les tesmoins qu'il

[1] « Police »

[2] « Interrogatoires.

« Se tesmoings sont produis à prover costume, veez-ci interrogatoires convenables, lesquelles on leur puet et doit faire en tout ou en partie.

« Premièrement se il ont veu jugier selonc ycelle coustume, et quantes fois, et de quels juges, et entre quels personnes, et en quel

Digitized by Google

estoient plége de celle dette, et ne voloit mie que lor tesmoignages li grevât; et cil dissent que non estoient. Cil Gerbers dit qu'il le proveroit, et amena les tesmoins à jor; et Robers Crossars dit qu'il estoit près de l'oïr. Cis Gerbers dit qu'il ne devoit mie proveir contre Crossart, mais contre les tesmoins; et Crossars dit qu'il devoit proveir contre lui, car la cause estoit sienne. Et sor ce s'en mirent à droit.

S'en fu droiz diz que cis Gerbers devoit proveir contre celui Crossart.

Uns chapelains de Nostre-Dame se clamma de Tiébaut l'espicier le clerc, par roie de terre, pour 1 sussil que cis Thiébaus avoit qui issoit de la maison en chemin par devers la maison à ce chapelain; et dit qu'il voloit que cis Thiébaus l'ostât, car il estoit en sa grevance. Cis Tiébaus dit qu'il i avoit estei VII ans ou plus, et l'avoit ensi tenu bien tenure ou plus; se no voloit mie osteir, se droiz no disoit.

S'en fu droiz diz que li chapelains n'avoit chose dite par coi li sussis deust estre osteiz.

Une damoisele se clamma de Bardoul le mercier, et li demanda IX^{s} de loier d'une maison qui li estoit escheue. Cil Bardous respondi qu'il auroit warant, et prist tous ses jors d'avoir warant à 1 col. Il revint au jor, et dit que ses warans estoit à une feste à S. Bertremieu en Biau-Leu; se requist encore jor d'avoir warant pour ce que il estoit à cele feste. La damoisele dit que ele ne voloit mie que il l'eust, se droiz no disoit, pour ce qu'il avoit eut tous ses jors.

S'en fu droiz diz que cil Bardous ne disoit chose par que il deust avoir plus de jors.

Li maires de Mon Valois fit semonre Williaume d'Aufart, le cler channoinne de Sainte-Nourrice, par roie de terre, et li demanda cens de terres et de vignes qu'il tenoit en Mont Valois, et de maisons qu'il avoit ou bourc Saint-Denise qui n'avoit mie paiet à jour si comme il devoit. Et dit li maires que cil Willaumes li respondi à ceste demande que il l'avoit bien paiet si comme il dut. Cil Williaumes dit qu'il n'estoit mie ensi, ne qu'il n'avoit encore respondu à la querelle,

temps, et se il fu appeleit de ce jugement ou non. Et se il scevent que tous li pueples ou la plus grant et la plus sainne partie se soit accordée et consentie expressément ou taisiblement en celle coustume entreduire. » (Livre Rouge de l'Échev. p. 150.)

einz demanda veue de terre. Li maires dit que si avoit, et se il voloit jureir sor sainz qu'il n'eust respondu à la querelle et à ces paroles devant dites, qu'il en iroit avant si com droiz porteroit. Et il dit qu'il n'en voloit faire nul sairement, se droiz no disoit; et en requirent droit.

Et droiz en fu diz qu'il devoit faire le sairement, se il avoit respondu ou non, puis qu'il voloit revenir à veue de terre.

Paillars fius Simon de Maisières se clamma de Pasquier et de Ouedeline sa femme, la suer celui Paillart, et lor demanda la cincquième partie d'une maison qui avoit estei lor père; et disoit qu'il n'avoit fait chose par quoi il n'i deust avoir sa part. Cil Pasquiers et sa femme disoient encontre, qu'il n'en voloient mie à lui respondre, pour ce qu'il avoient tenut tant comme à tenure apartenoit, lui présens et en parfait aage. Et cil Paillars dit qu'il ne voloit mie que cele tenure li grevast, se droiz no disoit, pour ce que elle estoit sa suer né de frère contre suer. Et de ce vossent les parties oïr droit.

Droiz en fu diz que qui tenoit VII ans et I jor en pais héritage, tenure vaut de frère contre suer, et de toutes autres gens, se ce n'est contre despaïsiet qui vueille monstreir droite raison de la défaute, ou contre personne qui n'ast aage de desraisnier son droit.

Perros li Nage devoit avoir warant contre Bouquet de une maison; et fu li warant nommeiz, et ot tous les III jours, et au tiers jour cil Perros dit qu'il ne pooit avoir son warant, pour ce qu'il estoit conjoys (?) de la vile, et Bouqués li nia; et cil ne mist raison avant, autre qu'il voloit encore avoir I jour sour ces paroles, se droiz le disoit; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz sour ces paroles, qu'il n'en devoit avoir plus de jour.

CCXLVIII.

16 janvier 1254.

Constituciones et decreta Innocencii pape [IV], in causa que vertebatur inter archiepiscopum remensem et remensem archidiaconum.

Cart. E du chap., fol. 84. — Bibl. Roy., ms. n° 5210, fol. 15, fragm. — Archiv. du chap., lay. 21, liass. 32, n° 2.

Digitized by Google

Innocencius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Thome archiepiscopo, et dilecto filio Octobono S. Adriani diacono cardinali, archidiacono [1] remensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum

[1] « Les archidiacres sont officiers de l'évêque et du diocèse plustôt que du chapitre. Leur dignité est même plus ancienne que l'établissement des chapitres en forme de corps particuliers distingués du reste du clergé. Ce n'étoient originairement que les premiers des diacres; mais il paroît que dès le temps d'Hincmar on donnoit dans l'église de Reims cette qualité à des prêtres. Voir le concile de Douzy en 871 : *Sigloardus remensis ecclesiæ archipresbyter servans locum archidiaconi*; Labbe, concil. VIII, 1653; et les capitules dressés par Hincmar en 877 : *Archidiaconis presbyteris Gunthario et Odelhardo*, ibid., 591.

« Comme leur fonction étoit d'assister et servir l'évêque dans l'office divin et dans toutes les occasions, on leur a donné à l'église les places les plus proches de l'autel et du trône pontifical, ainsi que dans les processions, synodes et autres assemblées.... Ils ont insensiblement fait passer la place qu'on leur avoit donnée pour la commodité du service, pour un rang d'honneur et un droit de préséance au-dessus de toutes les dignités de l'église. En effet, dans toutes les chartes des archevêques de Reims des Xe et XIe siècles, les archidiacres signent avant les prévôt, doyen, chantre, etc., etc., et même dans quelques titres concernant le chapitre, comme dans une sentence arbitrale rendue en 1222 entre l'archevêque et le chapitre par le grand-archidiacre et le prévôt. Le chapitre a même déclaré expressément, par conclusion du 20 mars 1394, que l'archidiaconé *est major dignitas post pontificalem*, et c'est par cette raison que les provisions du grand-archidiaconé s'expédient à Rome par bulles en plomb.

« La préséance que les archidiacres ont au chœur sur les prévôt, doyen et chantre, paroît non seulement aux offices, processions, assemblées publiques...., thèses soutenues à l'Université ou aux Jésuites, vêtures et professions...., mais ils doivent encore avoir place au *mandatum* ou *pied-lève* qui se fait le jeudy saint à l'ancien chapitre qu'on appeloit autrefois *le pretiosa* [*], et qui est aujourd'huy (1715) la grande sacristie. Jusqu'en 1690 ce lieu étoit semblable aux chapitres des religieux, ouvert du côté du préau par trois grandes arcades garnies de balustrades de pierre et d'une porte à jour, qui, quoyque bouchées, paroissent encore. Il y avoit un pupitre de pierre au milieu où on lisoit tous les jours après Prime le Martyrologe.... On y faisoit autrefois les lectures spirituelles et la correction des fautes.... Le *mandatum* est une action bien différente des délibérations capitulaires auxquelles messieurs les prévôt, doyen et chantre ont la préséance, et où ils président; c'est une cérémonie tout ecclésiastique à laquelle monsieur l'archevêque a droit d'assister et de faire office, luy qui n'en fait aucun de droit aux assemblées capitulaires, où il n'assiste pas.... Les archidiacres y assistent, mais s'y placent après les présidents.... Ils tiennent au pied-lève les mêmes places qu'à l'église. C'est ce que marquent expressément tous les rituels de l'église de Reims tant anciens que nouveaux. L'ancien ordinaire dressé avant l'établissement de la fête du Saint-Sacrement, c'est-à-dire peu après 1200, dit : *archiepiscopus præcinctus linteo lavat pedes archidiaconorum, præpositi, decani, et personarum*. Les mêmes termes se lisent dans un ancien collectaire écrit vers 1400, en deux

[*] « *Le pretiosa* étoit une salle où le chapitre « alloit lire le Martyrologe, après laquelle lecture se « dit le verset : « Preciosa in conspectu Domini « mors sanctorum ejus... » C'est ainsi que le nom de « *chapitre* vient de ce que les chanoines s'assem- « bloient tous les jours dans une salle commune « pour y lire un *chapitre* de leur règle. » (Bibl. de Reims, portef. y, n° 92.)

super jurisdictione circa multa et diversa, juribus quam pluribus, et nonnullis variis articulis, racione archidiaconatus remensis questio inter vos orta fuerit et agitata diucius; et demum, presentibus et consencientibus vobis, questio eadem per quandam ordinacionem est apud sedem apostolicam terminata, sicut in sequentibus continetur; nos igitur vestris supplicacionibus inclinati, ordinacionem eandem quam advertimus et intelleximus diligenter, gratam et ratam habentes, ipsam auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus; decernentes et precipientes eadem auctoritate, ut hujusmodi ordinacio a vobis et omnibus successoribus vestris perpetuis temporibus, immobiliter observetur. Quam siquidem de verbo ad verbum seriatim presentibus conscribi et annotari ad perpetuam memoriam fecimus, ut per talem conscripcionem et annotacionem bulla nostra munitam, plena fides et certitudo de premissa ordinacione, absque alterius scripture vel instrumenti amminiculo seu probacione, imperpetuum habeatur. Et, licet eidem ordinacioni remense capitulum vel suus procurator minime interfuerit, nec ejus super ea habitus sit assensus, volumus tamen et precipimus illam, hoc non obstante, firmam et illibatam omni tempore permanere supplendo in hac parte hujusmodi defectum ipsius capituli, de plenitudine potestatis. Ordinatum est itaque apud sedem eandem, processibus omnibus, tam per bone memorie portuensem episcopum, quam per quoscumque alios, auctoritate apostolica, super hiis habitis, per nos penitus revocatis, quod de cetero archiepiscopus et archidiaconus remensis, et omnes eorum successores qui pro tempore fuerint, tam per se quam

parties, qui est au cartulaire, dans l'ancienne tablette couverte en velours rouge, écrite vers 1550, dont on se servoit pour dire les prières et collectes jusqu'en 1685, dans le Processionnel imprimé en 1624, dont on se sert encore à présent, fol. 98, dans la tablette couverte de maroquin rouge écrite en 1685, dont on se sert actuellement pour dire les prières. L'ancienne tablette ajoute cette clause encore plus expresse : *et nota quod, absente archiepiscopo, decanus cum senescallis, linteaminibus paratis, debeat lavare pedes archidiaconorum, præpositi, personarum, et aliorum canonicorum in ordine.* Et la nouvelle tablette, p. 92 et 93 : *Decanus et, eo absente, antiquus senescallus præcinctus linteo super suum rochetum, nudis pedibus et junctis manibus, primum lavat pedes archidiaconi majoris, refectuario seu officiario senescalcie, qui defert aquam, comite et ministro. Lavat et aliarum dignitatum pedes, eo quo dicitur ordine, videlicet archidiaconi minoris, præpositi, cantoris, thesaurarii et scholastici, quanquam loco pedum nunc lavantur manus.* » (Bibl. de Reims, mss., portef. yy, fol. 19.)

Digitized by Google

per officiales suos, et quisque ipsorum per se et insolidum cognoscant et diffiniant de causis omnibus matrimonialibus, et quibuscumque aliis tam civilibus, quam ecclesiasticis, in civitate et archidiaconatu remensi; et circa causas easdem predicti archiepiscopus et archidiaconus, ac sui successores, eorumque officiales, et quilibet ipsorum pro se, plenam et liberam habeant potestatem citandi, monendi, diffiniendi, et omnem censuram ecclesiasticam excercendi, ac faciendi quelibet alia que judex ecclesiasticus potest facere de consuetudine vel de jure; et quod omnes et singuli, tam clerici quam laici, de civitate et archidiaconatu remensi, liberam eligendi sibi, pro sue voluntatis arbitrio, in omnibus et singulis causis predictis, in judices, [1] vel archiepiscopum remensem aut ejus officialem, vel archidiaconum remensem seu officialem ipsius, qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint, habeant facultatem. Ipsi autem archiepiscopus et archidiaconus bona fide promittant, officiales vero eorum et qui nunc sunt, et qui fuerint pro tempore, in principio sui regiminis, seu cum ceperint suum excercere officium, jurent, quod nec per se, nec per alios, impedient vel turbabunt publice vel oculte, nec pacientur, quantum in eis fuerit, turbari per aliquos, seu impediri, quin litigantes seu agitantes causas suas, tractent et expediant eas in curia quam maluerint, sive archiepiscopi, sive archidiaconi, aut eorum officialium pro sue libito voluntatis. De causa quoque in una curiarum per citacionem vel alio modo incepta, in alia curia cognosci vel diffiniri non possit, ymo ad curiam in qua incepta fuerit protinus remittatur; cause tamen feudales, si moveantur in curia archidiaconi, et excipiatur coram ipso vel ejus officiali rem litigiosam fore de feudo spectante ad archiepiscopum, et de hoc prout debet, constet, ad ipsum archiepiscopum remictantur. De roya autem terre, si aliquis super ea primo adierit curiam archidiaconi, faciat, cognoscat, et excerceat archiepiscopus per se, baillivos, et prepositos suos, sicut facere, cognoscere et excercere consuevit. Iidem eciam baillivi et prepositi, de causis criminalibus et civilibus, faciant, cognoscant et diffiniant, sicut facere, cognoscere et diffinire consueverint, a quibus quidem baillivis et prepositis, tam in dicta causa quam aliis, ad curiam archidiaconi

[1] Ici seulement commence le mss. 4253, dont un feuillet a été arraché.

appelletur, sicut fieri consuevit. De eleccionibus vero, confirmacionibus eleccionum, amonicionibus seu deposicionibus abbatum, et aliorum prelatorum ecclesiarum collegiatarum, seu de provisione facienda collegiatis ecclesiis de prelatis, archidiaconus per se vel alium se nullatenus intromittat. Cetera autem faciant et excerceant, tam archiepisoopus, quam archidiaconus, in locis predictis; eo salvo quod archiepiscopus, unam vel plures de causis in curia archidiaconi jam inceptis, in quibus sunt actor et reus, et in quibus archidiaconus vel ejus officialis ex suo officio non procedat, diversis temporibus, non per maliciam seu fraudem, nec in gravem archidiaconi lesionem, ad suum examen altera parcium postulante, ante diffinitivam sentenciam valeat advocare: ita tamen, quod advocacionem hujusmodi archiepiscopus ipse per se vel per litteras suas faciat, et non vicarius vel officialis ipsius; nec idem eciam archiepiscopus causam advocet, nisi quam per se, vel unum seu plures de commensalibus suis audire vel diffinire velit et possit; et si advocaverit, audiat et diffiniat per se, vel per predictos, officialibus suis minime committendo. Quod si causam ad suum advocatam examen, per se, vel per commensalem suum, audire vel diffinire nolit, vel non possit, ad curiam archidiaconi audiendam et diffiniendam remittat eandem. Ordinatum est eciam quod ab archidiacono vel ejus officiali qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, non ad archiepiscopum, vel ejus officialem, seu vicarium qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, sed ad solum summum pontificem in omnibus causis et negociis appelletur; et ad archiepiscopum ipsum, vel ejus officialem, nequeat appellari; et si appellatum fuerit, appellacio non valeat ullomodo, presertim cum hoc a longe retroactis temporibus de antiqua et prescripta consuetudine obtentum ibi fuerit et servatum. Nec archiepiscopus ipse per se, vel per alium, de causis vel negociis per archidiaconum vel ejus officialem diffinitis, ullomodo possit cognoscere vel interponere in illis aliquatenus partes suas, seu execucionem circa ipsas ecclesiasticam impedire. Ordinatum est insuper, quod quicquid emolumenti curie archiepiscopi de sigillo vel aliunde obvenerit, racione causarum que in curia ipsa tractantur, totum idem archiepiscopus habeat; et archidiaconus qui nunc est et qui pro tempore fuerit, integre ad emolumentum et commodum suum

Digitized by Google

percipiat quicquid de sigillo vel aliunde obvenerit, racione causarum que in curia sua, vel officialis suí, tractantur, vel imposterum tractabuntur, et salvis hiis que supra et infra ordinata sunt in aliis articulis. Ordinatum quoque est, ut de omnibus emendis quas receperit archidiaconus vel ejus officialis, aut alius nomine suo in ejus curia, pro contumaciis, suspensionibus, interdictis, excommunicacionibus, nupciis seu matrimoniis clandestinis, falsis testibus seu testimoniis, et omnibus aliis de quibus archiepiscopus consuevit percipere duas partes, ipse archiepiscopus duas, et archidiaconus terciam, partes habeant, salvis omnibus que sunt superius et inferius ordinata. In curia vero dicti archiepiscopi, archidiaconus nichil percipiat de premissis emendis; archidiaconus autem qui pro tempore fuerit, in sua creacione vel promocione archiepiscopo bona fide promittat, quod circa predictas emendas ipsi archiepiscopo jus suum superius et inferius scriptum et determinatum, tam per se quam officiales suos, quantum in eo fuerit, servabit et procurabit servari. Ordinatum est preterea, quod quum archiepiscopus fuerit presens in civitate remensi, et synodum voluerit et potuerit celebrare, ipse per se, alioquin archidiaconus si presens fuerit, eo autem absente officiales utriusque insimul, faciant, teneant, vel celebrent. Archiepiscopo vero absente a civitate remensi, solus archidiaconus si presens fuerit, in domo sua vel alibi ubi voluerit, synodum de clericis sui archidiaconatus celebret, faciendo et excercendo ea que in synodo fieri debent; archiepiscopo autem et archidiacono ab eadem civitate absentibus, eorum officiales in ecclesia remensi vel in palacio archiepiscopi, simul teneant et celebrent synodum, mandata nova synodalia, cum fuerint facienda, communi consensu et insimul facientes; salva ipsi archiepiscopo potestate, synodum, cum viderit expedire, prorogandi, dummodo in hoc ex malicia non procedat. Super custodia vero ecclesiarum vacancium, et percepcione ac conservacione fructuum earumdem, ordinatum est, quod tam archiepiscopus quam archidiaconus, utrique scilicet in solidum, custodiam ipsam habeat, fructusque conservet, qui primo videlicet ex ipsis per se, vel per officiales suos, hec apprehenderit, seu receperit, sive saisierit. Si quid autem emolumenti ex hujusmodi custodia, ipsi archiepiscopo, vel archidiacono, vel officialibus eorum

provenerit, inter ipsos archiepiscopum et archidiaconum bona fide per medium equaliter dividatur. Ordinatum est eciam quod archiepiscopus, nec per se, nec per officiales suos, neque per vicarium ejus, seu per quemcumque alium, aliquam excommunicacionis, suspensionis, vel interdicti sentenciam ab archidiacono vel ejus officiali prolatam, valeat relaxare, aut de ipsa quoquomodo cognoscere, vel aliquatenus super hiis interponere partes suas. Neuter autem in familiam alterius et notarios alterius curie, jurisdictionem ecclesiasticam habeat, nisi presit alicui officio vel ministerio seculari. De correccione autem excessuum clericorum civitatis et archidiaconatus remensis, ordinatum est quod archiepiscopus, tam per se, quam per officiales suos, vel per alium cui hoc commiserit, et archidiaconus similiter per se, vel per officialem suum, aut per alium cui hoc duxerit committendum, et quisque ipsorum in solidum, excessus clericorum corrigant et castigent, ita quod, qui post excessum aliquem corrigere vel corripere inceperit, ipse eciam illam correccionem perficiat incohatam. Si quoddam vero emolumentum de emendis excessuum clericorum qui corrigentur per archiepiscopum vel officiales suos, aut per alium cui hoc forte commiserit, obvenerit, illud ipsi archiepiscopo deputetur; emolumentum autem quod obvenerit de emendis excessuum qui per archidiaconum vel ejus officialem, seu alium cui hoc commiserit, correcti fuerint, et super quibus ad clamorem vel denunciacionem alicujus, seu ex officio, processum extiterit, inter dictos archiepiscopum et archidiaconum per medium fideliter dividatur : talis tamen hujusmodi emolumenti emendarum divisio fiat specialiter inter personas vestras, ita quod archiepiscopo et archidiacono qui postmodum pro tempore fuerint, jus suum salvum existat in emolumento emendarum que, tam in archiepiscopi quam archidiaconi curia, recipientur, racione excessuum predictorum. Cum vero aliquis egerit contra alium in curia archidiaconi, super excessibus, habeat archiepiscopus et qui nunc est, et qui pro tempore fuerit, duas partes, et archidiaconus terciam emolumenti hujusmodi emendarum. Excessus autem laicorum corrigant archiepiscopus et archidiaconus per se et officiales suos, sicut facere consueverunt, hoc penitus et semper servato, ut de emolumento quod ex sigillo archidiaconi quocumque casu vel modo provenerit, archiepiscopus

Digitized by Google

nichil percipiat, sed archidiaconus qui nunc est, et qui pro tempore fuerit, habeat illud totum. Super percepcione autem et conservacione bonorum clericorum civitatis et archidiaconatus remensis ab intestato decedencium, ordinatum est, ut et archiepiscopus, et archidiaconus, tam per se quam per officiales suos, et uterque ipsorum in solidum, bona ipsa percipiat et custodiat, et qui prius ea receperit, ille ipsa custodiat, et de eis ordinet, prout secundum Deum viderit expedire. Super percepcione vero et custodia proventuum clericorum civitatis et archidiaconatus remensis, qui ad mandatum archiepiscopi vel archidiaconi seu officialium eorum ad ordines promoveri, necnon et rectorum qui in ecclesiis suis residenciam personalem facere renuerint, ordinatum est quod, et archiepiscopus, et archidiaconus, tam per se quam per officiales suos, et uterque ipsorum in solidum, proventus ipsos recipiat et custodiat, nisi forsan eisdem clericis quos [*sic*, quod?] ad ordines promoveri, necnon et rectoribus quos (*sic*) in suis residere ecclesiis minime tenerentur, specialiter forte ad tempus ab archiepiscopo ipso concessum : et qui prius proventus ipsos receperit, custodiat ipse illos; emolumentum autem, si quod ex istis ad archiepiscopum vel archidiaconum, seu alium, eorum nomine obvenerit, inter ipsos archiepiscopum et archidiaconum per medium fideliter dividatur. De rectoribus vero et custodibus ponendis, vel instituendis, vel amovendis in domibus leprosorum, et aliis que Domus Dei vocantur in civitate et archidiaconatu remensi, ordinatum est quod archiepiscopus et archidiaconus, tam per se quam per officiales suos, vel alios, simul communi consensu instituant et destituant rectores et custodes; eosdem corrigendi quoque, ac reformandi ecclesiarum parrochialium statum civitatis et archidiaconatus remensis, necnon et ponendi coadjutores et custodes in ipsis ecclesiis, propter rectorum culpas, insufficiencias vel deffectus, et archiepiscopus et archidiaconus, tam per se quam per officiales suos, seu alios quibus hoc commiserint, et uterque ipsorum in solidum, liberam habeant facultatem; ita quod qui prius hoc vel aliquid horum agere ceperit, ille peragat et perficiat, prout secundum Deum viderit faciendum; et si quid emolumenti eidem archidiacono, vel aliis nomine suo, exinde obvenerit, inter ipsos archiepiscopum et archidiaconum fideliter et equaliter dividatur. Si vero de hiis aliquid provenerit in curia

archiepiscopi, archidiaconus nichil exinde percipiat sive sumat. Hec autem divisio quoad vixerint tantum fiat, archiepiscopi et archidiaconi qui fuerint imposterum, super premissis totaliter jure salvo. Super examinacione vero clericorum archidiaconatus remensis promovendorum ad ordines, ordinatum est ut ordinandus primo per archidiaconum vel ejus officialem examinetur, et postmodum examinatus per eumdem archidiaconum vel ipsius officialem, archiepiscopo presentetur. Officialis autem archidiaconi, aut taxator et receptor emendarum curie ipsius, jurent in presencia duorum clericorum archiepiscopi, quod omnia jura ipsius archiepiscopi, tam de emendis, quam de aliis, bona fide servabunt et custodient, et de hiis computacionem vel racionem fideliter reddent vel facient archiepiscopo, vel alii de mandato suo. Promittat eciam archidiaconus bona fide archiepiscopo, quod in curia sua jura ipsius archiepiscopi que tam de emendis, quam de aliis, debet ibi recipere, ipsi archiepiscopo vel alii de mandato ipsius reddet integre, sine aliqua diminucione, vel faciet sibi reddi. Et eodem modo promittat archiepiscopus, et officialis ac taxator et receptor emendarum curie sue jurent similiter, de conservandis omnibus ipsius archidiaconatus juribus et reddendis. Et quia constat redditus archidiaconales propter hujusmodi communicacionem cognicionis causarum, quas archidiaconus insolidum, absente archiepiscopo, dicebatur habere, fore plurimum diminutos, et archiepiscopales non modicum augmentatos, prout pars archidiaconi asserit, ordinatum est, te, frater archiepiscope, pro bono pacis consenciente, ut archidiaconus qui nunc est et qui pro tempore fuerit, altaria primo vacatura in remensi diocesi, ad collacionem archiepiscopi nunc spectancia, tot videlicet, quod ipsorum redditus ducentas libras parisienses valeant annuatim, imperpetuum habeat, et proventus semper et libere percipiat eorumdem. Extimentur autem ejusmodi altarium redditus, ab uno de officialibus archiepiscopi, et ab officiali archidiaconi, ac a gardiano fratrum minorum remensium, qui pro tempore fuerint; et officiales jurent quod eadem altaria usque ad predictam ducentarum librarum summam fideliter extimabunt, quod si forte ipsi tres in extimando non concordaverint, stetur extimacioni duorum ex ipsis. Altaria vero qui primo vacabunt usque ad summam eamdem, ipsi archidiaconatui statim ex ipsa vaca-

Digitized by Google

cione adveniant, et eorum possessionem archidiaconus qui nunc est, et qui pro tempore fuerit, auctoritate sua tam per se quam per alium, possit sine contradiccione cujuscumque apprehendere et tenere. Et insuper in ecclesiis in quibus hujusmodi habuerint altaria, jus obtineat patronatus, et ad easdem ecclesias, cum vacaverint, archiepiscopo vel alii qui jus instituendi habuerit in ipsis, valeat clericos presentare, cum clerici qui eadem altaria habuerint idem jus in ipsis ecclesiis habuisse noscantur; salvo tamen quod archiepiscopus qui nunc est, et qui pro tempore fuerit, archidiacono qui nunc est cedente vel decedente, possit a successore ipsius archidiaconi redimere dicta altaria omnia, videlicet simul et non singulariter vel divisim; ita videlicet quod archiepiscopus assignet imperpetuum archidiaconatui tot terras in remensi diocesi liberas, et ab omni onere prorsus exemptas, quod ex eis archidiaconus redditus ducentarum librarum parisiensium possit percipere annuatim. Per premissos autem officiales et gardianum, fiet simili modo terrarum earumdem extimacio; hiis vero terris ab archiepiscopo taliter assignatis, mox ad archiepiscopum redeant et eo ipso juri archiepiscopali integre applicentur altaria memorata, et ex tunc archiepiscopus ipsorum possessionem auctoritate propria, tam per se quam per alium, sine contradiccione cujuslibet apprehendere valeat, et tenere. Ceterum ordinatum est quod archiepiscopus qui nunc est et qui pro tempore fuerit, hujusmodi altaria archidiaconatui deputata, et collacionem seu concessionem de illis archidiaconatui ipsi factam, a regali vexacione vel molestia, suis expensis, defendere teneatur; que si noluerit vel nequiverit de jure vel de facto tueri, teneatur omnino archidiaconum qui nunc est, et quemlibet ejus successorem et archidiaconatum ipsum indempnem penitus conservare, et tot possessiones et terras ab omni onere liberas et exemptas, in locis competentibus prefate diocesis eidem archidiaconatui, dimissis et relictis omnibus ipsis altaribus archiepiscopo, confere et assignare, possessionem earum pacificam concedendo, quod ex ipsis, extimacione similiter facta de illis per officiales et gardianum predictos, annui ducentarum librarum parisiensium redditus archidiacono valeant pervenire; premissis omnibus aliis ordinacionibus duraturis perpetuo, et ceteris aliis de quibus non est actum expressum, in suo statu nichilomnibus reman-

suris. Nulli ergo omnino hominum liceat.... Datum Laterani, decimo septimo kal. februarii, pontificatus nostri anno undecimo.

CCXLIX.

Mai 1254. LIBELLUS supplex quo monachi S. Remigii licentiam petunt abbatem eligendi ab archiepiscopo.

Lacourt, Marl. annot., I, fol. 40, verso, ex cartoph. remig.

Reverendissimo patri et domino Thomæ, Dei gratia archiepiscopo, Henricus prior, P. cantor (?), totusque S. Remigii remensis conventus, salutem et debitam obedientiam cum reverentia et honore. Mittimus ad vos dilectos nostros..... notificantes vobis quod dominus G.... quondam abbas noster, vitam universæ carnis est ingressus, unde cum monasterium nostrum sit pastoris solatio destitutum, paternitatem vestram humiliter exoramus quatenus nobis benigne concedatis libertatem eligendi et licentiam eligendi (*sic*) abbatem nostrum [1].

CCL.

Super eo quod dicti cives dicebant quod idem archiepiscopus eos desaisiverat de clavibus portarum civitatis remensis quas custodierant ab antiquo, et eis tradite fuerant a bone memorie Philippo rege Francorum avo nostro, ut dicebant, et petebant saisinam clavium sibi restitui; sic fuit ordinatum, et a civibus concessum, quod de dictis clavibus nostram faceremus voluntatem. Nos vero attendentes ex tenore quarundam litterarum predicti avi nostri, quod idem avus noster per easdem mandaverat et preciperat (*sic*) eisdem civibus, ut redderent dictas claves Alberico olim remensi archiepiscopo, vestigia ipsius predecessoris nostri sequentes, ordinavimus quod dicte claves que ad archiepiscopum pertinent, penes eum remanerent. Item super eo quod cives remenses dicebant archiepiscopum bannos in civitate remensi facere non posse sine scabinis, fuit sic concordatum : quod cives remenses bannos archiepiscopi tenentur observare et tenere, prout avus noster predictus mandavit et precepit eisdem per suas litteras, prout in eisdem litteris continetur quarum tenorem fecimus inferius annotari. Item dicebant dicti cives, quod quando aliquis de civibus remensibus erat bis, non tamen super crimine, citatus per servientes archiepiscopi, et tercio per servientes eosdem et scabinos, et postmodum bannitus, revertebatur ad civitatem remensem offerens se judicio scabinorum, et dicens concivibus suis se nescivisse citaciones, vel ex causa legitima abfuisse, licebat eis dictum bannitum recipere, et ei fiebat jus per judicium scabinorum. Iste vero articulus fuit sic concordatus, quod dicti cives bannitos archiepiscopi, prout memoratus avus noster eis mandavit et precepit per litteras suas inferius annotatas, non recipiant. Item super eo quod dicti cives dicebant, quod quandam domum leprosarie remensis spoliaverat idem archiepiscopus super usagio cujusdam nemoris, et peterent possessionem restitui eidem domui, cum essent ejusdem domus, ut dicebant, provisores; per pacem fuit sic ordinatum, quod magister domus, vel unus ex conversis ejusdem, petet restitucionem super usagio predicto, et archiepiscopus ei faciet eandem. Super eo vero quod dicti cives dicebant dictum archiepiscopum desaisivisse quosdam cives remenses, fuit sic ordinatum : quod archiepiscopus restituet illis desaisitis saisinam rerum suarum, si de hoc constiterit.

Ex adverso vero, questiones quas habebat dictus archiepiscopus contra cives predictos, fuerunt tales : quod archiepiscopus dicebat contra dictos cives quod ipsi inter se fecerant alianciam quam facere non poterant nec debebant; cives vero coram nobis dixerunt quod alianciam non fecerant, nec eam facere poterant, nec debebant. Item dicebat archiepiscopus, quod talliam fecerant et levaverant absque ipsius voluntate; dicti vero cives responderunt, quod talliam non fecerant nec levaverant, preter unam quam ejus licencia, et per ipsius litteras, nuper fecerant, dicentes quod aliquam talliam facere non poterant nec levare, sine ejus licencia ac eciam voluntate. Item dicebat archiepiscopus, quod dicti cives conestabulos fecerant in quolibet mesterio civitatis remensis, quod facere non poterant nec debebant; ad hoc responderunt dicti cives, quod dictos conestabulos non fecerant, nec eos facere poterant. Item dicebat archiepiscopus, quod dicti cives fecerant quedam ingenia in civitate remensi, que dicuntur *espringales*, et alia ingenia, ac eciam quasdam cathenas novas. Nos vero super hoc determinavimus, dicentes quod non licet dictis civibus facere ingenia predicta, vel alia, nec eciam cathenas novas; et injunximus scabinis remensibus quod querant et sciant ubi sunt illa ingenia et alia, ac eciam cathene nove, et ea destruant sub juramento quod fecerunt in scabinatu; et si invenientur negligentes, per inquisicionem a nobis faciendam super predictis, tenebuntur nobis ad emendam dicti cives, eo quod mandatum nostrum non servaverint; et archiepiscopus similiter suam emendam habebit, eo quod dicti cives predicta fecerint. Item dicebat archiepiscopus quod in domibus quorundam civium remensium gardas posuerat res ipsorum saisiendo, dicti autem cives eas ejecerunt, et turpiter tractaverunt; quod negaverunt dicti cives. Item dicebat archiepiscopus quod cum ipse coram se vocasset scabinos et omnes alios cives remenses super quibusdam delictis que tangebant omnes cives, ut dicebat, et scabini fuissent constituti pro civibus ad defensionem eorundem, dicti cives et scabini noluerunt audire jus coram eo, nisi per scabinos ad quorum jus se offerebant; et licet archiepiscopus offerret eis dicere jus in curia sua utrum per scabinos, an per alios suos Francos Homines deberet eis facere jus, cum questio quam habebat idem archiepiscopus contra cives, tan-

Digitized by Google

geret eosdem scabinos qui erant de civibus, ut dicebat, ipsi cives jus in curia dicti archiepiscopi audire noluerunt super predictis. Idem vero archiepiscopus eisdem civibus inhibuit, ut dicebat, ne jura curie sue absportarent; dicti tamen cives, spreta inhibicione, de curia ipsius recesserunt, et jura curie sue absportarunt; unde petebat idem archiepiscopus quod dicti cives hoc sibi emendarent. Iste vero articulus fuit sic concordatus : quod idem archiepiscopus super dicta emenda quam petebat a scabinis et civibus, dictos scabinos et cives in pace dimittit, et est istud factum adnichilatum ac si nunquam evenisset, ita quod propter istam concordiam, non acquiritur aliquod jus dictis scabinis et civibus, nec jus archiepiscopi, seu justicia, in aliquo diminuitur vel augetur, si casus consimilis vel alius se offeret; nec intendimus per ea que superius expressa sunt, quod carte quas habent cives remenses, ut dicunt, aut carte archiepiscopi, vel littere, si quas habet, valeant plus vel minus in aliquo, quam valebant antequam hec facta essent, nec archiepiscopus cartas civium, si quas habent, per ea que facta sunt superius in aliquo approbavit.

Super aliis vero delictis que imponebat dictus archiepiscopus eisdem civibus et scabinis, que dicti scabini et cives negabant, remanserunt in pace dicti scabini et cives per concordiam habitam inter partes, hoc tamen salvo, quod de ingeniis et cathenis novis facient scabini sicut supra injunximus eisdem.

Tenor vero litterarum inclite recordacionis Philippi avi nostri regis sepe dicti, de quibus fit mencio superius, de assensu parcium presentibus est insertus. Quarum litterarum una sic incipit et est tenor ejus talis : Philippus Dei gratia.... Dilectis etc., etc. [1].... Alia vero littera avi nostri sic incipit.... : Philippus.... Scabinis, etc., etc. [2].... Nos autem ad peticionem parcium, in testimonium premissorum, presenti pagine nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Remis, anno M° CC° L° VIII°, mense marcio, in crastino dominice Resurectionis.

CCLXVII.

CARTA qua Ludovicus IX Francorum rex, privilegium a Philippo I Nicasianis concessum, ratum habet et confirmat. Mars 1258.

Marl., I, 619.

[1] Voyez plus haut, même siècle, n° LIV. [2] Voyez plus haut, même siècle, n° LV.

Digitized by Google

CCLXVIII.

Août 1258. MANDATUM B. Ludovici pro restitucionibus faciendis.

Archiv. du Roy., J, cart. 367, n° 1.

Ludovicus..... Notum facimus quod nos saluti anime nostre providere volentes, circa restituciones et emendaciones a nobis faciendas in ambianensi, viromandensi, et silvanectensi bailliviis, dilectis nostris magistro Stephano de Lorriaco, canonico remensi, fratri Roberto de Nigella de ordine Fratrum Minorum ambianensium, ac fratri Thome de Carnoto de ordine Fratrum Predicatorum parisiensium, de quorum prudencia et fidelitate fiduciam in Domino gerimus, vices nostras committimus in hac parte; et eis, quantum ad hoc, plenam damus potestatem et speciale mandatum ut restituciones et emendaciones faciant loco nostri, ad quas faciendas cognoverint nos de jure teneri; ita tamen quod in rebus magni ponderis, sive mobilibus sive immobilibus, ad nos volumus haberi recursum. In aliis vero, si aliqua fuerint eis dubia vel obscura, damus eis potestatem ordinandi et faciendi super hiis prout, inspecta salute anime nostre, viderint ordinandum. Nolumus autem quod inquisitores predicti, super hiis que per alios inquisitores terminata fuerunt, se ullatenus intromittant. Quod si non omnes tres predictos hiis exequendis interesse contigerit, volumus quod duo ex ipsis ea nichilominus exequantur; mandantes vobis quatinus in hiis que ad premissa pertinent intendatis et obediatis eisdem. Actum Parisius, anno.... M° CC° L° VIII°, mense augusto.

CCLXIX.

16 septembre 1258. CARTA de centum libris a remensi archiepiscopo remensibus civibus collatis, ea conditione ut scabini eum quictum faciant de omnibus saisinis vel resaisinis quas cives remenses ab eo petebant [1].

Disc. de l'Échevin., p. 41. — Marl., II, 547, fragm. — Rogier, fol. 12. — Bibl. de Reims, Rogier, tom. II, fol. 26.

[1] « Pour monstrer [qu'anciennement] les « archevesques n'ont pas prétendu que les « eschevins fussent leurs officiers, j'ay trouvé « une chartre de l'archevesque Thomas, quy « est le mesme au proufit duquel le roy « Sainct-Loys bailla arrest contre les habi-

Digitized by Google

Thomas, Dei gratia remensis archiepiscopus, universis præsentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noveritis, quod cum plures de civibus nostris remensibus peterent a nobis sibi fieri resaisinas ad quas, ut ipsi cives dicebant, tenebamur, secundum compositionem et pacem habitam inter nos ex una parte, et cives nostros remenses ex altera, secundum quod in litteris semper illustris regis Franciæ Ludovici continetur; nos, de virorum bonorum consilio, scabinis remensibus dedimus centum libras parisienses, ea conditione et pacto, quod ipsi scabini debent nos quictos facere, et procurare ut quicti simus, de omnibus saisinis sive resaisinis quas cives superius nominati remenses a nobis petebant, et de omnibus saisinis sive resaisinis quas aliqui cives remenses a nobis petebant, seu petere poterant ex forma litterarum regis prædicti, super dicta compositione confectarum; ea etiam conditione et intentione, ut restitutio sive resaisina fiat civibus supradictis per baillivium seu præpositum nostrum, vel alium idoneum, quem ad hoc duxerimus deputandum, et secundum formam litterarum regis prædictarum, et præsentibus scabinis prædictis, si ibidem præsentialiter voluerint interesse. Et ipsi scabini prædicti, dictas centum libras a nobis receperunt, et se recepisse cognoverunt, ea conditione et pacto, quod procurare debent ut quicti simus omnino et liberi de omnibus saisinis et resaisinis prædictis, secundum formam et modum qui superius est expressus; et in

« tans pour les clefs des portes.... ; et fault « notter que ce quy est dict par ceste chartre « n'est par l'organe d'aultruy, mais par cest « archevesque seul....; quy est, suyvant ce « quy a esté dict cy-devant (de la chartre « de 1182), que anciennement, aux transac- « tions quy se faisoient entre le seigneur « et les bourgeois, il n'y avoit que le seigneur « quy parloit....; et quant il parle des esche- « vins, il n'en parle pas comme des citoiens « dudit Reims, qu'il appelle siens; il n'en « parle pas comme de son bailly, ny de son « prévost, qu'il appelle siens; mais quant il « parle des eschevins, il les nomme *eschevins* « *de Reims*.» (Rogier, fol. 12, recto et verso.)

Ainsi, Rogier avoue que les bourgeois de Reims sont bourgeois de l'archevêque; mais il prétend que ces bourgeois créent des officiers qui ne relèvent pas de l'archevêque. Or, ces officiers sont bourgeois avant d'être échevins; ils relèvent donc de l'archevêque comme bourgeois. Puis, s'ils n'en relèvent pas comme échevins, les bourgeois qui les élisent, et que l'archevêque appelle *siens*, peuvent donc, en certaines circonstances, agir non seulement sans l'assentiment, mais contre la volonté de leur seigneur, dont les intérêts sont perpétuellement en lutte avec ceux de l'échevinage? — Le fragment que nous venons d'emprunter aux manuscrits de Rogier, et qui se trouve reproduit mot pour mot dans le *Discours de l'antiq. de l'Echevinage*, p. 47 de l'édit. de 1628, prouve d'ailleurs que ce dernier ouvrage est bien de Rogier, comme l'ont présumé plusieurs bibliophiles.

hujus rei testimonium nos dictis scabinis præsentes litteras dedimus, et consimiles retinuimus ad perpetuam memoriam, sigilli nostri munimine roboratas; anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, in crastino octabarum Nativitatis beatæ Mariæ virginis.

CCLXX.

Septembre 1258.

LITTERA domini regis, quod subsidium sibi factum per cives remenses, nullum generet prejudicium archiepiscopo.

Marl., II, 548. — Cart. A de l'Arch., fol. 57, verso. — Cart. C du chap., fol. 2. — Suppl. de Rogier, p. 17. — Bibl. de Reims, portef. J et K, nos 36 et 72.

Ludovicus..... universis..... salutem. Dilectus et fidelis nostris (*sic*) Th. remensis archiepiscopus, ad instanciam nostram voluit, et nobis concessit, ut burgenses remenses rogaremus ut subsidium facere nobis velint; nos autem jus ejusdem archiepiscopi conservari volentes illesum, nolumus ut istud factum trahatur in consequentiam, vel quod per hujusmodi preces nostras, de assensu predicti archiepiscopi eisdem burgensibus factas, prefato archiepiscopo aut suis successoribus in posterum, aliquod prejudicium generetur. Actum Parisius, anno Domini M° CC° L° VIII°, mense septembri.

CCLXXI.

21 décembre 1258.

CARTA Thome remensis archiepiscopi, de ecclesiis que, cessante capitulo, a divinis cessare debent.

Marl., II, 547. — Livre Rouge du chap., fol. 207. — Livre Blanc du chap., fol. 45. — Cart. E du chap., fol. 16. — Cart. C du chap., fol. 213, verso. — Necrolog. eccl. rem. *ad calc.*, fol. 12.

Thomas, Dei gratia remensis archiepiscopus, universis.... Notum facimus, quod cum discordia verteretur inter nos ex una parte, et dilectos filios decanum et capitulum remense ex altera, super eo quod, cum ipsi essent in possessione, vel quasi, mandandi presbiteris et ecclesiis conventualibus civitatis et suburbiorum remensium, quod ipsi cessarent ad mandatum dicti capituli, dicto capitulo cessante, excepta ecclesia S. Remigii; et ipsi presbiteri, et alie ecclesie cessarent dicto capitulo cessante, et organa resumerent ad mandatum dicti capituli, et nos inhibuissemus predictis presbiteris et ecclesiis, ne ipsi ad man-

Digitized by Google

datum dicti capituli in hoc obedirent, nec obedierunt in hoc dicto capitulo, propter quod dictum capitulum a nobis erat spoliatum; tandem de bonorum consilio, predictam inhibitionem revocavimus, et revocamus, et predictos decanum et capitulum restituimus ad possessionem, vel quasi, predictam, consentientes quod predicti presbiteri et ecclesie cessent ad mandatum dicti capituli, dicto capitulo cessante, et resumant organa ad mandatum ejusdem, dicto capitulo organa resumente. Volumus eciam et expresse consentimus, quod non possumus, occasione predictorum, aliquid petere a dicto capitulo, ratione dampnorum seu eciam expensarum. In cujus rei testimonium.... Actum anno Domini millesimo cc° quinquagesimo octavo, die sabbati ante Nativitatem Domini.

CCLXXII.

CARTA domini archiepiscopi, de roya terre. 21 décembre 1258.

Archiv. du chap., lay. 1, liass. 1, n° 6.

Thomas, Dei gratia remensis archiepiscopus, universis.... Notum facimus, quod cum discordia verteretur inter nos ex una parte, et dilectos filios decanum et capitulum remense ex altera, super eo quod ipsi dicebant nos in mansionarios ecclesie, et servientes tam communes quam proprios capituli et canonicorum, nullam ratione roye terre habere justitiam; nobis e contrario asserentibus, dictam justitiam ratione roye terre in dictos mansionarios et servientes ad nos pertinere; item super eo quod nos dicebamus ipsos decanum et capitulum domum Morandi de Ruella in prejudicium nostrum diruisse, cum ad ipsos jus diruendi, prout dicebamus, minime pertineret : tandem inter nos et ipsos, super premissis ita actum extitit, et concorditer ordinatum, videlicet, quod nos et successores nostri gaudebimus plene et integre de roya terre, et ea utemur adversus omnes, et adversus mansionarios et servientes tam communes quam proprios capituli et canonicorum remensium, plene et integre, quantum ad justitiam, emendas, et alia que ad royam terre de consuetudine pertinebunt; hoc salvo, quod nos expresse consensimus, ut per compositionem istam, predictis servientibus capituli et canonicorum, et ipsi capitulo, et canonicis, ac nobis, in juribus, consuetudinibus et libertatibus, nostris,

Digitized by Google

ac suis, aliis a dicta roya terre, et royam terre pertinentibus, nullum prejudicium generetur. Super vero alio articulo domus dirute, ita concorditer actum est, quod per illud factum neutri partium predictarum in proprietate, vel in possessione, aliquod prejudicium generetur; et quod de facto isto neutra partium possit adversus alteram super proprietate vel possessione in posterum se juvare. Volumus etiam et expresse consentimus, quod non possimus occasione predictorum aliquid petere a dictis capitulo et canonicis, ratione dampnorum seu etiam expensarum. In cujus rei testimonium.... Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, die sabbati ante Nativitatem Domini.

CCLXXIII.

23 décembre 1258.

SENTENTIA arbitralis inter archiepiscopum remensem et capitulum prolata, de Francis servientibus, et avanagio et nonnullis aliis.

Archiv. du chap., lay. 1, liass. 1, n° 5. — Cart. A de l'Archev., fol. 19.

J. prepositus S. Audomari, et magister G. de Vallegrinosa canonicus remensis, universis.... Notum facimus, quod cum discordia verteretur inter reverendum patrem Thomam, Dei gratia remensem archiepiscopum ex una parte, et decanum et capitulum remense ex altera, super articulis infra scriptis; tandem dicte partes voluerunt, et expresse consenserunt, quod nos super eisdem articulis, ordinaremus et pronuntiaremus; promittentes videlicet, dictus archiepiscopus in verbo Domini, dicti decanus et capitulum sub juramento prestito in animam capituli a P. succentore remensis ecclesie de mandato capituli, se firmiter et inviolabiliter observaturos quicquid super eisdem articulis per nos esset pronuntiatum seu etiam ordinatum. Nos autem ordinacionem nostram seu dictum, deliberatione habita, protulimus in hunc modum. De mansionario siquidem capituli suspenso, non convicto nec confesso, nec in presenti delicto capto, nec etiam per sentenciam condampnato, dicimus quod emendabitur manualiter; emenda vero erit talis : afferetur ab uno vel pluribus servientibus archiepiscopi, non vilis status, saccus plenus palea, cum capucio in fine sacci, a furcis vel

Digitized by Google

prope usque ad januas ecclesie; et prepositus archiepiscopi tenebit manum suam ad saccum, saltem ex quo erit infra fossata.

De mansionario siquidem capituli bannito : dicimus quod bannicio ubi facta fuit, revocetur.

De fractione ville capituli de Ponte Fabricato pluries fracte, et quadam vice per reverendum patrem Thomam remensem archiepiscopum, negat archiepiscopus se fregisse. Si vero fuerit repertum, quod per alios alias factum fuerit, de quo adhuc non constat, dicimus quod emendetur.

De fractione terre capituli versus S. Remigium, quam fractionem abbas S. Theoderici debuit facere emendari : dicimus, si non est factum, quod fiat per abbatem.

De Balduino majore capituli, et de apparitore capituli captis, et turpiter ductis ad Portam Martis, et in carcere positis ibidem : dicimus quod manualiter emendetur.

De clerico fratrum Brethemet capto in servicio capituli, et turpiter ducto ad Portam Martis : dicimus quod manualiter emendetur.

De Richardo custode ecclesie detento in Porta Martis: dicimus quod, quia tantum verbalis fuit detencio, non fiet emenda.

De fractione terre capituli pre Malegrape : dicimus quod fiet restitucio, et manualiter emendetur.

Pro omnibus vero predictis emendis, de quibus tantum supradictum est, ut manualiter fiant : dicimus quod aliquis non vilis status faciat in ecclesia remensi duas processiones in tunica et caligis, sine corrigia et coyffa : unam videlicet in dominica proximo sequenti, et alteram in alia dominica proximo subsequenti.

De trecentis libris pro dampnis capitulo illatis a comite regitestensi : dicimus quod relinquitur archiepiscopi voluntati.

De triginta libris de Mosomo pro candelabris altaris : dicimus quod inquiretur per illos, vel per duos illorum, vel unum de capitulo qui debent ire apud Mosomum, utrum archiepiscopus restituere teneatur; et si invenerint quod sit, archiepiscopus restituet; si vero invenerint quod alius teneatur ad restitucionem, qui jurisdictioni archiepiscopi sit subjectus, archiepiscopus eum compellet ad restitucionem, prout de jure fuerit faciendum.

De octoginta libris de Pancyo pro emenda : dicimus quod quia levata fuit emenda ista pro commisso sacrilegio, ut videtur, in quo casu jurisdictio ad archiepiscopum pertinet, nulla fiet restitucio; et dicimus quod per istud factum neutri partium, in possessione vel proprietate, prejudicium generetur.

De fractione domus thesaurarii remensis : dicimus quod quia domus thesaurarii est non ratione canonie, sed ratione thesaurarie quam tenet in feodum ab archiepiscopo, non fiet emenda capitulo.

De mille libris mutuatis bone memorie Joello quondam archiepiscopo remensi : dicimus quod istum articulum ponimus in suspenso, nec super ipso ad presens volumus diffinire.

De Mauritio de Goucencort : dicimus quod ipse petet restitucionem in curia archiepiscopi, et fiet ei prout jus dictabit.

Idem etiam dicimus de relicta et liberis defuncti Davidis Walet.

De avenagio vero, dicimus quod a mansionariis ecclesie non poterunt vicecomites habere ultra summam quinque solidorum turonensium; sed citra dictam summam percipient secundum quod inter ipsos vicecomites et mansionarios conventum fuerit, seu consensum.

Ut autem super roya terre jurisdictione, mansionariis ecclesie, et servientibus capituli et canonicorum, tam propriis quam communibus, caveatur, ne pretextu jurisdictionis predicte, a prepositis vel servientibus archiepiscopi indebite vexentur, seu etiam molestentur : dicimus quod archiepiscopus a preposito suo, quotienscumque de novo institutus fuerit, recipiet specialiter juramentum, quod dictos mansionarios ecclesie, vel servientes capituli et canonicorum tam communes quam proprios, occasione seu sub pretextu dicte jurisdictionis roye terre, nullatenus vexabit indebite, seu etiam molestabit; et in recepcione juramenti tenetur vocare archiepiscopus socios suos canonicos remenses, et unum de illis qui in ecclesia residebunt.

Istos autem articulos causa brevitatis ita obscure in scriptis redegimus, quia ad habendam rei geste memoriam, et plenum ipsius intellectum, partibus verba sufficiunt supradicta. In memoriam autem gestorum, presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, feria secunda ante Nativitatem Domini.

Digitized by Google

CCLXXIV.

INSTRUMENTUM officialis curie archidiaconi remensis, quo constat ecclesie conventuales et collegiate remenses cessavisse a divinis, et organa resumpsisse, ad mandatum capituli remensis. 27 decembre 1358.

Necrolog. eccl. rem., *ad calc*, fol. 12, verso.

Universis presentes litteras inspecturis, magister Pontius de Parnaco, officialis curie domini Octoboni cardinalis, remensis archidiaconi, salutem in Domino. Noverint universi, quod anno ab incarnatione Domini M° CC° quinquagesimo octavo, sabbatho ante Nativitatem Domini in sero, fuit ex parte capituli remensis, coram fideli clerico curie domini archidiaconi ad hoc a nobis specialiter destinato, datum in mandatis presbyteris et ecclesiis conventualibus et collegiatis civitatis et suburbiorum civitatis remensis, excepta ecclesia S. Remigii, quod ipsi cessarent, videlicet divina officia submissa voce celebrando, quia ipsum capitulum cessabat, submissa voce celebrando divina. Secunda autem feria sequente, circa horam vespertinam, mandatum fuit presbyteris et aliis ecclesiis ante dictis, ex parte dicti capituli, coram clerico fideli curie ante dicte ad hoc specialiter misso, quod [*sic*, quia?] ipsum capitulum organa sua resumpserat, quod ipsi presbyteri et ecclesie organa sua resumerent. Deinde vero ecclesiarum conventualium et collegiatarum remensium personne infra scripte, videlicet abbas S. Dyonisii, abbatissa S. Petri, abbatissa Sororum S. Damiani, supprior S. Nicasii, prior Vallis Scholarium, supprior Fratrum Predicatorum, gardianus Fratrum Minorum, decanus S. Simphoriani, et thesaurarius S. Thimothei, prior de Diulimire, presbiter S. Cosme, presbyter S. Anthonii, presbyter S. Patricii, presbyter S. Lazari, et singuli presbyteri parochiarum remensium, coram fideli clerico curie domini archidiaconi, ad hoc specialiter deputato, propter hoc constituti, recognoverunt et assertive tulerunt quod ad mandatum capituli remensis in ecclesiis suis cessatum fuit, et organa sua resumpserunt ad mandatum capituli, secundum formam mandatorum predictorum, sibi ex parte ipsius capituli traditorum; et quod cessatio ante dicta duraverat, de mandato dicti capituli, a dicto sabbatho

Digitized by Google

proximo ante Natale Domini, usque ad diem lune sequentem in hora vespertina. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo curie domini archidiaconi fecimus communiri. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo octavo, feria sexta post Nativitatem Domini.

CCLXXV.

Ann. 1258. ANNO Domini M° CC° L° octavo. Li jugement de ceste année.

Livre Rouge de l'Échev., p. 45.

Wautiers Chantars fu semons pour défaute de I ban, et il disoit que à ce ban il n'avoit mie estei, qu'il avoit eut essoinne; et li maires voloit qu'il nommast qué essoigne; et il no voloit mie nomeir, se droiz no disoit.

Droiz en fu diz, que se il voloit jurer sor sainz que à cele eure, et au jour que li bans fu huchiez, il avoit essoigne loial de son cors, par tant en iroit quites.

Li maires fit semonre Mareschal de la Couture, et li demanda la défaute de I ban qui avoit esté huchié; et cis disoit qu'il en avoit bien fait ce qu'il devoit, et li maires voloit qu'il jurast qu'il i avoit estei à armes, ainsi com il devoit, et muz au soleil levant, et eust fait ce que il devoit.

Droiz en fu diz, que se il voloit jurer sor sainz que au ban il eust estei si com il dut, et fait ce qu'il deust, par tant en iroit quites.

CCLXXVI.

4 février 1259. LITTERÆ J. de Villarisicco officialis G. de Braïo remensis ecclesiæ archidiaconi, quibus patet quod cum defunctus Bertrannus de Verzelaio haberet triginta solidos annui redditus super domum quam tenet Sadetus canonicus S. Symphoriani, et medietatem dicti census legasset pauperibus carcerariis quinque ecclesiarum parochialium remensium, videlicet S. Dionisii, S. Stephani, S. Petri Veteris, S. Hylarii et S. Symphoriani, provisor dictorum carcerariorum dictam medietatem dicti supercensus vendidit ecclesiæ S. Dionisii remensis, pretio XV librarum turo-

Digitized by Google

neusium. Actum anno M° CC° L° VIII°, feria tertia post Purificationem B. Mariæ Virginis.

Cart. de Saint-Denis, p. 177.

CCLXXVII.

CONCORDIA inter remensem archiepiscopum et episcopum leodiensem pro firmitate de Duziaco [1]. 8 juin 1259.

Marl., II, 548.

CCLXXVIII.

EPISTOLA Thome remensis archiepiscopi ad Ludovicum regem, de restitucionibus faciendis. 17 août 1259.

Archiv. du Roy., J, cart. 367, n° 2.

Excellentissimo domino suo, Ludovico, Dei gracia Francie regi, Thomas eadem gracia remensis archiepiscopus, salutem in Domino. Cum interdum excellencie vestre casus occurrant, in quibus aliquas restituciones facere vos expedit ob consciencie scrupulum evitandum, nec potestis invenire personas quibus sit restitucio facienda, vestre volentes consulere securitati pariter et saluti, tenore vobis presencium quantum in nobis est, indulgemus, ut quociens in civitate et dyocesi nostra casus hujusmodi vobis occurrerint, sive in bonis Judeorum, sive in aliis quibuscumque, liceat vobis per vos, sive per alios, summam vel summas quas restitui ex causis hujusmodi oportebit, in pios usus expendere, prout secundum Deum vestre fuerit beneplacitum voluntatis. Datum apud S. Vulnaram in bosco, dominica post Assumpcionem B. Virginis, anno.... M° CC° quadragesimo nono [2].

[1] « Marlot a pris cette charte pour une « autre. Ce titre n'est qu'une transaction « entre l'évêque de Liége et l'archevêque de « Reims pour le partage par moitié des jus- « tices et droits des lieux qui y sont énoncés. « Il n'y est point parlé de la fosteresse de « Douzy en particulier. Il y a sur cela un « acte particulier, datté du même jour, où est « inséré l'acte de Thomas de Beaumets, qui « promet de ne point fortifier Douzy. Voyez « mon recueil.... Les signatures sont altérées « [dans Marlot], lisez : G. de Brayo, H. de « Flamains, F. de Cani, H. de Caitaing, « H. des Armoises, G. Engilbertus, H. le « Borch, T. de Los, d'Orbais, de Mirmont, « Huffalisia, etc., etc. Cette charte a été « ainsy corrigée sur deux anciennes copies. »

L'acte donné par Marlot, malgré l'erreur signalée par Lacourt, n'en a pas moins de l'intérêt. Le recueil de celui-ci étant l'un de ceux que nous a refusés la ville de Reims, nous n'avons pu compléter la rectification qu'il nous indiquait.

[2] Il se trouve dans le même carton trente-

Digitized by Google

CCLXXIX.

Septembre 1259.

ARRESTA, judicia, et consilia Parisius expedita in pallamento octabarum Nativitatis B. Marie, anno Domini M° CC° L° IX°. — [De saisina gardie S. Remigii.]

Olim, I, fol. 96, verso. — Rec. de pièces concern. les Pairs de France, p. 57 (daté du 8). — Hist. généal. de la Maison de France, II, pr., p. 95.

Cum contentio verteretur inter dominum regem et abbatem ac conventum S. Remigii remensis [ex una parte] et archiepiscopum remensem ex altera, super garda S. Remigii remensis, pro ipso domino rege ac pro abbate et conventu predictis, contra ipsum archiepiscopum proponebatur in hunc modum, videlicet, quod dominus rex gardam B. Remigii remensis que ad ipsum spectabat, et cujus saisina, monachis non vocatis, monasterio eciam vacante abbate, et (*sic*) archiepiscopo tradita fuerat, in manu sua caperet et teneret : et ipsam gardam advoabant ipsi abbas et conventus a domino rege; archiepiscopus petiit diem consilii, et postmodum ostensionem, et habuit. Preterea, die sibi assignata qua idem archiepiscopus debuit respondere, defecit. Altera vero die sibi assignata ad procedendum secundum omnia arramenta, abbas et conventus proposuerunt contra ipsum archiepiscopum modo predicto : Cum archiepiscopus post diem consilii et ostensionem defecerit, petivimus gardam monasterii nostri in manu regis poni et remanere, et super eo imponi perpetuum silencium archiepiscopo supradicto, vel jus. Dominus vero Julianus de Perona miles, facta protestacione quod a causa proprietatis non intendebat recedere, nec recedebat, petiit pro domino rege, quod sicut saisina ipsius garde sine compulsione juris tradita fuit eidem archiepiscopo, et per tales qui, a domino rege existente in partibus transmarinis, potestatem super hoc non habebant, ita saisinam ipsam sine compulsione juris resumeret in manu sua. Archiepiscopus vero hiis auditis, dum ad premissa deberet respondere, habito consilio suo, petiit in hac causa judicari per pares suos, cum in hac causa dependeat magna pars dig-

huit autres lettres écrites par autant d'évêques, entièrement semblables à celle-ci. — Voyez sur le même sujet une bulle du 11 avril 1258, Joinville, *observ.* de Ducange, p. 117, et Raynald. *Ann. eccl.*, XXII, p. 26, n° XVI.

Digitized by Google

nitatis et parie sue, vel jus. Dominus rex, habito consilio suo, dixit ei per jus, quod in hoc non haberet judicium parium suorum, et fuit ei dictum quod responderet. Archiepiscopus vero hoc audito, petiit judicari per pares suos, utrum in hac causa haberet judicium parium suorum. Dictum fuit et responsum eidem per jus, quod in hoc judicio faciendo non haberet pares suos, et quod responderet. Archiepiscopus vero pretendens quod aliud non poterat facere sine consilio capituli sui, nec audebat, noluit respondere, nec aliud facere sepius requisitus. Tunc dominus rex attendens tantam contumaciam et defectum, et in curia post diem consilii, post diem ostensionis, et in causa proprietatis, super hoc habuit consilium suum. Quo habito judicatum fuit quod dominus rex caperet in manu sua, et per jus, gardam [1] B. Remigii remensis.

CCLXXX.

Anno Domini millesimo cc° l.° ix°. Li jugement de ceste année. Ann. 1259.

Livre Rouge de l'Échev., p. 46.

Tiébaus li Nate fist semonre Jehan Passoulet, et dit qu'il avoient achetei cuirs entre eus quatre, et furent-il quatre as cuirs acheteir; s'en demandoit son quart, et que parsons s'en fu faite. Jehan respondi, et dit qu'il li avoit estei chargié qu'il achetast pour II autres qui ne furent mie présent auvec les IIII : se n'en voloit mie faire parson à celui Tiébaut que do sisième, se droiz n'estoit. Cis Tiébaus dit que il n'avoient estei que quatre à la paumée et au d. Deu doneir, ne parlei n'avoit estei des II : s'en vueit avoir son quart, se droiz le dit; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz, que puis que il ne furent que quatre à la paumée faire, ne parlei ne fu des autres II, que cis Tiébaus devoit avoir son quart des cuirs.

Perressons de Lavanne se clamma de Jehenin, de ce que cis Jehennins avoit I tordoir à oile en sa maison, et l'avoit mis selonc I torchiz qui les clooit; se ne voloit mie qu'il i demourât, se droiz n'estoit,

[1] Cet acte n'adjuge au roi que la saisine et non la propriété de la garde de l'abbaye. C'est sans doute pour cela que nous allons voir le procès continuer, malgré l'arrêt que nous venons de rapporter. Consulter d'ailleurs sur ce point la *Gall. christ.*, IX, 115.

Digitized by Google

car il estoit en sa grevance. Cis Jehans respondi qu'il n'avoit fait chose qu'il ne poist et deust faire en sa maison. Li échevin virent le torchiz et le liu où il estoit, et sour ce s'en misent les parties à droit.

S'en fu droiz diz que selonc les paroles des parties, et la veue des eschevins, que li tordoirs ne pooit ne devoit remenoir ou liu où il estoit, pour la grevance qu'il avoient veue dou plaignant.

[1] Miles Frouissares et l'église de Clermarés se clamarent de Bertran Tiécet, de ce que cis Bertrans métoit ı estal volage devant sa maison en la Cordoenerie, einsi com li cordoenier métent leur huges, sour lequeil estal il vendoit oint, et siu et graisse, et ce qui apartient à mestier d'ointerie, qui estoit en la grevance celui Milon et l'église de Clermarés, qui avoient une maison as lonc, si comme il disoient; ne us ne coustume n'avoient que on i poist vendre teis choses en la Cordoenerie. Cis Bertrans disoit encontre, qu'il ne faisoit chose qu'il ne deust, que la maisons estoit sienne, et l'estal il l'ostoit et metoit si comme il faisoient leur huges, et tenu l'avoit tenure et plus. La partie redisoit encontre, qu'il en avoit estei autre foiz osteiz : se ne voloit mie qu'il i demourât, se droiz n'estoit.

S'en fu droiz diz par conseil de bones genz, que cis Bertrans ne disoit chose par que il i deust avoir estal pour vendre oint, ne siu, ne graisse dehors sa maison, pour ce que c'estoit rue de Cordoenerie, ne us ne coustume n'estoit de vendre tel chose à estal dehors sa maison; sauf ce que, cant il vorra, il i porra metre huge pour vendre cordoenerie et chose oneste qui ne griet à voizin.

Liébers fist semonre Jehan Bobelin, et le trast en cause par devant le prévost, et dit que d'un descort qui avoit estei entre eus, mise avoit estei faite sour eschevins, et en fu le drois dis; se requéroit qu'il tenît le dit; et au prévost qu'il li feist tenir. Et cis Jehans disoit encontre, qu'il voloit que cis Liébers li certefiast se la mise avoit estei faite sour tous les eschevins, ou sour partie; et cis Liébers dit qu'il no certifieroit autrement, se droiz n'estoit. Et sour ce il se misent à oïr drois d'eschevins.

[1] « Chaussée. »

Digitized by Google

S'en fu droiz diz d'eschevins, par le conseil de bonnes gens, que cis Jehans ne disoit chose par que cis Liébers li deust autrement certefier qui avoit dit.

CCLXXXI.

CARTA qua Thomas remensis archiepiscopus, causam a curia archidiaconi remensis ad suam curiam advocat. 31 janvier 1260.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 317.

Th. Dei gratia remensis archiepiscopus, dilecto filio magistro Bertranno sigillifero curie remensis, salutem. Causam que vertitur coram dilecto filio officiali curie venerabilis patris (*sic*) domini Octoboni cardinalis, remensis archidiaconi, inter dilectos filios abbatem et conventum S. Theoderici ex parte una, et homines ville de Chiennai ex altera, ad nos advocamus, tibi mandantes quatinus dicto officiali inhibeas ex parte nostra, ne de causa illa se ulterius intromittat; assignans partibus predictis diem peremptorium et competentem coram nobis, ad procedendum in causa ipsa prout de jure fuerit procedendum. Et quid inde feceris, nobis rescribas. Datum anno Domini M° CC° L° nono, sabbato ante Purificationem B. Virginis.

CCLXXXII.

MANDATUM archiepiscopi remensis suis commensalibus quibus committit vices suas in causa inter homines de Chenayo et abbatem S. Theoderici. 13 février 1260.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 317, verso.

Th. Dei gratia remensis archiepiscopus, dilectis filiis Wermondo et magistro Jacobo dicto Ferron, canonicis remensibus, commensalibus nostris, salutem in Domino. In causa que vertitur inter dilectos filios abbatem et conventum S. Theoderici ex parte una, et homines de Chenayo ex altera, vobis, vel alteri vestrum, committimus vices nostras, donec presens mandatum duxerimus revocandum. Datum anno Domini M° CC° L° IX°, feria sexta post octabas Purificationis B. Virginis.

CCLXXXIII.

16 mars 1260. RESCRIPTUM quo clericus archiepiscopi remensis, ei significat se diem assignavisse coram ipso, abbati S. Theoderici et hominibus de Chenayo.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 317.

Reverendo patri ac domino Th., Dei gracia remensi archiepiscopo, magister Bertrannus ejus sigillifer et clericus, salutem, et quicquid domino atque patri cum omni servicio et honore. Noverit vestra paternitas reverenda, quod ego mandatum vestrum, presentibus litteris hiis appensum, fui in omnibus et per omnia executus, et diem partibus coram vobis, vel coram illo vel illis cui vel quibus causam dictarum partium duxeritis committendam, assignavi Remis in capitulo remensi, ad feriam terciam ante Ramos Palmarum infra meridiem. Datum anno Domini M° CC° L° IX°, feria tercia post *Letare Jerusalem*.

CCLXXXIV.

Mars 1260. CARTA qua Thomas remensis archiepiscopus notum facit, quod quilibet mansionarius capituli extrinsecus adveniens, poterit avanari a vicecomitibus, mediantibus quinque solidis.

Archiv. du chap., lay. 1, liass. 1, n° 7. — Livre Blanc du chap., fol. 121, n° LXXVII, liberté 36e. — Cart. AB et cart. C du chap., fol. 23, et 195, verso. — Cart. A de l'Archev., fol. 18.

Thomas..... remensis archiepiscopus..... Noveritis quod cum inter nos ex una parte, et dilectos filios decanum et capitulum remense ex altera, discordia verteretur, super eo quod nos dicebamus mansionarios capituli forinsecus advenientes, per vicecomites nostros debere avanari; tandem de utriusque partis consensu, et amicabili interveniente tractatu virorum venerabilium, videlicet domini J. de Blesis prepositi S. Audomari, et G. de Vallegrignosa canonici remensis, inter nos et capitulum ita extitit ordinatum, quod quilibet mansionarius capituli extrinsecus adveniens, poterit avanari a vicecomitibus predictis, mediantibus quinque solidis turonensibus, et non plus dicti vicecomites a dicto mansionario, nec aliud nomine nostro, vel

Digitized by Google

archiepiscopatus remensis, poterit exigere. Sciendum tamen est, quod dicta avanatio facta per dictos vicecomites, nomine nostro, vel archiepiscopatus, vel per alias quascumque personas, mediantibus dictis quinque solidis, vel infra, non proderit ipsis mansionariis, nisi quandiu ipsi mansionarii in banno capituli predicti morabuntur Remis; sed si ipsos alibi morari contingat proinde, ad consuetudines et thelonea nostra tenebuntur ac si nunquam fuissent avanati.... Datum Remis, anno M° CC° L° IX°, mense marcio.

CCLXXXV.

EPISTOLA Alexandri papæ IV ad regem Francorum, qua eum rogat ut monasterii S. Remigii custodiam archiepiscopo remensi restituat. 17 avril 1260.

Cart. A de l'Archev., fol. 23, verso.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Christo filio illustri regi Francorum, salutem.... Ille sincerus paterne dilectionis affectus quo personam tuam prosequimur, illeque fervens caritatis zelus regnique [*sic*, quo?] tui vehementer appetimus incrementum, firmam nobis prebent de tua serenitate fiduciam, ut apostolicas exhortationes et preces, et presertim illas quas pro honore tuo tuaque tibi salute dirigimus, et prompta devocione suscipere, ac devota promptitudine debeas adimplere. Quanto enim sincerius te diligimus, et de te confidenciam gerimus pleniorem, tanto libencius et efficacius adimpleri hujusmodi exortacionnes et preces a regia benignitate speramus, qui non solum pro personis ecclesiasticis et ecclesiastica libertate quorum precipuum te novimus defensorem, verum ecclesiam [*sic*, etiam?] pro quibuscumque aliis personis atque negociis, etiam in arduis, omnimodam penes te credimus efficatiam invenire. Hec autem sic tuta fiducia, et confidentia sic secura, non solum ex eo procedunt, quod te inconquietis ubera brachiis sinceritatis asurgimur, sed ex eo etiam quod et tu ea que Deo ac nobis complaceant libenter opere peragis efficaci, propter quod non minus prompta [*sic*, promptum?] in adimplendis hujusmodi precibus invenire te credimus, quod exhibeamus nos voluntarios in rogando. Sane intimate [*sic*, inti-

Digitized by Google

matum?] olim nobis [a] venerabili fratre nostro archiepiscopo remensi accepimus, quod licet custodia seu gardia monasterii S. Remigii remensis, ad ipsum de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinere noscatur, et tam ipse quam predecessores sui in pacifica possessione, vel quasi, hujusmodi custodie sive gardie fuerint, ad instanciam abbatis et quorumdam monachorum ejusdem monasterii, falso tibi suggerencium, quod ad te pertineat gardia seu custodia monasterii supradicti, archiepiscopum ipsum super hoc in tua curia litigare cogebas, excercendo in hac parte de facto vices judicis et actoris, in ejusdem archiepiscopi prejudicium non modicum, et derogacionem libertatis ecclesiastice manifestam; maxime cum hujusmodi questio non ad secularem forum, sed tantum ad ecclesiasticum pertineret. Propter quod magnitudinem tuam, per nostras sub certa forma litteras, monendam rogandamque duximus attencius et ortandam, ut habeas eundem archiepiscopum pro nostra et apostolice sedis reverencia propensius commandatum, [et?] ipsum, qui alias benignitatem regiam sibi asserebat fore propiciam, ad litigandum super hoc in eadem curia nullatenus coartes, presertim cum idem super eadem custodia seu gardia, si aliquod jus in ea videris habere, paratus esset magnificencie regie coram competenti judice respondere. Sed sicut ex ejusdem archiepiscopi iterata insinuatione nobis innotuit, tu gardiam seu custodiam ipsam per quendam servientem tuum, quem ad hoc deputasse diceris, saisiri fecisti, illamque, licet hujusmodi nostras receperis litteras, ad manus tuas detines in ipsius archiepiscopi prejudicium et gravamen, reputans ipsum de causa, ut dicitur, contumacem, quod in foro tuo super custodia seu gardia ipsa noluit respondere; super quo tanto vehemencius admiramur, quanto cercius novimus, quod tue potencie brachium ecclesiastica semper jura deffendere, non deprimere, consuevit. Verum quia dictus archiepiscopus jam dictum super hoc appostolice provisionis presidium imploravit, nos attendentes quod semper fuisti ecclesiarum amator, precipuus defensor libertatis ecclesiastice, singularis ac specialis justicie gubernator, providimus appostolica tibi super hoc scripta dirigere per que ad emendationem premissorum tue circumspectionis perspicacitas judicatur [*sic*, inducatur?]. Ideoque excellenciam tuam, sicut iterum sic

Digitized by Google

attencius rogandam, monendam, duximus et ortandam, quatinus premissa omnia infra tui claustra pectoris sollicita meditatione revolvens, pensans etiam quid in hac parte tue fame expediat et saluti, predictam custodiam seu gardiam, ob reverenciam appostolice sedis et nostram, archiepiscopo predicto restituas, prefatum servientem tuum removendo penitus ab eadem, neque dictum archiepiscopum de cetero ad littigandum super illa in tuo foro quoquo modo compellas, ita quod idem archiepiscopus nullam deinceps habeat de te materiam conquerendi, tueque fame sinceritas propter hoc nullis possit contagiis maculari, ac nos, qui in tuis justis et bonis operibus specialiter delectamur, et qui ex officii nostri debito, ecclesiis et personis ecclesiasticis in earum jure adesse tenemur, condignas tibi propter hoc gracias refferentes, non minus gaudere possimus jura predicte remensis ecclesie per te integra ac illesa consistere, quam regiam benignitatem super premissis ad preces et exhortationes nostras promptam et favorabilem invenisse. Datum Anagnie, xv kal. maii, pontificatus nostri anno vi°.

CCLXXXVI.

Sentencia commensalium archiepiscopi in causa que inter abbatem et conventum S. Theoderici et homines de Chenayo vertebatur. 18 avril 1260.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 317, verso.

Universis presentes litteras visuris, magister Jacobus dictus Ferrons, canonicus remensis, socius et commensalis domini reverendi patris Th., Dei gratia remensis archiepiscopi, delegatus seu auditor datus a reverendo patre predicto in causa quam dudum vir religiosus abbas S. Theoderici juxta Remis, nomine ecclesie sue, coram officiali archidiaconi remensis, auctoritate ordinaria, contra Merardum, Guillotum ejus filium, Monstellum filium Le Gay, Jacobum filium Frouardi, filium la Papelarde, Thiericum Regem filium Blecheri, Drouetum Parmentarium, Willelmum Cambrecis, Ernaudum Suiron et Giletum filium Orreil moverat, quam causam dictus remensis archiepiscopus ad suum examen dignum duxit advocandum, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum abbas predictus, Merardum

Digitized by Google

et ejus consortes in lite coram officiali domini archidiaconi remensis auctoritate ordinaria traxisset in causam, nomine ecclesie sue petitionem suam ibidem edidit in hec verba :

Dicit abbas ecclesie S. Theoderici, nomine dicte ecclesie, contra Mairardum, etc....., quod ipsi, et quidam alii eorum complices et fautores, conspiratione prehabita inter ipsos, in ciminis et proprio fundo ipsius ecclesie foderunt, extraxerunt lapides, et arbusta in dictis locis existentia evulserunt, erradicaverunt a dictis locis, ciciderunt (*sic*) et asportarunt, premissa fieri procuraverunt, presentes fuerunt, auctoritatem, consilium et auxilium premissa facientibus impendentes in premissis, verbo et opere consentientes, licet eis non esset jus talia faciendi; et quod hec fecerunt in injuriam, dedecus, et gravamen ipsius abbatis et ecclesie sue predicte, et contra inhibitionem eis factam ex parte ipsius abbatis et ecclesie sue predicte; et quod premissa, ut dictum est, tribus diebus et vicibus perpetrarunt. Unde cum dictus abbas, nomine dicte ecclesie, in dictis locis vicecomitatum et omnem justiciam temporalem, tam altam, quam bassam, habeat et obtineat, et obtinuerit ipse et predecessores sui a retroactis temporibus, et sit in possessione vel quasi premissorum; et secundum usum et consuetudinem dictorum locorum et vicinorum, hujusmodi facientes teneantur pro quolibet facto ipsi abbati, ita quod quilibet ipsorum teneatur ipsi abbati in emenda, et pro emenda dicto abbati, pro hujusmodi facto, in sexaginta solidis et uno denario parisiensi, videlicet pro eo quod foderunt in dictis locis, seu etiam arbusta evulserunt seu ceciderunt; item et in viginti duobus solidis et dimidio parisiensi teneantur similiter ipsi abbati, pro eo quod premissa contra inhibitionem ex parte ipsius abbatis factam perpetrarunt; item, cum ipsi asportaverint dicta arbusta et res ab ipsis effossas in dictis locis, et dicta loca premissa spoliaverint, et propter hoc, secundum dictum usum et consuetudinem, teneantur, ita quod quilibet ipsorum [teneatur abbati?] pro seipso et insolidum, ad emendam et penam ipsi abbati, pro voluntate ipsius abbatis, prout eam duxit extimandam; petit dictus abbas, nomine sue ecclesie, a dictis hominibus dictas emendas sibi fieri in premissis, ita quod quilibet ipsorum dictam emendam faciat pro se ipso, et dictas pecunie

Digitized by Google

summas, nomine emende, ipsi reddant abbati. Petit etiam ipsos ad hec sibi condempnari et compelli, ut dicta arbusta in locum pristinum reponant, et locum inde resarciant memoratum, seu loca, et quod emendant ipsi abbati quod asportarunt dicta arbusta. Petit etiam injuriam sibi et ecclesie sue in premissis factam sibi emendari, quam noluisset a quolibet, etiam pro decem libris, sibi esse illatam; in quibus decem libris petit dictus abbas, nomine dicte ecclesie, ipsos, et quilibet eorum insolidum, sibi condempnari pro dicta injuria, taxatione vestra, domine judex, legitima precedente. Et hec dicit et petit dictus abbas, nomine ecclesie sue predicte, salvo sibi in omnibus juris beneficio.

Lite igitur super hiis sollempniter contestata, prestito a partibus de calumpnia sacramento, factis positionibus et responsionibus hinc inde ad easdem, testibus productis, juratis, examinatis, eorum depositionibus in scriptum reddactis, et postmodum publicatis; die, ad dicendum in testes et dicta testium productorum, assignata, et omnibus rite actis; die assignata ad audiendum judicium, proposita ex parte dictorum reorum questione falsi contra testes et dicta testium a parte altera productorum, et ad hoc probandum testibus quibusdam inductis, et ad reprobandum testes eosdem quibusdam in facto consistentibus ex parte dicti abbatis propositis, et testibus ad hoc probandum inductis; et die assignata ad dicendum in testes et dicta testium hinc inde productorum, et demum omnibus rite actis, die assignata ad audiendum judicium in dicta causa coram officiali predicto; domino remensi causam predictam ad suum advocante examen, et nobis una cum venerabili viro domino Wermondo canonico remensi, ita quod quilibet insolidum, vices suas in dicto negocio committente; prefactis (*sic*) reis tam coram nobis, quam coram domino Vermondo (*sic*), ad plures dies, et demum ad sabbatem ante *Jubilate*, hora prima, pluribus edictis peremptorie ad judicium, audituris diffinitivam sentenciam, evocatis, et intimato eisdem quod sive venirent, sive non, nichilominus procederemus in causa, prout exigebat ordo juris; ipsis reis nec venientibus, nec mittentibus, et ob hoc a nobis pluries ipsis contumacibus reputatis, ipso abbate per procuratorem legitime ordinatum comparente, et quantum debuit expectante, et a nobis, dicto sabbato, hora competenti, instanter petente, ut dictorum reorum non obstante

contumacia, super dicto negocio diffinitivam sentenciam proferremus : Nos, inspectis diligenter universis actis cause predicte, omnibus rite actis, communicato bonorum et juris peritorum consilio, ipsorum reorum absentia Dei replente presentia, ipsos reos, et quemlibet ipsorum insolidum, in sexaginta solidis et uno denario, nomine emende petite, et in viginti duobus solidis et sex denariis, nomine alterius emende petite, et ad hoc quod arbusta asportata, in locum ex quo ipsa asportaverint, reponant, et locum resaisiant de eisdem, per diffinitivam sentenciam condempnamus, eosdem reos ab aliis petitis per eamdem sentenciam absolvantes, ipsi abbati contra dictos reos, questione expensarum in lite factarum, per eamdem sentenciam reservantes : a qua sentencia, in quantum pro dictis reis fuerat promulgata, procurator dicti abbatis sedem apostolicam appellavit. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Actum anno Domini M° CC° sexagesimo, sabbato post dominicam qua cantatur : *Misericordia Domini.*

CCLXXXVII.

22 juin 1260. SENTENCIA qua N. Andreote, officialium remensium delegatus, abbatem et monasterium S. Remigii remensis condemnat ad restitutionem possessionis porte S. Nichasii et clavium ejusdem porte, abbati et conventui S. Nichasii faciendam.

Archiv. de Saint-Nicaise, liass. 13, n° 7.

Universis presentes..... Nycholaus Andreote remensis canonicus, domini pape capellanus, delegatus a viris venerabilibus officialibus remensibus in causa que vertebatur coram ipsis, auctoritate ordinaria, inter abbatem et conventum S. Nichasii remensis ex una parte, et abbatem et conventum et ministeriales S. Remigii remensis ex altera, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum procurator abbatis et conventus S. Nichasii remensis, nomine ejusdem monasterii et pro ipsis,.... abbatem, priorem, suppriorem, tercium priorem, quartum priorem, camerarium, granetarium, celerarium, infirmarium, subinfirmarium, elemosinarium, thesaurarium, pitanciarium, castellanum aliosque ministeriales et conventum S. Remigii remensis

Digitized by Google

coram officialibus remensibus auctoritate ordinaria, ut dictum est, traxisset in causam, petitionem suam edidit in hec verba :

Dicit procurator abbatis et conventus S. Nichasii, nomine dicti monasterii et pro ipsis, contra abbatem, priorem...., etc., et alios ministeriales et conventum monasterii S. Remigii, quod cum dicti abbas et conventus dicti monasterii S. Nichasii essent et diu fuissent in possessione, vel quasi, porte et custodie porte que dicitur porta S. Nichasii, et custodie clavium ejusdem porte, et ponendi ad custodiendum eandem portam, et amovendi custodes a custodia dicte porte, et claudendi et aperiendi eandem pro sue arbitrio voluntatis, ac etiam dictam portam et claves ejusdem custodirent, et ad custodiendum eandem apposuissent ibidem custodes qui custodiebant eandem, predicti abbas, prior et alie persone superius nominate, et conventus.... S. Remigii, seu alii pro ipsis et nomine eorundem, ipsis ratum habentibus, seu fieri mandantibus et consentientibus, predictos abbatem et conventum monasterii S. Nichasii a predicta possessione, vel quasi, seu possessionibus violenter eiecerunt et eici procurarunt, et adhuc dictam possessionem seu possessiones, vel quasi, contra voluntatem ipsorum detinent, in prejudicium eorundem non modicum et gravamen; quare petit dictus procurator...., ad predictam possessionem, vel quasi...., ab ipsis restitui, et ipsos abbatem, priorem...., et conventum S. Remigii, ad hoc sentencialiter condempnari et compelli; et cum dicti abbas et conventus S. Nichasii injuriam propter premissa et impremissis sibi illatam nollent sustinuisse pro mille libris, immo mallent potius tantumdem de suo dedisse vel amisisse, petit dictus procurator..... dictam pecunie summam, pro predicta injuria sibi occasione premissorum illata, a dictis abbate.... et conventu S. Remigii sibi reddi, et ad hoc ipsos sentencialiter comdempnari et compelli, vestra taxatione legitima, domini officiales, precedente. Et cum dampna, custus et expensas, propter premissa et occasione premissorum, dicti abbas et conventus S. Nichasii sustinuerint et fecerint usque ad centum libras, petit idem procurator pro ipsis...., a dictis abbate et conventu S. Remigii dictas centum libras sibi reddi, et ipsos ad hoc sibi sentencialiter condempnari et compelli. Protestatur etiam idem procurator, quod si non probaret omnia premissa, quod illud quod probaret, eisdem abbati et conventui S. Ni-

chasii valeret. Protestatur etiam idem procurator de expensis jam factis, et in lite faciendis; et hoc dicit et petit, salvo jure addendi, minuendi, corrigendi et mutandi, etc., etc.

Nos examinato negocio diligenter, ad decisionem cause et questionis predicte, et eorum que in peticione predicta continentur, Dei nomine invocato, quo astore omnia prosperantur, procedimus in hunc modum : Auditis et intellectis premissarum questionum seu causarum meritis, et super hiis inquisita plenius veritate, lite legitime contestata, jurato de calumpnia hinc et inde, factis positionibus et subsequtis responsionibus ad easdem, testibus productis hinc inde, attestationibus publicatis, auditis ultro citroque que partes proponere voluerunt, concluso in negocio, et juris ordine in omnibus et per omnia observato, die hodierna per citationem predictis partibus ad diffinitivam sententiam promulgandam precise a nobis prefixa, hora prima, via regia incedentes, omni odio et gratia sepositis, habentes pre oculis solum Deum, bonorum virorum communicato consilio, et consideratis omnibus que nos et ipsos movere poterant et debebant, procuratorem abbatis et conventus S. Remigii, et in persona procuratoris abbatem et conventum S. Remigii, in scriptis ad restitutionem possessionis, vel quasi possessionis, porte predicte, custodie porte, et custodie clavium ejusdem porte, ponendi custodes ad custodiendum eandem, et positos amovendi ab ipsa, sentencialiter condempnamus; procuratori abbatis et conventus S. Nichasii, et abbati et conventui per eandem restitutionem predictam, eo modo quo dictum est, debere fieri decernentes; predictum procuratorem abbatis et conventus S. Remigii, et eosdem abbatem et conventum in persona procuratoris, in tercio petitionis articulo quo petuntur dampna, custus et expense, ab impetitione partis adverse, prout petita sunt in scriptis, per eamdem sentenciam absolventes; et nos, procuratorem abbatis et conventus S. Remigii..... in centum libris parisiensibus, taxatis et juratis per procuratorem abbatis et conventus S. Nichasii, eidem procuratori..... condempnamus sentencialiter in scriptis, salvis expensis litis factis occasione premissorum abbati et conventui S. Nichasii, quarum taxationem legitime faciendam nostro arbitrio reservamus. In cujus rei.....

Digitized by Google

Datum anno..... M° CC° sexagesimo, feria tercia ante Nativitatem B. Johannis Baptiste [1].

CCLXXXVIII.

LETTRES par lesquelles Gaucher de Châtillon donne une femme de corps à l'église Saint-Remi de Reims. Juin 1260.

Hist. de la Mais. de Châtill., pr., p. 192.

CCLXXXIX.

PRIVILEGIUM Alexandri pape IV, qui Remigianis concedit, ut remensis archiepiscopus, nisi casu negligentiæ, in abbatis defuncti locum providere non possit [2]. 14 octobre 1260.

Marl., II, 349.

CCXC.

PRIVILEGIUM Alexandri pape IV, quod monachi [S. Remigii] possint succedere in bonis...., rebus feodalibus exceptis [3]. 23 janvier 1261.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. 1. — Cart. A de Saint-Remi, p. 44.

Alexander.... vobis concedimus, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, que liberas personas fratrum vestrorum, mundi relicta vanitate ad vestrum monasterium volantium, et professionem facientium, jure successionis, vel alio justo titulo, si remansissent in seculo contigissent, et ipsi potuissent aliis libere erogare, rebus feodalibus duntaxat exceptis, valeatis petere, recipere et etiam retinere..... Datum Laterani, x kalend. februarii, pontificatus nostri anno septimo.

CCXCI.

COMPROMISSUM inter archiepiscopum remensem et capitulum ex una parte, et regem Francie, super custodia S. Remigii [4]. 20 mars 1261.

Livre Blanc du chap., fol. 12, verso. — Archiv. du Roy., J, cart. 206, n° 6. — Marl., II, 552, fragm. — Gall. christ., X, Instr., 65, fragm.

[1] Huit jours après, les officiaux font délivrer copie de ce jugement sous le sceau de la cour de Reims.

[2] Ce privilége est simplement indiqué dans Marlot.

[3] Il se trouve une bulle semblable donnée par Nicolas IV en 1289, cart. A de Saint-Remi, p. 44.

[4] Cette pièce, que nous avons transcrite d'après l'original, offre une date fausse (6 mars

Digitized by Google

Universis presentes litteras inspecturis, Th. Dei gratia remensis archiepiscopus, H. prepositus, H. decanus, P. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod super questione que est inter excellentissimum dominum nostrum L. Dei gratia regem Francorum illustrem ex una parte, et nos remensem archiepiscopum ex altera, super custodia sive gardia S. Remigii remensis, de communi assensu dicti domini regis et nostro, consentiente et approbante capitulo remensi, ordinatum est et consensum inter predictum dominum regem et nos, quod magistri Johannes de Trecis archidiaconus, et Philippus scolasticus ecclesie bajocensis, audient rationes dicti domini regis et nostras, et inquirent bona fide de possessione et proprietate dicte custodie sive gardie, ad quem nostrum, videlicet ad dictum dominum regem vel ad nos pertineat proprietas sive possessio dicte gardie; et inquirent tam per testes, quam per instrumenta, et prout melius viderint expedire; et si per legitimam inquisitionem liqueat eis de proprietate, illi adjudicabunt proprietatem ad quem pertinebit; et si non possit eis liquere de proprietate, et liqueat de possessione, illi adjudicabunt possessionem ad quem pertinebit. Et nichilominus ordinatum est et consensum inter dictum dominum regem, et nos, de voluntate et assensu capituli supradicti, quod possessio dicte gardie sive custodie quam habuit dictus dominus rex per judicium curie sue, sibi in aliquo non proficiat, nec nobis noceat, nec possessio temporis alicui nostrum proficiat nec noceat. Omnes autem alie possessiones predecessorum ipsius domini regis et predecessorum nostrorum, et etiam possessio ipsius domini regis, valeant utrique nostrum quantum valere debebunt. Interim autem, pendente inquisitione, dicti Johannes et Philippus dictam gardiam sive custodiam tenebunt in manu sua, et illi nostrum eam reddent ad quem, secundum inquisitionem predicto modo factam, pertinebit. Si vero dicti Johannes et Philippus concordare nequiverint, de consensu dicti domini regis, et nostro, ac capituli supradicti, electus est mediator Odo archiepiscopus rothomagensis; et quod cum eorum altero decreverit,

1262), à moins qu'on ne la suppose datée d'après le calcul pisan ou d'après le calcul romain, car Jean ou plutôt *Jacques* de Troyes, qu'elle qualifie d'archidiacre, avait été élu pape le 29 août 1261, sous le nom d'Urbain IV.

Digitized by Google

ratum et firmum habebitur, tam a dicto domino rege, quam a nobis et capitulo supradicto. Nos autem dicti H. prepositus, H. decanus, P. cantor, totumque capitulum remensis ecclesie predicta omnia laudamus et approbamus, et nostrum benigne prebemus assensum. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum archiepiscopi et capituli munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo primo, feria secunda post dominicam qua cantatur : *Reminiscere.*

CCXCII.

Epistola Alexandri papæ IV, de quibusdam monachis S. Remigii, qui archiepiscopum remensem ad seculare judicium trahere presumpserant. 7 avril 1261.

Cocquault, tom. III, p. 176. — Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, art. *Thomas de Beaumets*, ex cart. archiep.

Alexander [1] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano et archidiacono S. Margaritæ, et magistro Theobaldo le Feutrier canonico trecensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Significavit nobis venerabilis frater noster archiepiscopus remensis, quod Nicolaus camerarius, gerens vices abbatis monasterii S. Remigii remensis.... tunc in remotis agentis, et quidam alii monachi ejusdem monasterii, diversas excommunicationum sententias contra justitiam, in eorum abbatis et monasterii præjudicium, promulgarunt, ipsum archiepiscopum, super hoc omisso ecclesiastico judice, contra statuta sanctorum Patrum, trahere præsumpserunt ad judicium seculare, petendo eum ad relaxandum hujusmodi sententias coarctari ; ipsumque in prosecutione hujusmodi coram seculari judice plurimum fatigarunt. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus

[1] « Thomas, archevesque de Reims, [voulut s'opposer à] une téméraire entreprise « faite par aucuns religieux de Saint-Remy « de Reims de fulminer des sentences d'ex« communications contre [*sic*, en l'absence « de ?] leur abbé, et les religieux adjoutans « à leurs faultes un violement des droicts de « l'église non encor veu en ce temps, firent « assigner l'archevesque pardevant les juges « séculiers, concluant contre luy qu'il fût « condamné et contrainct de les relaxer des « [*sic*, de relaxer les ?] excommunications « données contre [*sic*, par ?] eulx. L'arche« vesque en advertit le pape, lequel mande « à des commissaires de chastier tellement « ceste présumption que la peine serve « d'exemple aux aultres, ainsi que voirez « par l'extraict de la bulle tirée du char« terier de l'archevesché de Reims. » (Cocquault, III, 176.)

Digitized by Google

si ita est, camerarium et monachos prædictos, pro hujusmodi præsumptionis excessu, sic pœna canonica, aucthoritate nostra, castigare velitis, ut alii metu pœnæ de cætero attemptare similia non præsumant. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani, VII id. aprilis, pontificatus nostri anno VII°.

CCXCIII.

12 juillet 1261. LITTERA super ressaisicione cujusdam hominis capti Remis in domo igniacensis ecclesie, facta per prepositum laicalis justicie.

Cart. A de l'Archev., fol. 49, verso.

Universis.... officialis curie D. Ottoboni cardinalis, remensis archidiaconi.... Noverit universitas vestra, quod cum prepositus laicalis justicie, quendam hominem cepisset infra proprisium clausure domus ecclesie ygniacensis Remis existentis [1], ante domum Fratrum Predicatorum remensium, dictaque ecclesia super hoc conquereretur coram nobis, eo quod dicto preposito, prout pars dicte ecclesie asserebat, [hoc non competebat?], tandem dicto preposito coram nobis comparente, propositis et a nobis intellectis partium rationibus, eidem preposito injunximus ut dictam domum, et proprisium ejusdem, de dicto homine capto ressaisiret; qui prepositus coram Bernardo de Sancto Lupo, clerico fideli curie domini remensis archidiaconi ad hoc specialiter deputato et misso, dictum proprisium et locum dicte domus, de dicto homine, prout sibi injunctum fuit a nobis, ressaisivit. In cujus rei....

Datum anno.... M° CC° sexagesimo primo, feria tercia ante Divisionem Apostolorum.

CCXCIV.

31 août 1261 CHARTA qua Thomas remensis archiepiscopus abbati et conventui S. Nichasii concedit, ut, inter monasterium et fossata urbis, fiant muri ex parte dicti monasterii.

Archiv. de Saint-Nicaise, liass. 13, n° 2.

[1] « La plupart des abbayes du diocèse « avoient anciennement dans Reims des maisons de refuge pour s'y retirer pendant les « guerres avec leurs meubles et les ornements « de leurs églises. Cet usage des maisons de « refuge a été ordonné par les conciles, et « dès le V° siècle par le concile de Vannes, « can. 8, ann. 453. — On appeloit ces maisons des *metz*. » (B. R., Cab. des Chartes, Reims; cart. I. *Note de Lacourt.*)

Digitized by Google

Thomas, Dei [1] gratia remensis archiepiscopus, omnibus.... Noverint universi, quod nos attendentes quod ecclesia S. Nichasii remensis, que in protectione nostra consistit, in tantum sit spectaculum transeuntibus super fossata ville nostre remensis, quod ibidem transeuntes secreta dicte ecclesie sine obstaculo possint inspicere et videre, et etiam monachis dicte ecclesie pateat aspectus super dicta fossata, ita quod ex facili non possint oculos suos divertere quin ibidem seculares videant vanitates, et quia [in vico juxta] dictum monasterium et fossata, plura fiunt homicidia et adulteria, et propter fetorem illius vici, abbas et conventus multa [ne]cesse habeant cotidie sustinere; et ad nostrum spectet officium consulere periculis animarum, et subditis nostris, maxime personis religiosis, providere, ut ab ipsis auferatur omnis materia delinquendi, cum non solum a malo, sed ab omni specie mali, secundum Apostolum, conveniat abstinere, considerata et inspecta utilitate et honestate ecclesie supradicte, eidem ecclesie concessimus et concedimus et etiam volumus [ut, inter monasterium suum] et dicta fossata, fiant muri ex parte dicte ecclesie, et tales qui cingant et circueant totum ambitum et terram dicte ecclesie, ita quod transeuntibus aliquod spectaculum non pateat videndi seu inspiciendi in ecclesia memorata; ita tamen quod in dictis muris non sint aliqui crenelli qui aliquam defensionem ostendant; eo salvo quod si necessitas exegerit, et ingruente guerra viderimus expedire processu temporis, muros hujusmodi ad nostrum beneplacitum dirui faciamus; quos si dirui fecerimus, cessante guerra, propriis sumptibus nostris, in statu priori tenemur facere : ita tamen quod inter deuvam fossati et murum predictum, via octo pedum ad minus pro transeuntibus remanebit. In cujus rei.... Datum anno M° CC° LX° I°, mense augusto, feria quinta [*sic*, quarta?] post Decollationem B. Johannis Baptiste.

CCXCV.

CHARTA qua Thomas remensis archiepiscopus tenetur reddere monachis S. Nichasii ducentas libras, si impedirentur quominus muros possent construere. 31 août 1261.

Archiv. de Saint-Nicaise, liass. 13, n° 1 *bis*.

[1] Clément IV, dans une bulle donnée à Pérouse, le 1er juillet 1265, sanctionne tout ce qui a été fait en conséquence de cet acte dont il rapporte un vidimus. Ce vidimus nous a servi à suppléer aux lacunes que l'humidité a produites dans la charte originale.

Digitized by Google

Thomas.... remensis archiepiscopus, omnibus...? Noveritis, quod cum nos dilectis filiis abbati et conventui S. Nichasii concesserimus ut, inter monasterium suum et fossata civitatis remensis, muros valeant construere et habere sub certis conditionibus, prout in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur; nos dictis abbati et conventui promittimus quod super concessione hujusmodi eisdem contra omnes legitimam portabimus garandiam, et si forte super hoc ipsis garandiam portare non possemus, et impedirentur quominus muros hujusmodi possent construere et habere, nos ipsis in ducentis libris turonensibus teneremur, quas ipsis nos promittimus reddituros; et ipsi litteras nostras super concessione hujusmodi nobis restituere tenebuntur. In cujus rei.,.. Datum anno.... M° CC° LX° I° mense augusto, feria sexta [*sic*, quarta?] post Decollationem B. Johannis Baptiste.

CCXCVI.

Août 1261. CHARTA qua fratres ordinis de Penitentia fundantur apud Remos.

Marl., II, 552. — Gall. christ., X, Instr., col. 64.

CCXCVII.

9 septembre 1261. TESTAMENTUM ab Alano de Novilla milite et a Galtero canonico remensi factum, pro Petro eorum fratre defuncto ab intestat.

La Thaum., Cout. du Berry, liv. V, chap. 9. — Laurière, Glossaire, I, 441.

CCXCVIII.

Novembre 1261 (?). LETTRES de Robert de Pontfavergier, prévost de Reims, par lesquelles apert que ledit prévost ayant [fait?] prendre des meubles chez un des hommes de l'église de Saint-Denis de Reims, à Champigny, à la requête de Reinier Acarin, chevalier de Champigny, les chanoines de Saint-Denis s'en plaignirent à monsignor Fouquart, bailly de Reims, et à Me Jacques le Ferron, chanoine de Reims et conseiller de l'archevêque, qui ordonnèrent audit prévost de reprendre lesdits meubles chez ledit

Digitized by Google

Acarin, et les restituer à l'homme de Saint-Denis; ce qui fut fait en l'an M. CC. LXXI [*sic*, M. CC. LXI], au mois de novembre.

Cart. de Saint-Denis, p. 187.

CCXCIX.

ANNO Domini M⁰ CC⁰ LX⁰ primo. Li jugement de ceste année. Ann. 1261.

Livre Rouge de l'Échev., p. 48.

[1] Pierre de Merfau trast en cause la femme Robert la Bonne, Drouet et Remion, les enfans celui Robert, et Jehan de Chaalons; et dit contre eus que li murs de la citei qui estoit en la rue S.-Pierre-le-Viez d'une part et la Viez-Couture d'autre, qui clooit celui Perron et l'autre partie devant dite, estoit fonduz; se leur requéroit cis Pierres, pour ce qu'il i avoient leur aisances et pardevers la citei, et cil Pierres avoit par defors, qu'il refeissent ce mur, et le retenissent. Et cil disoient qu'il n'en devoient mie refaire, ne n'en referoient point, se droiz n'estoit; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz des eschevins, qu'il devoient le mur refaire et retenir endroit eus, pour ce qu'il avoient leur aisemenz à ce mur pardevers la citei, et chascuns endroit lui.

[2] Li prévost trast en cause Annuil, Germon, et Herven, boulengiers, et leur demandei l'amende de petit pain. Et cil disoient qu'il n'en voloient ne n'en devoient point d'amande paier, parce qu'il disoient que li pains avoient esté pris en clef et en serre, en liu où il ne pooit penre ne devoit; et li prévos voloit que on li certefiât en queil serre il estoit, ne se li huge ou li us où li pains estoit, avoit esteiz brisiez, ou non. Et il no vossent autrement certefier, se droiz n'estoit; et sor ce s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz d'eschevins, que se il voloient jureir sor sainz, que li pains avoit estei pris en clef et en serre fermé, où il ne pooit ne devoit penre, par tant en iroient quite.

[1] « CHAUSSÉE. »

[2] « POLICE. »

CCC.

Février 1262.

Lettres de Fourques, chevalier de Bouclenai, bailly de noble homme Thomas, archevêque de Reims, par lesquelles apert que discort fut meu entre l'abbé et le couvent de Saint-Denis de Reims, et Mgr Renier Akarin, chevalier de Champigny, sur ce que ledit Renier avoit pris un des hommes de Saint-Denis, et l'avoit mis en prison; enfin, l'archevêque de Reims commit pour juges de ce discort Mr Renier de Passy, official de Reims, et Mr Jacques le Ferron, et ledit Fourques son bailly, lesquels par leur sentence dirent que ledit Renier, chevalier, ne pouvoit emprisonner les hommes de Saint-Denis, le condamnèrent à rendre le prisonnier, et à l'amende envers l'archevêque comme souverain du lieu, pour la honte et la vilonnie qu'il avoit faite en lieu où il ne pooit ne devoit. Fait en l'an M° CC° LXI°, au mois de février.

Cart. de Saint-Denis, p. 186.

CCCI.

3 octobre 1262.

Testamentum D. Guichardi de Castro Portuensi, canonici remensis ecclesiæ.

Cart. de Saint-Denis, p. 100.

Datum per copiam in curia sedis metropolitanæ remensis vacante (*sic*), anno Domini M° CC° septuagesimo primo, feria quarta ante Nativitatem Domini.

Magistri Jacobus de Attrebato et Reinerus de Passiaco, canonici et officiales remenses, universis.... Noverint universi, quod dominus Guichardus de Castro Portuensi, canonicus remensis ecclesiæ, coram Martino de Courmissiaco, clerico fideli curiæ remensis ad hoc deputato, propter hoc personaliter constitutus, compos mentis suæ existens, considerans quod breves sunt dies hominis super terram, et quod nihil est certius morte, nihil autem incertius hora mortis, testamentum suum condidit, et de rebus suis ordinavit in hunc modum : Imprimis legavit hospitali B. Mariæ remensis quadraginta libras parisiensium,

Digitized by Google

ad emendum redditum pro pitantiis ad usus pauperum ipsius hospitalis, divisum quolibet anno ibidem, eodem die quo diem clauserit extremum. Item decem libras domui leprosariæ S. Lazari remensis, ad emendum redditum pro pitantiis, ad opus leprosorum et fratrum dictæ domus, singulis annis eodem die. Hospitali S. Dionisii remensis, centum solidos; Fratribus Prædicatoribus Remis, viginti libras; Fratribus Minoribus, viginti libras; Fratribus ordinis Pœnitentium Jesu Christi Remis, viginti libras; hospitali S. Brigidæ de Mauberti fonte, centum solidos parisiensium; abbatissæ et conventui de Præhella, decem libras parisiensium; abbatissæ et conventui de Avenaio, viginti libras; abbatissæ et conventui de Argentoles, viginti libras ejusdem monetæ; Fratribus Vallis Scholarium Remis, viginti libras parisiensium; Sororibus Minoribus ordinis S. Damiani, decem libras parisiensium; Filiabus Dei Remis sexaginta solidos; Bonis Pueris Remis, sexaginta solidos parisiensium; item hospitali pauperum S. Nichasii Remis, sexaginta solidos; hospitali de Deo Medico, sexaginta solidos; prioratui de Longa Aqua, centum solidos; item conventui S. Dionisii remensis, quadraginta libras parisiensium, ad emendum redditum pro pitanciis, ad opus personarum locorum prædictorum, singulis annis in perpetuum, ut jam dictum est, eodem die quo ipsum testatorem vitam finire contigerit, dividendis locis superius expressis, et personis, secundum quod dicta legata declarata sunt superius et notata. Item legavit prioratui B. Mariæ de Castro Portuensi decem libras parisiensium, et prioratui S. Theobaldi, centum solidos parisiensium, ad emendum redditum pro anniversario suo, et anniversariis parentum suorum, in ecclesiis dictorum prioratuum, quolibet anno faciendis. Item legavit pauperibus villæ de Justines, viginti libras parisiensium; pauperibus villæ de Libera, viginti libras parisiensium; item pauperibus villæ de Sery, decem libras ejusdem monetæ dividendas et distribuendas per manus præsbiterorum dictarum villarum, prout dictis præsbiteris et saluti dicti testatoris visum fuerit expedire. Item legavit cuilibet majoriæ septem majoriarum infra fines Potestatum remensis ecclesiæ existentium, quas tenuisse dicitur idem testator, centum solidos parisiensium distribuendos pauperibus cujuslibet majoriæ dictarum septem majoriarum. Residuum vero aliud, deductis vel solutis dictis legatis, quod superfuerit vel excreverit, distribuetur vel erogabitur piis locis et personis per

manus religiosarum personarum abbatis S. Dionisii remensis et prioris ejusdem loci, necnon magistri Reineri de Paissiaco, canonico et officiali remensi, quos relinquit et instituit executores ad præmissa distribuenda et complenda; qui onus prædicti testamenti in se, coram dicto clerico, recognoverunt se suscepisse et susceperunt. Nec prætermittendum est, quod idem dominus Guichardus contulit jus conferendi duas capellanias quas in ecclesia remensi fundavisse dicitur, et redditibus de propriis bonis dotavisse easdem, decano remensi et ejus successoribus; volens et concedens quod collatio dictarum capellaniarum pertineat ad dictum decanum remensem qui pro tempore erit in futurum, eadem libertate qua idem G., fundator earumdem, conferre consuevit. In cujus rei testimonium.... Datum et actum anno Domini M° CC° sexagesimo secundo, feria tertia post festum B. Remigii.

CCCII.

Novembre 1262.

CARTA de emenda facta ab hominibus de Chiennai, abbati et conventui S. Theoderici.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 320.

Magistri Henricus de Fluy, et Renerus de Paissiaco, canonici et officiales remenses, universis.... Noverint universi, quod coram fideli clerico curie remensis ad hoc specialiter deputato, propter hoc constituti Merardus de Chienaio, Guillotus ejus filius, Thomas dictus Moncellus, filius le Jay, Jacobus filius Fromondi, Garinus filius la Papelarde, Theodericus dictus Rex, Poncardus filius Bleheri, Drouetus Parmentarius, Ernaudus Secherons, et Giletus filius Correlli, emendaverunt et se emendasse recognoverunt, abbati ecclesie S. Theoderici, nomine dicte ecclesie, et quilibet ipsorum per se et in solidum, quedam forefacta que fecerant seu perpetraverant, vel eorum mandatum, in cheminis et proprio fundo ipsius ecclesie existentibus extra metas que claudunt vel circueunt villam de Chienaio; videlicet quod ipsi foderant in dictis cheminis et proprio fundo dicte ecclesie, lapides extraxerant, etc., etc..... cum dictus abbas, nomine dicte ecclesie, in dictis locis vicecomitatum et omnimodam justiciam temporalem, tam altam quam bassam, haberet et obtineret, ipse, et predecessores sui, et de hoc esset in possessione, vel quasi; et pro dicta emenda.... se obligatos recognoverunt in sexaginta solidis et uno denario parisien-

Digitized by Google

sibus.... Item pro alia emenda, videlicet quia ipsi contra inhibitionem ex parte dictorum abbatis et ecclesie eis factam premissa perpetraverant, recognoverunt dicti homines se teneri, et quilibet ipsorum per se et in solidum, in viginti duobus solidis et sex denariis parisiensibus..... Recognoverunt etiam ipsi homines, et quilibet eorum per se et in solidum, quod ipsi dicta loca resaisierant, et arbusta predicta, et res alias, in locis pristinis reposuerant. Emendaverunt etiam ipsi abbati, nomine ecclesie sue predicte, ad voluntatem ipsius abbatis, illud quod ipsi asportaverant dicta arbusta, et res alias predictas, et loca predicta spoliaverant.... Que omnia premissa, et singula, coram prefato clerico recognoverunt, et pro dictis emendis tenendis et firmiter observandis fidem in manu dicti clerici prestiterunt corporalem, et plegios seu fidejussores ipsi, et quilibet ipsorum pro se ipso, constituerunt, prout inferius continetur, videlicet Thomas Moncellus, Ernaudum Secheron et Jacobum filium Fromondi, et quilibet eorum in solidum. Ernaudus vero Secherons, Jacobum filium Fromondi et Thomam Moncellum predictos. Poncardus vero Blehers, Ernaudum Secheron et Jaquetum filium Fromondi. Drouetus autem Parmentarius, Poncardum filium Bleheri et Guillotum filium Merardi. Guillotus vero, Thomam et Poncardum predictos. Garinus autem filius la Papelarde, Jacobum Fromondi et Ernaudum Secheron predictos. Merardus vero, Drouetum Parmentarium et Jacobum Fromondi predictos. Poncardus vero Blehers, Drouetum Parmentarium et Jacobum Fromondi predictos; qui fidejussores seu plegii, ad petitionem [eorum?] pro quibus fidejusserunt, dictam obligationem fidejussoriam in se, et quilibet ipsorum per se, et in solidum, susceperunt; et quantum ad omnia et singula premissa, renunciaverunt omnes superius nominati exceptioni doli, metus, et in factum; necnon epistole divi Adriani, et constitucioni : *Presente utroque*, insuper et omni alii exceptioni et (*sic*) juris tam canonici, quam civilis, et specialiter omni consuetudini vel usui cujuscumque ville aut loci, et omni privilegio ac indulgentie cruce signatis vel cruce signandis indultis a quocumque, vel imposterum indulgendo; insuper et omni juri dicenti generalem renunciationem non valere. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli curie remensis munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M° CC° LX° secundo, mense novembri.

CCCIII.

Procuratio T. remensis archiepiscopi, in causa quæ vertebatur inter eum et regem Franciæ super garda S. Remigii [1].

CCCIV.

Ann. 1262 Anno LX° II°. Li jugement de ceste année.

Livre Rouge de l'Échev., p. 49.

Perros li Pine fist semonre Huet la Nate pardevant le prévost, et li demanda dette. Cis Hues dit que mise en estoit faite, et li diseur l'avoient receue; si li quenoissoit, bel li estoit, et se il le noioit, il estoit près dou prover. Et Pierres li Pine dit que il métoit avant ceste chose pour délay, et près estoit dou jurer; et se cil voloit jurer qu'il no feist pour délay, il iroit avant en la essoingne. Cil dit qu'il no voloit penre, ne faire, se droiz no disoit; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz qu'il devoit faire ou penre le sairement.

Dame Sebile, femme Robers le Large, trast en cause, par roie de terre, Thommas le Borgne son frère; et fist sa demande pardevant le prévost, et dit que parsons et devise avoit esté faite entre eus d'une chambre que cil Thommas tient, et d'une court qui est celi Sebile, et fu convens entre eus que une fenestre qui estoit en mur de cele chambre qui avoit veue sour la court celi Sebile, et la goutière de cele chambre ausi qui chéoit en cele court, devoient estre ostées et restoupeis à la requeste de la dame. Et cis Thommas respondi qu'il n'en voloit mie respondre à la dame, pour ce que elle demandoit convenances, et ce n'estoit mie roie de terre, et qu'il n'estoit mie de la juridicion le prévost; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz que cis Thommas ne disoit chose par que il ne deust respondre à la dame.

Après ce la dame refist sa demande à la manière qui devant est dite; et cis Thommas respondi qu'il l'avoit tenut einsi tant comme à tenure apartenoit, se n'en voloit mie oster, se droiz n'estoit; et voloit que sa tenure li vausist. Et la dame dit qu'elle ne voloit mie que teneure li vausist, pour la raison de la convenance, que elle estoit près dou prover, se il le nooit.

[1] Voir plus bas, n° CCCXVI.

Digitized by Google

Et droiz dit, que ce elle voloit prover la convenance, que tenure ne li valoit nient contre la dame, pour la raison de la convenance.

CCCV.

PRIVILEGIUM Urbani pape, quod non teneamur solvere usuras, sed computare in sortem, non obstantibus litteris et juramentis [1]. 8 février 1263.

Archiv. de Saint-Remi, renseign., liass. 1. — Cart. A de Saint-Remi, p. 79.

Urbanus.... dilectis filiis abbati et conventui monasterii S. Remigii remensis ordinis S. Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut petitio vestra nobis exhibita continebat, nonnulli laici diversarum civitatum et dyocesum, ac provinciarum, qui a vobis et predecessoribus vestris multa extorserunt per usurariam pravitatem, asserentes vos in nonnullis pecuniarum summis teneri eisdem, vos super hujusmodi pecuniis multipliciter inquietant, petendo sibi satisfieri de eisdem; quare nobis humiliter supplicastis, ut super hiis providere vobis paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut de hujusmodi pecunie summis in quibus laicis ipsis tenemini, valeatis deducere sic extorta, ita quod de hiis ipsis satisfacere minime teneamini, nec ad ea solvenda compelli possitis inviti; sed dicti laici computare teneantur in sortem; ipsis quoque possitis usuras denegare promissas, et repetere valeatis quas eis vos, vel hiidem predecessores, hactenus persolvistis; etiamsi de solvendis eisdem laicis usuris ipsis, vel aliquid aliud in fraudem earum, et non repetendis eisdem, eis vestras, vel dicti predecessores suas, aut alterius litteras, concessistis, et renuntiastis super hoc litteris omnibus et indulgentiis apostolicis impetratis, et etiam impetrandis, necnon juris auxilio canonici ac civilis, et exceptionibus quibuscumque, et prestitistis etiam juramentum, a quo juramento per vos prestito, eadem auctoritate, vos duximus absolvendos. Nulli ergo.... Datum apud Urbem Veterem, VI° id. februarii, pontificatus nostri anno secundo.

[1] Il se trouve aux archives de Saint-Remi, renseign., liass. 1, et cart. A, p. 75, une bulle de Nicolas IV à peu près semblable à celle-ci.

Digitized by Google

CCCVI.

15 février 1263. NOTITIA de obitu Thomæ remensis archiepiscopi.

Marl., II, 553.

CCCVII.

19 février 1263. EPISTOLA qua canonici remenses a Rege petunt licentiam archiepiscopum eligendi.

Archiv. du Roy., J, cart. 344, n° 15. — Preuves des Libertés de l'égl. gall., part. II, p. 76.

Excellentissimo domino suo Ludovico..... regi Francorum illustrissimo, H. prepositus, H. decanus, P. cantor ceterique remensis ecclesie fratres, cum omni reverencia et honore, salutem, et quicquid possunt servicii et honoris. Cum bone memorie Th. quondam.... remensis archiepiscopus nuper viam universe carnis sit ingressus, viros venerabiles et discretos H. decanum nostrum remensem, et D. Leodegarium concanonicum nostrum, latores presencium ad vestram regiam majestatem duximus destinandos, causa petendi licentiam pastorem eligendi. Valeat excellentia vestra per tempora longiora. Datum anno..... M° CC° LX° secundo, in crastino Brandonum.

CCCVIII.

12 mars 1263. CARTA de plegiis datis a comite regitestensi pro redemptione feodi sui.

Cart. A de Saint-Remi, fol. 428.

Je Manessiers, quens de Retest, fais assavoir à tous ceux qui ces lettres verront, que je ai donné plèges, c'est à savoir monsigneur Aubri de Baalons, monsigneur Gilon de Saint-Lambert, monsigneur Huon de Sévigny, monsigneur Wauchier d'Agart et de Charboigne et monsigneur Robert de Mairi chevaliers, et Geherlot de Retest fil Ouedon le maieur qui fu, dou rachat que mesires li abbés de Saint-Remi me demandoit, et disoit que je li devoie, pour le fieu que je tenoie de lui; et je disoie que il n'i afferoit pas rachat. Si denai ces plèges devant dis en tel manière, que je dirai à la court monsigneur l'abbé, quant il m'envorra semonre, quanque je cuiderai que aidier me puisse et doie; et messires li abbés dira autresi quanque il cuidera que aidier

Digitized by Google

li puisse et doie en sa court, par devant ceus qui me doivent jugier. Et selon ce, messires li abbés me fera jugier à ceus qui jugier me doivent; et se il jugent que je doie rachat, messires li abbés se pourra lever de moi, et se je n'an faisoie son gré, il pouroit nantir mes plèges; et se il jugent que je n'an doit point, je et mi plèges en seronmes quitte. Et se je n'en parsivoie mon droit en sa court comme je devroie de ceste chose, messires li abbés pouroit nantir mes plèges. Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Seigneur, mil ans deux cens et sissante et deus, le mois de mars, le lundi après la mi-quaresme.

CCCIX.

CONDUCTIO terre Potestatum, [ecclesie remensis predii], a quodam canonico. 20 juin 1263.

Livre Rouge du chap., fol. 314, verso.

Universis presentes litteras inspecturis, P. succentor remensis, salutem in Domino. Noveritis quod ego terram ecclesie remensis de Potestatibus taliter a capitulo remensi recepi custodiendam, quod ego pro custodia terre habebo justicias, forefacta, que de eadem terra levabuntur; item fenum pratorum, gallinas que debuntur (*sic*) ecclesie remensi, usum in vinariis, et hoc, a festo Nativitatis B. Johannis Baptiste proximo venturo, in annum, mediantibus quadraginta libris parisiensibus quolibet anno capitulo predicto, vel ejus mandato, ad terminos ecclesie..... reddendis. Sciendum est eciam, quod nuncios remensis ecclesie, quos ipsa ecclesia in Potestates, pro aliquo ejusdem terre negocio, destinabit, honeste de meo procurabo, et eisdem expensas de meo sufficientes quamdiu morabuntur ibidem administrabo. Ad hec autem, ego Petrus predictus, negocia, causas, et querelas, que hactenus inter [*sic* contra?] ecclesiam remensem, necnon et alias que de cetero contra quoscumque pro dicte terre [*sic* pro dicta terra? *vel* predicte terre?] de Potestatibus movebuntur, propriis laboribus et sumptibus fideliter procurabo. Ceterum si causa aliqua jam mota sit, vel moveri contigerit, pro dicta terra de Potestatibus, ecclesia, si voluerit, ad diem vel dies, ad sumptus meos et expensas, procuratorem destinabit. [[1] Sciendum est eciam quod ego domos capituli de Potestatibus

[1] Tout ce qui est entre [ ] a été postérieurement ajouté.

Digitized by Google

de meo proprio retinebo, et eciam reparabo; et si forte racione custodie dicte terre, nemorum, vel aquarum, aliquid aliquibus debeatur, eisdem quibus aliquid racione premissarum debetur, de meo satisfaciam super illis.] Preterea ego Petrus predictus in dicta terra servientem meum habebo, qui dictam terram custodiet, et capitulo jurabit quod fideliter custodiet terram et homines de Potestatibus, nec ibi faciet exactiones aliquas, nec nemora vendet, nec marrienna de nemoribus ecclesie dabit, sine assensu capituli memorati; et idem serviens, sive baillivus meus, sub juramento suo respondebit decano, et domino H. de Lagerio, super hiis que ad me pertinent in dicta terra, et pertinebunt, racione custodie supradicte. Ceterum ego Petrus in pleno capitulo remensi juravi quod bona fide terram et homines de Potestatibus fideliter custodiam, et supradictas conventiones, quantum in me fuerit, fideliter observabo, et quod in dicta terra tallias non faciam vel exactiones aliquas, nec nemora vendam, mairiennia dabo, absque assensu capituli memorati; et si exactiones aliquas ibidem facerem, de quibus visum fuerit dictis decano, et domino H. de Lagerio, quod non fuerint faciende, ipsorum consilio, capitulo, quod emendendum fuerit, emendabo, et ad dictum eorum super premissis omnibus capitulo respondebo. In quorum omnium testimonium.... Datum anno Domini M° CC° LX° tercio, feria tercia ante Nativitatem B. Johannis Baptiste.

CCCX.

28 juillet 1263.

Lettre du comte de Bar aux marchands de Reims, pour les engager à se rendre à la foire de Pont-à-Mousson.

Bibl. de Reims, portef. K, n° 22.

Thomas cuens de Bar, à tous les proudomes marcheans de Rains et de Chaalons, salut et bone amor. Cum nos aïent fait crier une foire à la Nuèveville au Pont à Mousons, le jor de la Sainct-Jehan Décolaces, nos vos prions tant cum nos poons, que vos por l'amor de nos vuelliez venir; et nos conduisons de nos, et des noz, et de tout nostre pooir, en bone foy, tous cels qui y venront. Et sachiez que ly proudome marcheant de Mez, et de Verdun, et de Toul, et de plusors bones villes

Digitized by Google

d'Alemagne, et d'allors, y venront..... (Ces lettres furent faites l'an 1263, le samedi après la Magdelaine.)

CCCXI.

RUBRICA de ordinatione monetarum. 14 décembre 1263.

Cart. lacéré de Laon, n° 7.

Ludovicus, Dei gracia Francorum rex, ballivo Viromandie, salutem. Mandamus vobis quatinus ordinationem quam super falsit[ate?] monetarum nuper fecimus, diligenter ac firmiter observetis, et observari faciatis, prout per litteras nostras patentes vobis alias dedimus in mandatis. Preterea mandamus vobis, ut monetas quas karissimi fratres et fideles nostri, Alfonsus pictavensis, et tholosensis comes, in Pictavia et alibi, et Karolus andegavensis et Provincie comes, in Provincia, cudi et fabricari fecerunt, que monetis nostris sunt similes, et alias quascumque monetas, tam ex parte crucis, quam ex parte pile, monetis nostris turonensibus et parisiensibus similes, per totum dominium nostrum in vestra ballivia, ubicumque invente fuerint, sive in cambio, sive alibi, perforari faciatis, et eas perforatas eis quorum erunt, deliberari et reddi. Hoc etiam in terris aliorum de vestra ballivia qui justicias suas habent, fieri faciatis. Actum apud Vernonum, die Veneris ante festum B. Thome apostoli, anno Domini millesimo CC° LX° tercio.

CCCXII.

EPISTOLA Alphonsi comitis pictavensis ad Urbanum papam IV, ut Joannem de Courtenay in archiepiscopum remensem sublimet. Ann. 1261 ou 1264.

Gall. christ., x, Instr., 66. — Marl., II, 561, fragm. [1]

CCCXIII.

ANNO Domini M° CC° LX° III°. Li jugement de ceste année. Ann. 1263.

Livre Rouge de l'Échev., p. 50.

[2] Thoumassés de le court se plaignoit de maistre Wède de Bétigni-

[1] Voyez aussi, Généal. de la Mais. de Courtenay (Du Bouchet), pr., p. 45, une lettre d'Alphonse à R., évêque d'Albanie, pour le prier d'intervenir près du pape en faveur de Jean de Courtenay

[2] « CHAUSSÉE. »

Digitized by Google

ville, sour ce que cil Thoumassés disoit que cis Wèdes avoit faite une cheminée en 1 mur entre eus, dont li geu passoient outre le mur et 1 marrien trévessein qui portoit les geus de cele cheminée; se ne voloit mie qu'il i demourast, pour ce qu'il n'avoit que moitié en mur, et qu'il le retrasist arrier. Et cis Wèdes disoit qu'il l'avoit ensi tenue une tenure ou plus, si en voloit ensi joiir, se droiz estoit. Et cis Thoumassés disoit que cele cheminei estoit nouvelement faite, si comme il aparoit, ne ne voloit mie que sa tenure li vausît pour ce; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz que cis Thoumassés ne disoit chose qui li vausist.

Raoulés fius Perrot le Blanc fit semonre la femme Prioulet le cordier pardevant le prévôt, et fit sa demande, et dit que elle faisoit une vaute et bouiraus en sa maison qui aloient pardevant la maison celui Raoulet, ou chemin par desous terre, qu'elle ne pooit faire ne devoit, si comme cis Raoulés disoit, car il estoient en sa grevance. Et la femme disoit que si faisoit, pour ce que elle en avoit congié des seigneurs; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz, que cele feme ne le pooit faire, pour ce que il estoient en la grevance celui Raoulet.

CCCXIV.

Vers 1263. Epistola Urbani papæ IV, de jurgiis exortis inter Ottobonum cardinalem archidiaconum remensem, qui interdicti sententiam in terram capituli tulerat, et canonicos remenses qui, sede vacante, excommunicaverant eumdem cardinalem et totam ejus familiam.

Marl., II, 554.

CCCXV.

Vers 1263. Testes regis producti contra archiepiscopum remensem super gardia S. Remigii [1].

Archiv. du Roy., J, cart. 1031.

[1] La date que nous assignons à cet instrument et aux trois suivants, nous a été fournie par une étude attentive des renseignements contenus dans les diverses dépositions qu'ils contiennent. Dans le second de ces instruments se trouve une procuration de l'archevêque Thomas, datée du 18 décembre 1262. Thomas est mort le 15 février 1263.

Digitized by Google

Testes regis producti contra archiepiscopum remensem, super gardia S. Remigii remensis, et sunt sexaginta quatuor; et in isto fasciculo sunt articuli, et facta ex parte regis tradita, et transcripta cartarum ex parte regis traditarum, quarum vidimus originalia [1].

Petrus dictus Cailier, burgensis burgi S. Remigii, quinquaginta quinque annorum testis juratus et requisitus, dicit quod fama est, quod abbacia S. Remigii est de custodia regis; et hoc audivit dici a multis, scilicet quod gardia S. Remigii pertinet ad regem, et hoc audivit ante motam discordiam.

Item, credit testis qui loquitur, quod castrum, bannum, justicia et omnis temporalitas S. Remigii movent a rege; et de hoc est fama, ut dicit testis qui loquitur; et credit, testis qui loquitur, quod homines dictorum loquorum habent recursum et resortum solummodo ad regem.

Item, dicit testis qui loquitur, quod alta justicia, scilicet raptus, murtrum et incendium, pertinent ad curiam abbatis S. Remigii, quantum ad cognicionem et quantum ad execucionem; sed tamen nunquam vidit casum contingere, in quo curia abbatis judicaret de aliquo premissorum casuum alte justicie.

Item, dicit testis qui loquitur, quod nunquam vidit casum contingere in quo haberetur recursus ad regem, seu ad archiepiscopum, a curia abbatis S. Remigii.

Item, dicit testis qui loquitur, quod audivit dici a patre suo et a multis aliis, jamdudum est, quod rex accipit fidelitatem a burgensibus mansionariis dicti burgi; sed nunquam vidit accipi dictam fidelitatem a rege.

Item, dicit.... quod non credit cavalcatam deberi regi ab hominibus burgi S. Remigii.

[1] Le *rouleau* auquel nous empruntons cet instrument est sans doute une copie du *fascicule* dont parle le texte, mais une copie incomplète, car il ne contient que les dépositions des témoins. Ceux-ci sont au nombre de soixante-quatre, et leurs dépositions remplissent vingt peaux de parchemin qui, réunies, forment une feuille de trente pieds de long sur un pied de large. Nous n'avons pu transcrire, on le sent, que les dépositions les plus importantes, et dans celles qui ont été choisies, une foule de détails ont dû être écartés. Les coupures trop nombreuses ne nous ont pas permis d'indiquer par des .... toutes les lacunes qui se trouvent dans le texte que nous donnons. Cette observation se rapporte à chacune des grandes pièces relatives au procès de Saint-Remi.

Preterea, dicit... quod nunquam vidit ante tempus istius archiepiscopi, gentes archiepiscopi facere clamorem coram majoribus dicti burgi, pro redditibus archiepiscopi habendis.

Item, dicit quod audivit dici, quod abbas S. Remigii potest habere unum servientem liberum Remis, sicut archiepiscopus dicit quod potest habere unum in burgo S. Remigii; sed nunquam vidit quod ibi haberetur ab abbate.

Item, dicit quod tempore patris sui, tunc majoris burgi S. Remigii, vidit dictum patrem suum tenere placita mesleiarum et de sanguine inter homines dicti burgi, et sunt xxviij anni quod hoc fuit, et postmodo, post mortem dicti patris, ante tempus istius archiepiscopi, vidit multos majores tenere consimilia placita; sed non recolit de nomine placitancium.

Preterea, dicit quod ipse vidit reparari chemina S. Remigii in burgo, multotiens ante tempus istius archiepiscopi, per gentes abbatis S. Remigii, vel per scabinos creatos ab abbate S. Remigii.

Item, dicit quod ipse vidit scabinos in burgo S. Remigii, in diebus dominicis, sedere communiter ad lites dirimendas; aliis diebus non vidit eos sedere, nisi in casu necessitatis; sed Remis scabini sedent diebus Veneris; et hoc vidit testis qui loquitur, sed aliis diebus non vidit eos sedere ad causas dirimendas.

Item, dicit quod bene sunt triginta novem anni, quod debuit fieri duellum in curia abbatis S. Remigii, occasione cujusdam domus, quam quedam mulier, que vocabatur Cuice d'Oia, petebat a quodam burgense burgi S. Remigii, qui vocabatur Guillermus de Villers, coram justicia abbatis S. Remigii; et dicit idem testis, quod ipse vidit pugiles armatos in dicta curia, et vidit, ut dicit, Robertum de Paregni, prepositum tunc domini regis laudunensem, custodire curiam dicti abbatis ex parte regis, ut dicebat ibi idem prepositus, ipso teste audiente; et erat tunc abbas S. Remigii Petrus Claudus, et dicit quod nescit bene si tunc erat archiepiscopus Henricus vel Albericus; sed alter illorum erat archiepiscopus, ut dicit [1].

[1] Ou la date que nous assignons à notre instrument est fausse, ou le témoin doit se tromper ici. D'après les renseignements qu'il donne, les faits dont il parle se seraient passés en 1224, époque où ni Albéric ni Henri n'étaient archevêques de Reims, mais bien Guillaume de Joinville.

Digitized by Google

Item, dicit quod ipse vidit in quadam causa, quam abbas S. Remigii habebat contra committem registratensem, in curia ipsius abbatis, in abbacia S. Remigii, quendam qui vocabatur Symon de Jouegni, custodire curiam dicti abbatis ex parte regis, ne ei in dicta curia violencia inferretur a commite supradicto, et hec scit quia ita dicebat idem Symon, ipso teste audiente; et sunt bene viginti septem anni quod hoc fuit, et erat tunc temporis abbas S. Remigii Petrus de Saci, et Henricus remensis archiepiscopus [1].

Item, dicit idem testis quod, tempore illo quo archiepiscopus Henricus habebat discordiam cum civibus remensibus, ipse testis vidit quendam laicum, qui vocabatur Herveus, ut videtur ei de nomine, moram facientem bene per duos annos in abbacia S. Remigii, et morabatur ibi, ut dicebat idem Herveus, ipso teste audiente, ad custodiendum abbaciam et burgum S. Remigii ex parte regis, ne ibi violencia inferretur; et sunt viginti octo [2] anni vel circa quod hoc fuit; et erat tunc temporis abbas S. Remigii Deodatus vel Petrus de Saci.

Item, dicit idem testis quod in quadam discordia, quam abbas Petrus de Saci habebat contra Johannem comitem registratensem, ipse testis vidit Henricum de Saus, servientem prepositi laudunensis, custodire curiam dicti abbatis in abbacia S. Remigii, et custodiebat dictam curiam ex parte regis, de mandato dicti prepositi cujus nomen ignorat, ut dicebat idem Henricus, ipso teste audiente; et sunt bene viginti quatuor anni quod hoc fuit.

Item, dicit.... quod vacante ecclesia remensi per mortem Henrici archiepiscopi, discordia fuit inter cives remenses ex una parte, et abbatem Petrum de Saci S. Remigii, super piscatura aque Vidule; et dicit quod ipso teste presente et audiente, scabini remenses conquesti fuerunt de dicto abbate coram magistro Radulpho de Merlant et Herveo de Pontizara, custodibus regalium remensium ex parte regis, dicentes quod dictus abbas impediebat piscatores remenses injuste ne piscarentur in aqua Vidule ad lineam; et dictus abbas, ipso teste au-

[1] Pierre de Saci ayant été élu abbé de Saint-Remi à la fin de 1239, et Henri étant mort en juillet 1240, si le témoin ne se trompe point sur le nom de ces deux personnages, sa déposition nous donnerait une date précise, celle de 1267; nous persistons cependant à préférer celle de 1263.

[2] Cette date semble confirmer celle qu'offre la déposition précédente.

diente, qui ad dictos regales venerat de mandato ipsorum, respondit, quod cum ipsi regales essent constituti ad custodiendum bona archiepiscopatus remensis, et ipse abbas non subesset in temporalibus archiepiscopo, quod non tenebatur respondere coram ipsis; et hec audivit idem testis, qui ibi venerat cum dicto abbate, et adjecit idem abbas, ipso teste audiente, quod si dicti scabini vellent aliquid petere ab eodem, paratus erat stare juri coram rege; et tunc ipso teste audiente, dicti regales assignaverunt diem dictis abbati et scabinis coram rege super dicta discordia; et audivit dici idem testis quod multos dies tenuit dictus abbas in curia dicti regis contra dictos scabinos, super dicta discordia; et dicit quod non recordatur bene quantum tempus est quod hec vidit [1].

Item, dicit quod ipse vidit domum Gerbaudi de Burgo, sitam in burgo et banno S. Remigii, dirui per gentes abbatis S. Remigii; sed nescit si justicia dicti abbatis erat presens in diruicione dicte domus; et sunt bene xl quinque anni quod hoc fuit, et videtur ei quod Petrus Claudus erat abbas S. Remigii; et dicit quod dicta domus fuit diruta, quia idem Gerbaudus nolebat dare treugas, ut dicebatur, quibusdam qui vocabantur Bansani, et quia imponebatur ei quod unus de filiis suis vulneraverat quandam mulierem in mercato S. Remigii, ut dicebatur, et quia, ut dicebatur, propter hoc citatus, noluit venire coram dicto abbate idem Gerbaudus.

Item, dicit.... quod vidit dirui in banno et burgo S. Remigii domum Therrici le Gran, cui imponebatur quod interfecerat quendam hominem in terra S. Remigii; et fecit eam dirui Theobaldus dictus Matricularius, tunc major S. Remigii, ipso teste presente; et sunt quindecim anni [2], ut videtur ei, quod hoc fuit, et erat, ut videtur ei, tunc archiepiscopus Joellus, et credit quod Petrus de Sace erat tunc abbas S. Remigii.

Item, dicit quod vidit Albericum Coes, bannitum de terra archiepiscopi, moram facientem in burgo S. Remigii palam et publice diu,

[1] Dans un autre interrogatoire il est dit : *Vidit testis dictos burgenses contra dictum abbatem placitare coram rege, apud Pontivaram, in Castello.*

[2] Cette date se reproduira trois fois dans le cours de cet instrument. Or si celui-ci devait être daté de 1267, comme Ivelle est mort en decembre 1250, la date trois fois répétée serait une triple erreur

Digitized by Google

et adhuc moratur in eodem burgo [1]; et quod esset bannitus de terra archiepiscopi, dicit quod hoc scit [2], quia ita audivit dici a preposito archiepiscopi; sed non recordatur quis erat prepositus, a quo audivit; nec recordatur quantum tempus est quod fuit bannitus, nec quis erat tunc abbas S. Remigii, nec quis erat archiepiscopus remensis tunc.

Item, dicit... quod tempore illo quo dominus Johannes de Torota habuit discordiam cum Johanne comite registratensi, genero suo, ipse testis vidit in abbacia S. Remigii, Terricum de Passiaco, servientem prepositi laudunensis domini regis, et audivit idem testis ipsum Terricum dicentem quod ipse venerat ad custodiendum terram S. Remigii ex parte regis, et sunt bene decem et septem anni quod hoc fuit; et dicit quod vidit dictum Terricum morantem in dicta abbacia quandiu duravit dicta discordia, et plus, ita quod ibi moram fecit dictus Terricus bene per dimidium annum.

Colardus dictus le Vinde, de Saceio, quinquaginta quinque annorum, ut dicit, testis juratus et requisitus, dicit quod bene sunt triginta anni, quod ipse vidit in quadam discordia quam villa de Saceio, que est S. Remigii, habebat cum villa d'Escuelh, Radulphum dictum Boche, servientem prepositi laudunensis, custodire villam de Saceio ex parte regis; et scit quod dictus serviens dictam villam custodiebat ex parte regis, quia audivit dici quod quando servientes de Castilhione capiebant animalia de Saci, dictus serviens faciebat ea reddi; et vidit dictum servientem tunc morari in villa de Saceio bene per quatuor dies et plus; [et [3] audivit dici testis quod Egidius, prior S. Remigii, procuraverat venire dictum servientem ad dictam villam.]

Item, dicit idem testis, quod bene sunt viginti anni, quod quidam serviens de Castilhione cepit duos equos ipsius testis in terra S. Remigii; quidam serviens domini regis, qui erat tunc cum priore S. Remigii, misit quendam nuncium, qui morabatur cum eodem serviente, ad illum qui dictos equos ceperat, ut eidem testi faceret

[1] Un autre témoin dit : *Sunt bene viginti octo anni.*

[2] Un autre témoin dit : *Scit testis quod erat bannitus, quia tunc audivit preconem clamantem in cambio remensi; sed non poterat bene discernere, quia.... testis erat remotus; sed audivit homines circumstantes dicere, quod dictus Caoe banniebatur.*

[3] Les mots qui suivent sont empruntés à une autre déposition.

reddi dictos equos, et ipse testis ivit cum dicto nuncio, et dictus nuncius fecit eidem testi restitui equos suos, et injunxit idem nuncius, ipso teste audiente, dicto servienti qui dictos equos ceperat, ex parte dicti servientis regis, quod hoc ei emendaret; sed si hoc emendavit dictus serviens, hoc ignorat idem testis.

Burdinus de Furno de Saci, sexaginta annorum et majoris etatis testis juratus et requisitus, dicit quod bene sunt triginta anni, quod ipse vidit in quadam discordia quam villa de Saceio habebat cum villa de Escuelh, quendam servientem regis, qui vocabatur Radulphus Boche, morari per tres dies in villa de Saceio, que est S. Remigii; et credit quod ibi moraretur ad amovendam violenciam, si eidem ville violencia inferretur.

Item, dicit quod bene sunt viginti anni, quod gentes regis Navarre ceperunt equos (*sic*) Colardi le Vinde, mansionarii S. Remigii, in villa de Saceio, et ipso teste audiente, Egidius, tunc prior S. Remigii, conquestus fuit de hoc cuidam servienti regis, qui erat apud Saceium cum eodem priore, et dictus serviens respondit dicto priori quod ipse faceret restitui dictum equum (*sic*) et emendari captionem dicti equi; et dicit quod eadem die vidit dictum equum in villa de Saci, et credit quod dictus serviens fecit revenire dictum equum; [sed nescit quis reducebat eos.]

Raudulphus de Trugni, lvij annorum testis...., dicit quod credit quod garda S. Remigii pertinet ad regem, et hoc audivit dici ab antiquis, et de hoc est fama, ut dicit.

Item, dicit quod ipse vidit regem, antequam transfretaret, capere gistum in ecclesia S. Remigii, et vidit illos de ecclesia solvere expensas quas ibi fecerat, et vidit illos de burgo solvere assisiam factam racione gisti regis.

Item, dicit... quod ipse vidit coram gentibus abbatis S. Remigii, xxx anni sunt, gentes burgi S. Remigii placitare supra mesleiis et causa sanguinis; sed non recolit de nominibus litigancium.

Item, dicit.... quod vidit, ante tempus archiepiscopi, reparari chemina in dicto burgo multociens per gentes abbatis.

Item, dicit quod tempore Jovelli archiepiscopi, et P. de Saceio

Digitized by Google

abbate S. Remigii existente, vidit Thomam le Chauforniers, qui tunc habebat roagium archiepiscopi in burgo S. Remigii, venire ad majorem burgi S. Remigii, scilicet Petrum Caillier, vel Thomam le Mairlier, et audivit ipsum conquerentem de quodam qui suum scilicet roagium, de dicto burgo S. Remigii asportabat; et videtur testi qui loquitur, quod dictus major precepit servienti suo quod dictum hominem sequeretur, et eum arrestaret; sed testis qui loquitur non interfuit arrestacioni.

Item, dicit.... quod xxiij anni sunt, vel circa, vidit testis apud Pontisaram precipi per consilium regis Simoni de Crusniaco, ex parte regis, quod veniret ad abbaciam S. Remigii, ad custodiendam curiam abbatis S. Remigii eidem abbati redditam ex parte regis, in causa quadam que tunc vertebatur inter abbatem et comitem registrinsem; timebat enim idem abbas, ut dicit testis, ne idem comes faceret forciam in dicta curia, et credit idem testis quod dominus Johannes de Bellomonte fecit dictum preceptum ex parte regis dicto Simoni; et dicit idem testis, quod vidit pluries dictum Simonem venire ad dies assignatas dicto comiti in dicta curia, ad custodiendam dictam curiam abbatis, et custodire curiam dicti abbatis apud S. Remigium....

Item, dicit.... quod, tempore Jovelli archiepiscopi, vidit homines dicti burgi ire, et eciam majorem dicti burgi, scilicet Theobaldum, Matricularium nomine, ad diruendum domum Thierrici, existentem in dicto burgo, de mandato majoris dicti abbatis; et hoc scit testis, quod de mandato dicti majoris facta fuit dicta diruicio, quia vidit dictum majorem euntem ad dictam diruicionem faciendam, et audivit homines revertentes de dicta diruicione dicentes quod domum diruerant de mandato dicti majoris, et facta fuit dicta diruicio, ut dicit testis, quia dicebatur dictum Thierricum quendam hominem interfecisse in dicto burgo....

Item, dicit..... quod Albricus, consanguineus ipsius testis, Caoe bannitus fuit Remis de terra archiepiscopi, ut prepositus archiepiscopi dixit testi...; et post dictum bannum, tempore Jovelli archiepiscopi, vidit dictum Albricum stagiarium dicti burgi per quinquennium....[1].

[1] Dans une autre déposition : *Scit testis quod Aubricus erat bannitus de terra archi-*

Item, dicit..... quod xvj vel xvij anni sunt....., testis qui loquitur, tunc serviens Petri abbatis S. Remigii, vidit Tierricum de Paisiaco, servientem prepositure laudunensis, custodientem ex parte regis dictam abbaciam et pertinencias ejus, et bene vidit ipsum Tierricum primo per tres annos continue ibidem morantem causa dicte custodie, et testis qui loquitur duxit ipsum Tierricum aliquociens per terram S. Remigii ad forcias removendas, et bene recolit quod semel duxit dictum Tierricum apud Quercum, villam S. Remigii, et precepit ex parte regis ille Tierricus, teste qui loquitur audiente, preposito comitis registrensis de Ormonte, ne aliquam forciam faceret terre abbatis in illo loco; et certus est testis quod ipse vidit dictum Tierricum habentem litteras regis pendentes, et credit quod continebatur in eis, quod idem Tierricus custodiret dictam abbaciam et ipsius membra ex parte regis.

Item, dicit.... quod antequam rex transfretaret, ipse testis qui loquitur attulit litteras regis patentes, in quibus rex scribebat quod ullus faceret forciam in terra S. Remigii, nec in capite, nec in membris; quia erant in garda sua; et erat tunc Jovellus archiepiscopus, Petrus de Saceio abbas; et testis qui loquitur erat tunc serviens dicti abbatis; sed non recolit de loco ubi dicte littere tradite fuerunt.

Francus le Teinturiers, septuaginta annorum et majoris etatis testis juratus et requisitus, dicit quod custodia S. Remigii spectat ad regem, et hoc scit quia ita audivit dici quadraginta anni sunt, et dicit quod fama est quod dicta custodia ad regem spectat.

Item, dicit quod castrum et burgus S. Remigii movent a rege, et quod reges Francie fundaverunt abbaciam S. Remigii, ut hec audivit dici ab antecessoribus suis.

Item, dicit.... quod quadraginta anni sunt elapsi, quod ipse vidit in curia abbatis S. Remigii, in ipsa abbacia, quendam, qui vocabatur Guiotus de Betezi, qui dicebatur esse missus a rege Francie ad custodiendum curiam abbatis, occasione cujusdam duelli quod debebat

episcopi, quod audivit quosdam servientes prepositi archiepiscopi dicentes, quod mirabantur quod dictus Aubricus audebat morari in dicto banno, quod dictus Aubricus erat bannitus in terra archiepiscopi.

Digitized by Google

fieri in dicta curia, inter quendam militem qui vocabatur Arnaldus Chrestien, et alium militem qui vocabatur Garnerus Talon, pro quibusdam juribus que dictus Arnaldus dicebatur petere a dicta abbacia; et dicit quod vidit dictum Guiotum in dicta curia, quousque pax fuit reformata inter dictas partes.

Garinus le Marrelier, triginta quatuor annorum testis...., dicit quod bene sunt decem et septem anni, quod ipse vidit Rogerum dictum Boce, et Droetum dictum Nigrum, et Robinum de Atrio, facere emendam abbati S. Remigii in abbacia S. Remigii, presentibus scabinis dicti loci, occasione cujusdam hominis Theobaldi Militis nomine, quem dicebantur interfecisse in burgo S. Remigii; et dicit quod pro dicta emenda satisfecerunt abbati de quadraginta libris turonensibus; et hoc scit quia, ipso teste presente, fecerunt securitatem abbati de quadraginta libris solvendis dicto abbati.

Item, dicit idem testis, quod bene sunt quindecim [1] anni, quod ipse testis, ad requisicionem Thome dicti le Chaufformier, et Remigii dicti Tuebuef, qui recipiebant redditus, tunc temporis, quos habet archiepiscopus in burgo S. Remigii, cepit de mandato Theobaldi Matricularii, patris ipsius testis, pignora Bovonis carnificis S. Remigii, et cujusdam alterius hominis, qui vocabatur Stephanus le Waus, qui similiter vendebat carnes in burgo S. Remigii, quia nolebant satisfacere de chevilhagio in quo tenebantur remensi archiepiscopo; et dicit quod tunc temporis erat Joellus archiepiscopus, et Petrus de Saceio abbas S. Remigii. Et dicit idem testis, quod transacti sunt sexdecim anni, quod vidit illos qui recipiunt redditus dicti archiepiscopi in terra S. Remigii, de quorum nominibus non recolit, requirere Theobaldum Matricularium, patrem ipsius testis, qui erat tunc major S. Remigii, quod mitteret cum eis unum servientem qui faceret eos habere ventas que debentur dicto archiepiscopo in burgo S. Remigii; et dicit quod ipsum testem, de tempore, patre suo absente, de hoc eodem requisiverunt, et vidit quod dictus major, ipso vidente, misit unum servientem, qui vocabatur Stephanus le Champenois, ad compellendum illos qui debebant [2] dictas ventas dicto archiepiscopo

[1] Voici la deuxième fois que reparaît ce chiffre rapproché de l'épiscopat de Ivelle.

[2] Une autre déposition ajoute *annuatim*

in dicto burgo, quod eas solverent; et alia vice vidit, circa tempus predictum, quod dictus major misit, in casu consimili, quendam qui vocatur Renerus, et ipsemet testis, in absencia patris sui, tunc majoris S. Remigii, misit Stephanum predictum, propter similem causam, et dicit quod vidit quod dicti servientes afferebant pignora, et dicebant quod dicta pignora ceperant in burgo S. Remigii ab illis qui dictas ventas nolebant solvere dicto archiepiscopo : omnes iste supradicte requeste, facte tam dicto Th. majori S. Remigii, quam ipso testi, in absencia dicti majoris patris sui, facte fuerunt ante tempus istius archiepiscopi.

Item, dicit testis quod vidit ante tempus istius archiepiscopi, patrem ipsius testis, tunc majorem S. Remigii, audire causas hominum burgi S. Remigii in ipsa abbacia, et aliquociens in mercato S. Remigii, tam super mesleiis, quam super effusione sanguinis; et vidit Robinum, filium Johannis Anglici, qui filius morabatur in burgo S. Remigii, litigantem coram dicto majore super quadam mesleia contra quendam sororium suum, de cujus nomine non recolit; et dicit quod dictus Robinus erat reus in dicta causa, et predictus sororius suus erat actor, et tunc vacabat ecclesia remensis per mortem archiepiscopi Henrici; et dicit idem testis quod, ipso vidente, reus de quo conquerebatur actor emendavit clamorem factum de ipso majore predicto.

Item, dicit quod bene sunt decem et septem anni et plus, et erat Joellus archiepiscopus, ut videtur ei, quod ipse vidit quendam, cujus nomen ignorat, mensurare in terra S. Remigii ad carterium archiepiscopi, et dicebat dictus mensurans, ipso teste audiente, quod vicecomites remenses pro dicto archiepiscopo, ipsum miserant ad mensurandum ibi; et dicit quod vidit [quod?] Radulphus Porterius et Clemens Corderius, qui erant tunc sestrelagi burgi S. Remigii pro abbate, ceperunt ibi tunc dictum cartellum, et ipsum secum asportaverunt, et fecerunt mensurari bladum ad quarterium abbatis....

Item, dicit.... quod burgus S. Remigii regitur aliis consuetudinibus quam terra archiepiscopi Remis; et hoc scit quia vidit abbatem Petrum de Sacei facere scabinos in dicto burgo Girardum dictum la Coque, et Huardum de Paregni, ante tempus istius archiepiscopi, et

Digitized by Google

sunt viginti anni quod dictus Girardus fuit factus scabinus per dictum abbatem, et quindecim anni quod dictus Huardus fuit factus scabinus similiter per dictum abbatem; et dicit quod archiepiscopus remensis non facit scabinos remenses in terra sua; et hoc scit quia vidit scabinos remenses creari per populum dicte ville in dicta villa ante tempus istius archiepiscopi.

Item, dicit quod talis est consuetudo in burgo S. Remigii, quod si quis est assignatus pro aliquo debito ad aliquam domum dicti burgi, auctoritate justicie S. Remigii, ita quod pro solucione dicti debiti sit certus terminus assignatus, si debitor deficiat in solucione dicti debiti, si creditor petat a justicia S. Remigii dictum pignus anoctari, et post dictam anoctacionem poni in possessionem dicti pignoris, dicit quod si ponatur dictus creditor in possessionem dicti pignoris, solvit inde ventas; et dicit quod in tali casu vidit solvi ventas a Baudino dicto Rodan, patri ipsius testis, qui erat tunc major S. Remigii, pro medietate cujusdam domus, que fuit Jacobi de Peirona, site in eodem burgo; et dicit quod Remis, in terra archiepiscopi, non est talis consuetudo, ut audivit dici idem testis; et dicit quod talis pignoris facit creditor fructus suos in terra S. Remigii, ut audivit dici a patre suo, secundum consuetudinem dicti loci, quod non facit Remis in terra archiepiscopi; et dicit quod in supradicto casu creditor tenetur retinere domum sibi obligatam in tali statu in quo traditur ei, secundum quod audivit testis a dicto patre suo, et a scabinis dicti loci, et hoc secundum consuetudinem dicti loci.

Heuduinus, sexagenarius, testis...., dicit quod tempore Jovelli archiepiscopi, ut credit..., vidit Theobaldum Matricularium, tunc majorem burgi, ire ad domum Isabelle Gastellarie, in banno S. Remigii existentem, et vidit quod ibi fecit capi quoddam bacinum illius mulieris, pro tribus denariis debitis nomine ventarum archiepiscopo ab eadem muliere, et tradi fecit illud bacinum cuidam servienti archiepiscopi ibi presenti; sed de nomine servientis non recolit, nec fuit presens quando dictus serviens fecit clamorem coram dicto majore, de illa muliere, de illis tribus denariis.

Item, dicit..... quod sunt xvij anni...., fuit presens idem testis in

aula S. Remigii, ubi abbas recepit plegios de xl libris Robertum Mutonem et Petrum Heremitam, ut Rogerius, qui dicebatur Theobaldum dictum Militem in burgo interfecisse post reditum suum de ultra mari, posset morari in terra S. Remigii; et ipse qui loquitur, de illis xl libris solvit xl soludos.

Item, dicit..... quod tempore quo fuit discordia inter Henricum archiepiscopum et cives remenses, vidit quendam servientem regis in abbacia S. Remigii..., et ibi moram fecit dictus serviens per duos menses..., etc., etc...

Geraudus dictus la Coke, sexagenarius, vel circa, testis..., dicit quod credit gardam S. Remigii pertinere ad regem; et hoc credit quia semper vidit illos de burgo et illos de abbacia advouare gardam regis.

Item, dicit..... quod sunt triginta quinque anni...., vidit majorem burgi facere dirui partem domus Raudulphi Sicci, quia dicebatur Raudulphus quandam mulierem gravidam interfecisse, nocte intrante, in dicto burgo; et per hoc dicit testis quod vidit abbatem altam justiciam in dicto burgo explectasse.

Item, dicit quod vidit regem, antequam transfretaret, capere gistum in dicta abbacia, et hoc scit idem testis, quia vidit tunc levari ab hominibus dicti burgi assisiam xij denariorum debitam pro dicto gisto dicto abbati; et quod propter hoc debeatur dicta assisia xij d., ita semper audivit dici, et ipse testis fuit unus de collectoribus dicte assisie.

Item, dicit.... quod, ante tempus istius archiepiscopi, vidit pluries capi per servientes majoris dicti burgi pignora in dicto burgo pro ventis archiepiscopo debitis, et eadem pignora defferri ad domum dicti majoris, presente serviente archiepiscopi; sed non recolit testis de nominibus illorum qui tunc fuerunt pingnorati.

Item, dicit quod vidit dari plegios abbati S. Remigii de xl libris... pro quodam homicidio...., de quo homicidio dicebatur facta composicio inter Rogerum et amicos occisi; et dati fuerunt plegii in aula S. Remigii.

Item, dicit.... quod sunt xx anni ..., ipse testis, cum multis aliis de

Digitized by Google

burgo S. Remigii, rescousserunt gladiis evaginatis Johanni Backet, tunc preposito archiepiscopi, quendam hominem quem idem Johannes arrestaverat in dicto burgo; nec vidit unquam quod propter hoc fuissent positi ad emendam per gentes archiepiscopi.

Item, dicit quod vidit Priorem Matricularium et Clementem Cordarium, vicecomites dicti burgi, capere mensuram archiepiscopi, ad quam tunc bladum in dicto burgo fuerat mensuratum, et vidit dictam mensuram deferri ad abbaciam per illos qui eam acceperant.

Item, dicit quod alie sunt consuetudines in burgo S. Remigii, et alie in civitate remensi, nam in burgo talis est consuetudo quod in muro communi inter duos vicinos, alter vicinorum illorum bene potest edificare, alio vicino non requisito; et hoc vidit usitari in muro communi testis.... Sed in terra archiepiscopi contraria consuetudo in consimili casu [usitatur]; sed testis non recolit se vidisse usitari in terra dicta dictam consuetudinem [1].

Item, dicit quod talis est consuetudo in dicto burgo, quod creditor facit fructus suos pignoris sibi obligati, et hoc vidit usitari in multis casibus et inter multas personas; sed nunquam vidit super hoc judicium reddi, nec de ista consuetudine controversiam, et dicit testis quod vidit Theobaldum de Pingniaco lucrifacere lx s. singulis annis qui habebantur de domo sita in dicto burgo sibi obligato (*sic*) a Johanne Poiré, et dicit testis quod ipse interfuit quandoque computacioni quam fecerunt dictus debitor et creditor; et dicente dicto debitore quod creditor plus receperat de locacione dicte domus quam esset in debito, audivit dictum creditorem dicentem quod sibi non redderet, et secundum illum modum dictum dicit se vidisse quod dictus creditor lucrifecisset dictos xl solidos de locacione dicte domus receptos singulis annis durante pingnoracione; sed in terra archiepiscopi Remis nunquam audivit dici fore talem consuetudinem.

[1] Une autre déposition ajoute : *dicit testis quod Remis, in terra archiepiscopi, non est talis consuetudo; et hoc scit quia ipsi testi qui erat camsor volenti infigere unam camelam in muro claudenti stallum suum in cambio remensi ex una parte, et quoddam operatorium in quo venduntur panes ex alia (et murus ille erat communis illi cujus erat stallum in quo cambiebat et vicino; sed nescit testis si alio modo erat communis, stallum siquidem illud non erat testi, quantum ad proprietatem) inhibitum fuit per majorem dicti cambii, ne dictam camelam in dicto muro immitteret; et sunt bene quadraginta quinque anni quod hoc fuit.*

Item, dicit quod Petrus de Saceio abbas ipsum testem fecit scabinum dicti burgi, bene sunt xx anni.... In terra archiepiscopi Remis [scabini] fiunt in die Cinerum a communitate ville remensis, ut audivit dici testis, quia nunquam interfuit creacioni scabinorum ibi.

Item, dicit quod tempore Petri Claudi abbatis, bene sunt xxxviij anni vel circa, vidit in curia dicte abbacie campum duelli inter feminam quandam dictam Cuisse d'Aue et Guillelmum de Villaribus, et vidit Robertum de Parigniaco, tunc prepositum de Lauduno, custodientem ex parte regis, ut dicebatur, curiam abbatis, quantum ad illud duellum, ne violencia fieret abbati in dicta curia.

Galterus li Boire de Bazencurte, sexaginta annorum et majoris etatis testis..., dicit quod bene sunt sexdecim anni quod ipse testis vidit apud Bazencort quendam, qui dicebatur serviens regis, qui vocabatur Terricus de Passiaco, et tunc Petrus de Saciaco, abbas S. Remigii, injunxit isti testi, qui erat tunc major de Bazencort pro dicto abbate, quod provideret in expensis dicto Terrico quandocunque dictus Terricus declinaret ad dictum locum, et dixit idem abbas dicto testi quod dictus Terricus erat serviens regis. Dicit etiam testis quod dictus Terricus dixit eidem testi, quod quandocunque indigeret eo, ipse testis inveniret eum apud Paissi, et quod ipse habebat litteras regis de custodienda terra S. Remigii.

Johannes, filius Herberti de Bazencurte, quadragenarius.... testis..., dicit quod bene sunt quatuordecim anni, ut credit, et erat tunc abbas S. Remigii Deodatus...[1], quod testis ivit ad dominum Johannem d'Enmenencort militem, ad requirendum ab eo berbices suas, quas dictus miles detinebat captas; et ivit cum eodem teste Terricus de Passi, qui dicebat se esse servientem regis, ipso teste audiente, et precepit dictus Terricus ex parte regis dicto militi quod redderet eidem testi berbices suas, quia ipse non poterat sustinere quod dictus miles detineret captas berbices burgensis S. Remigii; et dicit quod tunc idem testis erat burgensis S. Remigii in villa de Bazencort et adhuc est; et dicit quod dictus Terricus ivit ad dictum militem, occasione

[1] Déodat étant mort en 1239, il résulterait de cette déposition que notre instrument doit être daté de 1253, et non de 1263.

Digitized by Google

supradicta, ad requisicionem Gileberti, tunc prioris de Corbeni, et tunc dictus miles et ipse testis compromiserunt super dictis berbicibus in Stephanum de Maizi, monachum S. Remigii, et Droardum de Bazencort.

Odardus de la Planche, lvj annorum...., dicit.... quod bene sunt xviij anni.... vidit quod G. Rufus, prepositus belvacensis, precepit ex parte regis domino Johanni, tunc fratri comitis registestensis, apud Castellerium, villam dicti Johannis, quod redderet quedam animalia dicti testis et quorundam aliorum hominum de Insula, que violenter ceperat dictus Johannes in campis....; et testis vidit quod Johannes dicta animalia reddidit ad mandatum regis [1].

Bovo dictus le Lamiers, quinquaginta quinque annorum testis...., dicit quod pluries vidit in burgo S. Remigii capi pignora per servientes abbatis, presentibus servientibus archiepiscopi, ab hominibus dicti burgi, pro ventis in quibus dicti homines dicti burgi tenentur archiepiscopo; et sunt viginti anni transacti quod hoc primo vidit, et dicit quod non vidit servientes dicti archiepiscopi conqueri servientibus dicti abbatis pro dictis ventis habendis.

Item, dicit testis quod abbas habet cognicionem earum pertinencium ad vicecomitatum in burgo S. Remigii, videlicet super mesleis et sanguine; et hoc scit testis, quia pluries vidit, transacti sunt triginta anni, burgenses burgi litigare in curia abbatis super mesleis et sanguine factis in dicto burgo inter ipsos.

Item, dicit testis... quod terra S. Remigii, sive burgus, regitur per proprium majorem positum ibi per abbatem, et proprios scabinos..., et dicit quod in terra archiepiscopi Remis non est major; sed tamen dicit quod multi sunt ibi vici ubi sunt majores [2]; sed nescit quomodo creantur.

Droardus dictus la Barbe, sexaginta duorum annorum testis...., dicit quod credit quod custodia S. Remigii spectat ad regem, et hoc

[1] Suit une longue liste de vexations subies de la part des habitants de l'Ile, exercées par les seigneurs voisins, réparées par l'intervention des hommes du roi.

[2] Les maires de Venisse, de la Couture, et sans doute aussi de Saint-Éloi et de Mont-Valois.

credit quia audivit dici ab antecessoribus suis, et dicit quod communiter audivit hoc dici quinquaginta anni sunt elapsi, et dicit quod credit quod bannum, justicia et omnis temporalitas S. Remigii movent a rege; sed nunquam vidit appellari a curia dicti abbatis ad curiam regis ante tempus istius archiepiscopi qui nunc est.

Item, dicit quod nunquam audivit dici quod de curia abbatis S. Remigii laicali appellaretur ad curiam laicalem remensis archiepiscopi.

Item, dicit.... testis quod bene sunt triginta duo anni, ut credit, quod Petrus Claudus, tunc abbas S. Remigii, guerra existente inter archiepiscopum remensem et cives remenses, fecit fieri muros circa bannum suum in terra sua, ipso teste vidente, qui testis, pro fabrica dictorum murorum, solvit partem, et postmodum vidit Guillelmum, tunc cancellarium remensem, requirere dictum abbatem, ex parte dicti archiepiscopi quod dictos muros faceret amoveri, et audivit quod dictus abbas respondit dicto cancellario quod ipse nichil tenebat ab archiepiscopo, et quod ad mandatum ejusdem dictos muros non faceret amoveri; et postmodum idem abbas fecit dictos muros amoveri ad mandatum regis, ut audivit dici idem testis de mandato, quia mandatum non audivit.

Jacobus Porcarius, xxxv annorum testis...., dicit quod xvj anni sunt audivit abbatem precipientem in camera sua apud S. Remigium patri testis qui loquitur, et Roberto d'Escuel et Henrico Taco, et Guiberto de Senu, tunc scabinis S. Remigii, quod ipsi facerent reparari chemina S. Remigii, et non longe post testis vidit cheminum dicti burgi reparari, et fuit presens testis quando dicti scabini fecerunt forum cum operariis de dicto chemino reparando.

Item, dicit... testis quod sunt xv[1] anni vel circa..., vidit filium Pain-de-Seigle ejicere ex parte regis quosdam custodes quos posuerat archiepiscopus Jovellus..... in abbacia, ad ipsam custodiendam, et audivit dictos ejectos dicentes, antequam ejicerentur, dicto filio Pain-de-Seigle volenti eos ejicere, quod erant ibi ex parte Jovelli archiepiscopi; sed non recolit de nominibus illorum custodum ejectorum.

[1] Voici la troisième fois que cette date est reproduite.

Digitized by Google

Herbertus dictus Cupia-Borse, quadraginta annorum et majoris etatis testis..., dicit quod si archiepiscopus, vel mandatum suum, caperent aliquem in banno S. Remigii, monachi possent rescussionem eidem archiepiscopo facere, vel mandato suo; et hoc scit testis, quia bene sunt quatuordecim anni, quod vidit Robertum dictum Boton de Atigniaco, tunc prepositum remensem pro archiepiscopo, capere in vico Molendinorum, in banno S. Remigii, quendam Eustachium nomine, et ipse testis, cum quibusdam aliis hominibus dicti banni, rescussit dictum Eustachium dicto preposito, et occasione dicte rescussionis, nullam solvit emendam, nec aliquis alius quod ipse sciat.

Item, dicit... testis quod talis est consuetudo in burgo S. Remigii, quod cum aliquod pignus anoctatur in dicto burgo, oportet quod ille cujus est pignus, volens satisfacere creditori suo infra noctes, solvat justicie abbati (*sic*) S. Remigii triginta denarios; et hoc scit, quia hoc vidit fieri in se ipso qui loquitur, et sunt bene xviij anni quod hoc vidit; cum enim domum quandam, quam ipse habet in burgo S. Remigii, pignori obligasset Roberto de Ruffi, et dicta domus fuisset per majorem S. Remigii anoctata, volens eam redimere a dicto creditore, oportuit ipsum testem solvere triginta denarios Theobaldo Matriculario, tunc majori S. Remigii, pro dicta anoctacione.....; et dicit quod in terra archiepiscopi non solvitur, nisi unus denarius, pro dicta anoctacione.

Johannes Lizot, septuagenarius et majoris etatis.... testis, dicit quod bene sunt quadraginta anni quod ipse vidit homines banni S. Remigii facere fidelitatem quibusdam quorum nomina ignorat, nomine regis, in monasterio S. Remigii, et ipse testis, tunc burgensis dicti banni, fecit dictam fidelitatem una cum aliis hominibus dicti banni...; et erat Philippus rex Francie [1].

Item, dicit testis... quod vidit abbates S. Remigii, et eorum curiam, audire causas hominum burgi super mesleis et sanguine, et hoc vidit de Petro Claudo abbate, et sunt quadraginta anni elapsi quod hoc vidit, et dicit quod unus de litigantibus super mesleia coram abbate

[1] Le serment est de mars 1219. Voyez plus haut, à cette date, l'inst. n° LXXX.

vocabatur Yzotus....; et dicit quod vidit pluries alios burgenses S. Remigii litigare ante tempore (*sic*) istius archiepiscopi super mesleis et sanguine, tam coram Deodato abbate, quam coram Petro de Saceio....

Item, dicit testis... quod xx anni sunt elapsi, quod ipse vidit Petrum dictum Callier, majorem banni, et ejus servientes, capere quandam mensuram cum qua gentes archiepiscopi volebant mensurare sal in banno S. Remigii in domo Henrici Branchon, eo quod dictum sal volebant ibi mensurare ex parte archiepiscopi.

Henricus de Mercato, sexagenarius testis....., dicit quod triginta sex anni sunt elapsi, quum ipse vidit recipi fidelitates hominum burgi S. Remigii ex parte regis in abbacia S. Remigii, in monasterio vel in aula, quia bene non recordatur de loco; et erat tunc rex Francie pater istius regis [1], et dicit quod recipiens dictam fidelitatem vocabatur Herveus vel Robertus de Parnant...; et dictus Robertus vel Herveus recipiebat fidelitates ex parte regis, quia credit quod non esset ausus recipere dictas fidelitates, nisi haberet mandatum a rege.

Colardus dictus li Gris, civis remensis, lx annorum testis...., dicit quod credit quod custodia S. Remigii pertineat ad regem, et hoc audivit communiter dici ante motam litem....

Item, dicit testis.... quod quinquaginta anni sunt transacti, quod ipse vidit regem Philippum [2] in abbacia S. Remigii, et post recessum dicti regis, vidit levari a burgensibus burgi S. Remigii per servientem quendam, cujus nomen ignorat, abbatis Guidonis, duodecim denarios a singulis burgensibus dicti banni, et dicebat, ipso teste audiente, quod dicti denarii levabantur occasione gisti regis; et erat tunc temporis Albericus archiepiscopus remensis, ut credit.

Garinus dictus Siccus, liiij annorum testis..., dicit quod rex habet gistum in abbacia S. Remigii; et hoc scit, quia multociens vidit levari a quolibet mansionario burgi S. Remigii duodecim denarios, racione dicti gisti, per gentes abbacie, quando rex veniebat ad dictam

[1] Louis VIII étant mort en novembre 1226, on ne peut, d'après ce passage, reculer la date de notre instrument au-delà de 1265.

[2] Effectivement, en 1213, Philippe-Auguste se trouvait à Reims.

Digitized by Google

abbaciam, quem vidit testis pluries venire ibi, et premissa vidit ante tempus istius archiepiscopi.

Item, dicit testis... quod tempore Henrici archiepiscopi vidit dirui, per gentes S. Remigii, partem cujusdam domus, quam tunc Raudulphus Siccus habebat in banno S. Remigii, occasione cujusdam mulieris, quam Raudulphus dicebatur interfecisse in vico Molendinorum...; et dicit quod castellanus[1] S. Remigii fuit presens, ipso vidente, in diruptione dicte domus, et dicit quod, ipso audiente, preconizatum fuit ex parte abbatis in banno S. Remigii, quod omnes irent ad diruptionem dicte domus; et ipso vidente, post preconizacionem, populus dicti banni ivit ad diruptionem dicte domus, et ipsemet tunc fuit ibi....

Thomas dictus Buenzares, lij annorum testis....., dicit quod xviij anni sunt, vidit ad submonicionem abbatis, illos de banno S. Remigii ire in quandam cavalcatam in ripa de Supe, contra Raudulphum de Spineto, ut credit....

Robinus dictus de Atrio, xxxvij annorum testis...., dicit quod decem et septem anni sunt elapsi quod Rogerus li Bosche interfecit, in banno S. Remigii, Theobaldum dictum Chevalier, cujus interfectioni idem testis interfuit, et quidam alius qui vocatur Droetus Niger; quo facto, ipse testis et dictus Droetus fugerunt ad ecclesiam S. Nichaisii, et ibi fuerunt per aliquot dies; et dicit quod occasione dicte interfectionis, emendam fecerunt ipse testis, et predicti Drouetus et Rogerus ipso vidente, Petro de Saceio abbati S. Remigii, et de dicta emenda finaverunt cum dicto abbate, ipse testis et predicti...., mediantibus xl libris turonensibus, de quibus xl libris solvendis dicto abbati prestiterunt fidejussores Robertum dictum Mutonem et Petrum Heremitam, et Thomam Monachum, tunc prepositum de Courtisac.

Hodierna vidua, de burgo S. Remigii, sexagenaria, vel quasi, testis jurata et requisita, nichil dicit dignum scriptura.

[1] Une autre déposition porte : *Testis audivit majorem S. Remigii precipientem hominibus dicti burgi, ut partem dicte domus diruerent ; et credit testis quod dictum preceptum factum fuit ex parte abbatis.* Et plus loin : *Testis vidit Anselinum de Villaribus, tunc majorem S. Remigii, percucientem primum ictum in dicta domo.*

Johannes de Bruieriis, lx annorum, vel circa, testis...., dicit quod audivit dici, tempore Jovelli archiepiscopi, pluries a Petro de Saceio..., quod ecclesia S. Remigii erat de custodia regis, et dicit quod dictus abbas pluries per se, et per suos, requisivit ipsum testem, qui tunc erat prepositus laudunensis, super violenciis amovendis que inferebantur dicto abbati in terra sua, et in domibus suis, in comitatu registratensi, et in aliis locis....

Item, dicit testis.... quod tempore archiepiscopi Jovelli..., in guerra quam Johannes de Torota habuit cum Johanne comite registratensi, cum dictus de Torota vellet intrare terram dicti comitis cum magna multitudine armatorum, ad devastandam terram dicti comitis, ipse testis, tunc prepositus laudunensis, ad requisicionem dicti abbatis, ivit ad dictum de Torota in introitu comitatus registratensis, et abbas cum ipso teste; et dixit idem testis eidem de Torota, et aliis mangnatibus qui erant cum dicto Johanne, quod terra S. Remigii erat in custodia regis; et inhibuit eis, ex parte regis, ne aliquid forefacerent in terra S. Remigii; et responderunt dictus de Torota, et alii mangnates qui erant cum eo, ipsi testi, audita inhibicione, quod non forefacerent in terra abbatis; et dicit quod tunc ipse testis moram fecit cum abbate S. Remigii in terra ipsius abbatis existente in dicto comitatu, per quatuor dies, ad custodiendum dictam terram ex parte regis.... Dicit eciam quod quando idem testis primo fuit prepositus laudunensis, ipse recepit mandatum a curia domini regis et litteras, sed non est bene certus, si fuerunt littere domini regis vel domine Blanche regine, quod si abbas S. Remigii vel gentes sue indigerent ipso teste, in violenciis amovendis, quod juvaret eos. Dicit eciam quod, quando idem testis recessit de terra S. Remigii, durante guerra supradicta, ipse testis, tunc prepositus laudunensis, dimisit ibi duos servientes ad custodiendum dictam terram S. Remigii ex parte regis, et moram fecerunt in dicta terra usque post recessum dicti Johannis de Torota..., etc., etc.

Simon de Juvigniaco, lxv annorum testis ..., dicit quod sunt xxij anni transacti, Petro de Saceio existente abbate, Hugone comite re-

Digitized by Google

gistratensi, Henrico archiepiscopo remensi existente[1], si tunc erat ibi archiepiscopus; sed non est bene certus... testis, si ibi erat archiepiscopus, an sedes vacabat; rex mandavit testi, per litteras suas patentes, quod ipse testis iret ad curiam abbatis S. Remigii remensis, et videret cujusmodi jus idem abbas faceret predicto comiti in curia sua, et cujusmodi jus dictus comes faceret dicto abbati in dicta curia super quibusdam injuriis, quas dictus abbas dicebat dictum comitem sibi fecisse in indebita exactione gistorum, quod gista ceperat dictus comes in quibusdam villis S. Remigii, et eciam super extorsionibus aliis quas fecerat dictus comes hominibus villarum S. Remigii. Preterea mandatum fuit testi, in eisdem litteris ex parte regis, quod ipse testis inquireret veritatem super dictis exactionibus de quibus abbas contra dictum comitem conquerebatur; et dictus abbas testem duci fecit per villas S. Remigii...., ut in dictis villis..... testis inquireret veritatem. Postea testis, facta super predictis inquisicione, ipse testis qui loquitur, et camerarius de Campania, monachus S. Remigii, de cujus nomine non recolit, qui fuit cum dicto teste in dicta inquisicione facienda, retulerunt dicto abbati quod super predictis invenerant; et, dicto comite in dicta curia presente, abbas predictus petebat quod comes dictos excessus corrigeret, teste presente, et comes petebat fieri recordacionem super hiis super quibus debebat ibi fieri judicium; et cum super illa recordacione esset discordia inter partes, et heedem partes ad curiam regis redierunt, et in curia regis, ipso teste presente et audiente, dixit dominus Gaufridus de Capella dictis abbati et comiti, quod illi qui debebant judicium facere, primo debebant recordari illa super quibus erat judicatum, et ea recordando super hiis judicare; et preterea testis audivit dici quod dicti abbas et comes super predictis composuerunt; alia predicta vidit et interfuit.

CCCXVI.

Testes producti ex parte archiepiscopi remensis, super garda S. Remigii remensis contra regem; et sunt testes vj^{xx} et ix. Preterea in isto fasciculo sunt articuli et facta tradita ex parte

[1] La date que l'on peut induire de ce passage est encore 1262 ou 1263.

archiepiscopi, et eciam quedam sunt dicta que scripta vidimus in quibusdam libris apud S. Remigium remensem [1].

Archiv. du Roy., J, cart. 1032.

Infra scripti testes recepti sunt in absencia procuratoris domini regis, ad requisicionem remensis archiepiscopi, eo quod quidam eorum erant senes et valetudinarii, et alii affuturi, sub tali protestacione, quod valeant eorum dicta, si de jure debent valere, et si de jure non debeant valere, quod valeant, si placuerit domino regi.

Dominus Lambertus dictus Pois-au-Lart, monachus S. Remigii remensis, lx et octo annorum et amplius, ut dicit, testis, juratus de licencia abbatis sui, et productus ex parte archiepiscopi, et requisitus, dicit quod tempore archiepiscopi Wilelmi de Juniivilla, audivit Petrum Claudum, tunc abbatem S. Remigii, precipientem quibusdam monachis quod irent ad prepositum archiepiscopi remensis, de cujus nomine non recordatur, et adducerent ipsum pro quadam violencia removenda, quam Remigius, filius Radulphi dicti de Hospicio volebat facere, ut dicebatur, contra quendam monachum S. Remigii, congregatis multis hominibus in domo ipsius Remigii ad hoc faciendum, ut dicebatur, sita in burgo S. Remigii; et testis qui loquitur audivit dici quod prepositus archiepiscopi venit ad dictam domum, et homines qui erant ibi fecit recedere. Testis qui loquitur non recordatur de nominibus illorum quibus abbas fecit dictum preceptum, nec fuit presens quando dictus prepositus a dictis monachis fuit requisitus super dicta violencia removenda, nec recordatur si erat estas vel hyemps, nec in quo loco dicti monasterii dictum preceptum factum fuit, nec recolit quot sunt anni; et dicit testis quod ad prepositum archiepiscopi, pocius quam ad prepositum regis, abbas misit pro dicta violencia removenda, quia tempore illo nullus recursus habebatur, quod sciret, ad prepositum regis pro violenciis vel injuriis illatis ecclesie S. Remigii removendis, quandiu archiepiscopus posset easdem removere.

Item, dicit idem testis, quod tempore archiepiscopi Jovelli, ut vide-

[1] Le rouleau qui contient ces dépositions est long de trente-trois pieds et se compose de vingt-deux peaux de parchemin.

Digitized by Google

tur ei, et sunt bene decem et octo anni vel circa, quod abbas Petrus S. Remigii dictus de Saceio proposuit in capitulo S. Remigii, coram conventu dicti loci, quod non poterat rehabere quosdam equos dicte abbacie, quos milites de Muteri detinere dicebantur contra voluntatem abbatis, nisi dictis militibus super hoc violencia inferretur; et peciit consilium a dicto conventu ad quem super hoc haberet recursum, vel ad regem, vel ad archiepiscopum remensem; et responsum fuit ei per conventum, quod primo debebat habere recursum ad archiepiscopum remensem super hoc, et quod non debebat habere recursum super hoc ad alium, quousque dictus archiepiscopus esset in defectu; et dicit idem testis quod predicta vidit et audivit, et presens fuit. Dicit eciam quod postea audivit dici, quod dicti equi fuerunt recuperati per potenciam dicti archiepiscopi, et credit quod dictus archiepiscopus conquestus fuit regi Navarre, et sic dictos equos fecit rehabere; et credit testis qui loquitur quod ipse habuit recursum ad dictum archiepiscopum, tanquam ad dominum secularem, et tamen nulla fuit facta mencio de hoc in capitulo S. Remigii.

Preterea, dicit testis.... quod Guillelmus de Jongnisvilla remensis archiepiscopus, Petro Claudo abbate S. Remigii existente, venit ad capitulum, congregatis ibi monachis et abbate, et audivit statum monasterii; quo audito, quia intellexit statum illum malum, quantum ad temporalia, posuit ibi quatuor burgenses et quatuor monachos S. Remigii, ad recipienda temporalia ejusdem monasterii et administranda; et testis qui loquitur interfuit supradictis, et fuerunt in dicta administracione monachi et burgenses bene per annum et plus. Nomina burgensium qui fuerunt in dicta administracione sunt hec: Robertus dictus Burgensis, Garinus dictus Gojons, Albricus dictus Cope-Sac, frater dicti Garini, et Guillelmus dictus le Nage. Nomina monachorum sunt hec: Egidius prior, et Adam qui fuit postmodo abbas S. Basoli; de nominibus aliorum non recordatur. *Item,* dicit quod predicta vidit et audivit testis, et dicit quod nescit si archiepiscopus fecit hoc tanquam prelatus, vel tanquam baro, et credit quod sunt triginta anni et plus quod hoc fuit.

Dominus Willardus de Tigniaco, monachus S. Remigii, quinqua-

genarius, ut credit, productus de licencia abbatis sui, testis juratus..., dicit.... quod sunt xiij anni vidit Petrum abbatem, in pleno capitulo, consilium requirentem a conventu dicti monasterii ad quem esset recursus habendus, utrum ad regem, vel ad archiepiscopum, pro equis... rehabendis; et respondit Henricus de Betegnivilla monachus, unus de majoribus ecclesie, quod ad remensem archiepiscopum erat primo recurrendum, et alii monachi consenserunt....; et postea, ut audivit dici testis, archiepiscopus fecit rehabere equos; sed nescit utrum racione spiritualis vel temporalis, et credit quod hoc fecit ad requisicionem dicti abbatis; et credit testis qui loquitur quod requirebat consilium abbas, si erat recursus habendus ad archiepiscopum tanquam ad dominum temporalem, non tanquam ecclesiasticum; sed tamen de hoc non fuit facta specialis mencio in capitulo quod recordetur.

Petrus, prior de Houdain, monachus S. Remigii, testis....., nichil dicit dignum scriptura, nisi quod audivit dici ab antiquis et antecessoribus suis, quod quum violencia inferebatur monasterio S. Remigii, in burgo S. Remigii, et in aliquibus villis in Montana, abbas S. Remigii primo requirebat archiepiscopum remensem, ut hoc faceret emendari, et si hoc non faciebat dictus archiepiscopus, dictus abbas recurrebat ad regem; et cum dictus archiepiscopus predicto monasterio in rebus suis violenciam inferebat, dictus abbas recurrebat ad regem.

18 décembre 1262. Vidimus litteram que sequitur sigillatam sigillo archiepiscopi remensis in hec verba : Thomas, Dei gracia remensis archiepiscopus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod nos nostros constituimus procuratores, et quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis non sit melior condicio, magistros Matheum et Jacobum de Attrebato, canonicos remenses, in causa quam habemus contra illustrem nostrum dominum Ludovicum, Dei gracia regem Francie, super custodiam S. Remigii remensis, et ipse contra nos, et de qua compromissum est in viros venerabiles magistros Johannem de Trecis, archidiaconum, et Philippum de Caturco, scolasticum bajocensem, dantes eisdem procuratoribus potestatem

Digitized by Google

omnia faciendi pertinencia ad dictum compromissum et causam compromissi, que nos faceremus aut facere possemus, si presentes essemus; gratum et ratum habituri quicquid per dictos procuratores, vel per alterum eorum, actum fuerit sive dictum, quantum ad totam dictam causam. Datum anno Domini mill° cc° lx° secundo [1], die lune ante festum beati Thome apostoli.

Johannes de Blanzeio, civis remensis, lx annorum et etatis majoris, ut dicit, testis....., dicit quod bene sunt triginta anni, et erat tunc archiepiscopus Henricus, et ipse testis erat tunc prepositus Remensis pro ipso archiepiscopo, accidit quod dictus archiepiscopus ad querimoniam abbatis Petri Claudi nomine S. Remigii, cui querimonie facte in Porta Martis idem testis interfuit, dictus archiepiscopus precipit eidem testi, quod caperet de bonis Johannis de Muteri, militis, qui dicebatur quendam equum S. Remigii cepisse in territorio remensi, in terra S. Remigii, quousque dictus miles dictum equum restituisset abbati, et ipse testis tunc, cum exercitu ville remensis, ivit ad domum dicti militis apud Vilers ad Nués, et domum dicti militis fregit dictus exercitus, et bona que ibi invenerunt consumpserunt; et postmodum, ipso teste presente, baillivus archiepiscopi, Terricus de Vion nomine, predictum militem invenit Remis in terra ipsius archiepiscopi, et dictum militem cepit, ipso teste vidente, et posuit in Porta Martis in prisione dicti archiepiscopi, ipso teste vidente, et dicit testis quod dictus miles fuit detentus in dicta prisione quousque dictum equum deliberavit; et hoc scit testis, quia, ipso teste presente, quidam monachus S. Remigii dixit baillivo.... in Porta Martis, quod monachi S. Remigii rehabuerant equum suum; sed non expressit monachus a quo dictum equum rehabuerant. Quo audito, baillivus extraxit dictum militem de prisione, teste vidente, et fecit eum jurare quod, propter aliquid quod evenisset,

[1] Marl., II, 553, met, d'après Couvenier, la mort de l'archevêque Thomas, le 17 février 1262. Du Bouchet, *Histoire générale de la maison de Courtenay*, la met en 1264. L'acte que nous avons donné plus haut, n° CCCVII, prouve que tous deux se sont trompés.

nulli noceret, et sic dictum militem permisit abire, teste vidente....; et dicit testis quod nescit si dictus miles erat homo archiepiscopi, vel tenebat aliquid ab eo.

Item, dicit testis quod triginta anni sunt et plus, quod, cum esset discordia inter archiepiscopum Henricum ex una parte, et Dominum de Gotis ex altera, ipse testis, qui tunc erat prepositus remensis pro dicto archiepiscopo, de mandato dicti archiepiscopi ivit ad S. Remigium, et requisivit ex parte archiepiscopi quendam monachum cujus nomen ignorat, qui tunc erat castellanus S. Remigii, ut credit testis, quod faceret custodiri portas burgi S. Remigii, ita quod dampnum non posset inferri per dictas portas gentibus archiepiscopi, et dictus monachus respondit testi : Nos bene faciemus de hoc quod debebimus. Et dicit quod, eadem die in sero, vel sequenti die, ipse testis ivit ad S. Remigium ad videndum si dicte porte custodiebantur, et invenit ibi custodes qui dictas portas custodiebant, que erant clause ex parte Petri Claudi abbatis; et scit quod ex parte dicti abbatis dictas portas custodiebant dicti custodes, quia ipsi erant mansionarii S. Remigii, et bene cognoscebat eos.

Item, dicit testis.... quod tempore quo archiepiscopus remensis Henricus habebat discordiam cum villa remensi, et sunt bene viginti quatuor vel viginti quinque anni quod hoc fuit, idem testis, qui erat tunc scabinus remensis, ivit ad S. Remigium una cum aliis scabinis remensibus, et rogaverunt majorem S. Remigii quod faceret portas burgi ita custodiri, quod per dictas portas non posset dampnum evenire ville remensi, et dictus major, qui vocabatur Fulco Caillerius, respondit ei quod libenter hoc faceret, et audivit dici idem testis quod dictus major fecit portas predictas custodiri.

Item, dicit testis quod nescit si ecclesia S. Remigii sita est in capite baronie archiepiscopi remensis; sed dicit quod videtur ei quod Remi caput sit baronie, et quod ecclesia S. Remigii sita sit Remis.

Item, credit testis quod alie ecclesie conventuales que sunt in dominio temporali archiepiscopi sunt de garda seu custodia dicti archiepiscopi. Credit eciam testis quod, vacantibus dictis ecclesiis, mona-

Digitized by Google

chi petunt licenciam eligendi a dicto archiepiscopo, [sed nescit?] utrum tanquam a domino temporali, seu tanquam spirituali.

Preterea, dicit quod nescit si archiepiscopi remenses fundaverunt ecclesiam S. Remigii, nec scit si dicta ecclesia est in transfundo ecclesie remensis.

Item, dicit idem testis, quod ad requisicionem archiepiscopi remensis, vel baillivorum suorum, abbas S. Remigii, vel ejus locum tenens, mittit homines burgi S. Remigii in exercitibus cum aliis hominibus remensibus; et hoc scit idem testis, quia ipsemet existens prepositus remensis pro archiepiscopo Henrico, duxit bis vel ter homines dicti burgi, cum dicto exercitu remensi pro archiepiscopo remensi, semel apud Vilers ad Noés, et sunt bene triginta anni quod hoc fuit; et dicit quod primo ipse testis requisivit ex parte dicti archiepiscopi Fulconem dictum Callier, majorem tunc S. Remigii, quod homines dicti burgi in dictum exercitum mitteret; quod fecit idem major. Dicit eciam idem testis, tunc prepositus Henrici archiepiscopi, quod bis duxit homines dicti burgi apud Selleri, facta primo requisicione ab eodem teste ex parte dicti archiepiscopi a Thoma dicto le Batailli, qui tunc erat decanus burgi S. Remigii remensis, quod homines dicti burgi mitteret ad dictum exercitum, quod fecit dictus decanus; et sunt bene triginta anni quod hoc fuit. Dicit eciam testis quod pluries vidit, tempore archiepiscopi Joelli, homines dicti burgi sequi Johannem dictum le Plat, tunc prepositum dicti archiepiscopi, cum exercitu remensi, ad diversa loca; et sunt bene tresdecim anni quod hec vidit.

Item, audivit dici idem testis a servientibus vicecomitatus remensis, quod archiepiscopus remensis habet arragium in burgo S. Remigii.

Item, credit testis quod domus servientis archiepiscopi, quam domum habet serviens dicti archiepiscopi in burgo S. Remigii ad recipiendum redditus dicti archiepiscopi, ibidem habeat illam libertatem quod fures, nec homicide, vel alii malefici, possint ibidem capi; sed nunquam vidit casum contingere in quo serviens uteretur dicta libertate in dictis casibus. De fundo tamen dicte domus credit quod teneretur respondere coram abbate S. Remigii, si questio super eadem domo moveretur.

Preterea, audivit dici a vicecomitibus burgi S. Remigii quod, racione dicti vicecomitatus, sunt quiti a sesterlagio de blado quod habent de terris suis, et a cavalcatis et talliis; sed de hoc non vidit aliquod placitum.

Preterea, testis.... nescit quod archiepiscopi remenses, tanquam domini temporales, ceperint vel capi fecerint aliquem vel aliquos de monachis S. Remigii, racione alicujus forefacti.

Joannes dictus li Plas, civis remensis, quinquagenarius testis...., serviens archiepiscopi remensis, quoad hoc quod intromittit se de consilio dando gentibus terre archiepiscopi, dicit quod sunt xx anni quod ipse vidit prepositum remensem in abbacia S. Remigii, et audivit abbatem Petrum de Sacy requirentem dictum prepositum quod faceret sibi reddi equos ecclesie S. Remigii, quos per forciam suam milites de Mutreio ceperant; tamen nescit testis ubi equi capti fuerant. Preterea vidit quod dictus prepositus Joannes de Blanzy, cum magna multitudine gencium, exivit de Remis; et dicebatur quod ibat apud Viller Aaneu, et ibi cepit equos et multa alia in domo militum de Mutreio.... Testis non credit quod domini de Mutreio aliquid tenerent tunc, vel teneant nunc, ab archiepiscopo remensi...

Item, dicit testis.... quod tunc prepositus remensis cepit Adinetum, servientem cujusdam monachi S. Remigii, quia fregerat pedem Johannis, servientis cujusdam alterius monachi; et credit quod fregerat pedem apud S. Remigium, et cepit ipsum Adinetum Remis, in terra archiepiscopi, ad instanciam cujusdam monachi S. Remigii, et ipsum imprisionavit apud Portam Martis, et postea composuit dictus Adinetus cum dicto leso, ut audivit dici testis.

Item, dicit testis..... quod bene sunt xvj anni, Jovello tunc existente archiepiscopo, ad instanciam abbatis S. Remigii, cepit testis Paganum de Rilliaco Remis, in terra archiepiscopi, et ipsum imprisionavit...., quia acceperat equum S. Remigii....; et post illam captionem, dictus Paganus reddidit equum abbati....; et tunc testis dictum Paganum liberavit; et dicit testis quod dictus Paganus nichil tunc tenebat ab archiepiscopo, nec nunc tenet, quod sciat.

Digitized by Google

Item, dicit testis..... quod tempore Henrici archiepiscopi, Joannes de Blanzeio, tunc archiepiscopi prepositus, requisivit castellanum S. Remigii, teste presente, quod faceret claudi portas S. Remigii et custodiri...; et eadem die, testis vidit portas clausas in sero...; et dicit testis quod tempore archiepiscopi Jovelli septies, ut credit de numero, abbas S. Remigii vel gentes sue fecerunt claudi portas S. Remigii ad requestam dicti testis, tunc prepositi archiepiscopi....; et hoc fuit ex tempore quod archiepiscopus habebat guerram contra Raudulphum de Spineto et comitem registestensem.

Item, dicit testis..... quod circumquaque villam remensem, archiepiscopus habet banleucam suam; et hoc scit, quia communiter audivit dici et nominari loca circumquaque villam remensem usque ad que dicitur communiter extendi banleuca, et bene scit dicta loca. Testis dicit eciam quod infra dictam banleucam, ex parte S. Remigii extra villam remensem, ipsemet testis, et Johannes de Blanzeio, frater ejus, de mandato Henrici, archiepiscopi remensis, [ceperunt] Raudulphum de Hospicio, burgensem S. Remigii, in terra S. Remigii, extra viam publicam, ubi invenerant eum, et duxerunt eum apud Portam Martis, in prisione archiepiscopi; et dicit quod dicta captio facta fuit occasione cujusdam assecuracionis faciende, quam volebat fieri dictus archiepiscopus per filium dicti Raudulphi, et postmodo vidit testis quod castellanus S. Remigii requisivit gentes archiepiscopi in Porta Martis, teste presente, quod Raudulphum liberaret, quia dicebat dictum Raudulphum esse burgensem S. Remigii....; quod facere gentes archiepiscopi noluerunt....

Item, credit testis quod ecclesia S. Remigii sita sit in capite baronie archiepiscopi.

Item, dicit quod credit quod monachi S. Remigii accipiunt licenciam eligendi ab archiepiscopo remensi, tanquam a domino temporali, nec tamen vidit eos petere licenciam a dicto archiepiscopo.

Item, dicit testis quod non credit nec intelligit quod aliquis possit esse burgensis S. Remigii, nisi prius fuerit avenatus per gentes archiepiscopi.

Item, dicit testis quod archiepiscopus habet cavalcatam in burgo S. Remigii; et hoc scit, quia ipsemet testis, qui erat prepositus tem-

pore archiepiscopi Jovelli, pluries duxit in cavalcatas homines dicti burgi ex parte archiepiscopi.... Tamen dicit quod primo requirebat ex parte archiepiscopi castellanum, seu [1] majorem S. Remigii, quod homines dicti burgi mitterent in cavalcatam cum ipso teste, et ipsi mittebant ipsos cum dicto teste in dictam cavalcatam; et dicit quod eos duxit semel, tempore illo, usque prope Betingniville in cavalcatam ex parte archiepiscopi, alia vice apud Briégne, alia vice apud Spinetum, tempore dicti archiepiscopi. Dicit eciam quod tempore Henrici archiepiscopi vidit quod Johannes de Blanzeio, prepositus archiepiscopi, tunc duxit homines burgi in cavalcatam; et videtur ei quod duxit eos in Pont-à-Vaire et in alios locos, et aliquociens fuit presens quando dictus prepositus requisivit majorem S. Remigii, ex parte dicti archiepiscopi, quod dictos homines mitteret in cavalcatam cum eo; et bene sunt xxviij anni quod hoc vidit. Dicit eciam quod vidit quod archiepiscopus Henricus duxit in exercitum dictos homines dicti burgi apud Gues, et bene sunt xxx anni transacti; sed non vidit requiri abbatem, vel suos, quod homines dicti burgi mitterent in dictam cavalcatam.

Henricus dictus de Blanzeio, civis remensis, quinquaginta octo annorum.... testis, dicit quod sunt quadraginta anni..., vidit quod Stephanus de Maizi, monachus S. Remigii, venit ad patrem ipsius testis, tunc prepositum archiepiscopi, ad cambium remense, ubi erat, et dixit ei quod dominus Galcherus de Nantolio ceperat quosdam equos S. Remigii.....; monachi S. Remigii rehabuerunt equos suos; sed nescit testis si habuerunt eos per recredenciam, vel sine recredencia, et dicit quod credit quod Galcherus erat homo archiepiscopi.

Item, dicit testis quod credit quod archiepiscopus habet banleucam suam circa villam.

Item, dicit quod credit quod ecclesie S. Nichasii, S. Dyonisii, S. Petri ad moniales, et alie ecclesie conventuales, site extra Remis, scilicet S. Bazoli, S. Theodorici et de Alto Villari, sunt de custodia archiepiscopi.

[1] Au lieu de *seu*, le texte portait *et*, qui a été effacé.

Digitized by Google

Item, dicit quod credit quod omnes illi qui meruerunt mortem, qui sunt capti apud S. Remigium, debent tradi gentibus archiepiscopi justiciandi; sed dicit quod non vidit unquam aliquos tradi, nisi fures.

Petrus dictus li Quex, civis remensis, quadraginta quinque annorum testis, dicit quod tempore archiepiscopi Henrici, ipse vidit et audivit quod Johannes de Blanzeio, prepositus remensis pro dicto archiepiscopo, precepit Fulconi dicto Callier, tunc majori burgi S. Remigii, quod mitteret gentes dicti burgi in cavalcatam cum armis post ipsum prepositum; et ipse respondit quod libenter hoc faceret, et dicit quod vidit homines dicti burgi, post dictum preceptum, sequi prepositum cum armis; et sunt bene triginta duo anni.... Dicit eciam quod tempore archiepiscopi Joelli, ipse vidit pluries homines dicti burgi sequi cum armis Johannem dictum le Plat, prepositum remensem pro dicto archiepiscopo; usque versus Espoyam et ultra; et dicit quod ipse interfuit presens, et audivit dictum prepositum precipere majori burgi, Theobaldo Matriculario videlicet, et castellano S. Remigii, quod ipsi mitterent homines burgi S. Remigii cum armis post eum, et audivit eos respondere quod libenter hoc facerent....

Item, dicit testis quod audivit dici communiter Remis quod serviens archiepiscopi, quem habet in burgo S. Remigii, liber est, et domus ejus, quam habet idem serviens in burgo S. Remigii, libera est ab omni jurisdicione et justicia abbatis S. Remigii, excepto quod credit quod de fundo terre teneatur, coram dicto abbate, respondere.

Robertus de Blanzeio, civis remensis, quadraginta annorum testis..., dicit quod tempore archiepiscopi Joelli, ipsemet testis, qui tunc erat prepositus remensis, requisivit castellanum S. Remigii pluries occasione guerrarum quas archiepiscopus habebat cum comite registratensi et Radulpho de Spineto, quod facerent claudi portas burgi....

Item, dicit quod ipse, prepositus remensis tempore archiepiscopi Jovelli, ivit ter ad castellanum S. Remigii, et dixit ei : « Dominus ar-« chiepiscopus indiget gentibus vestris; requiro vos ex parte sua, quod « faciatis quod parent se, sicut debent; » et tunc castellanus misit homines dicti burgi cum armis in cavalcatam archiepiscopi, et ipsemet

testis.... duxit eos in dictam cavalcatam ter in una septimana, semel usque ad Pontem Fabricatum, et alia vice usque ad Berru....

Gerardus dictus Foubors, quadragenarius testis....., dicit quod quando archiepiscopus remensis sibi timet, porte S. Remigii clauduntur ad mandatum archiepiscopi, et hoc sit, quia tempore quo archiepiscopus Jovellus habebat discordiam cum Rolino de Spineto et cum comite registratensi, ipse testis vidit portas clausas, et audivit dici quod erant clause ad mandatum archiepiscopi....

Item, dicit quod credit quod archiepiscopus habet circumquaque villam remensem banleucam suam, et quod extendit se ex parte S. Remigii usque ultra S. Leonardum.

Hugo Grossum-Caput, septuagenarius testis, dicit quod diu est, et videtur sibi quod fuit tempore Guillelmi archiepiscopi, quod vidit capi quosdam homines, occasione cujusdam guerre, per gentes archiepiscopi ultra calceiam de Teisi, et sunt xxxv anni transacti....; et dicit quod ista calceia est ultra S. Remigium, sicut itur versus Catalaunam, et aliud nescit de banleuca.

Herbertus dictus Frontus, civis remensis, quinquaginta quinque annorum testis, dicit quod archiepiscopus habet banleucam suam circumquaque villam remensem, et..... bene sunt viginti octo anni quod ipse vidit per Boquetum, tunc prepositum remensem, adduci quosdam homines captos Remis, quos idem Boquetus dicebatur cepisse in maricis, juxta calceiam de Taice, que est ultra S. Remigium, in via qua itur versus Catalaunam, et audivit dici a pluribus quod dicta banleuca se extendit usque ad dictam calceiam de Taice; et dicit quod nesciret ostendere loca usque se extendit dicta banleuca circa villam remensem.

Item, dicit testis quod ipse vidit homines banni S. Remigii ire in cavalcatis cum aliis hominibus aliorum bannorum remensium; sed nescit ad cujus mandatum, nec quis ducebat eos....

Item, dicit quod nescit si est fama quod archiepiscopus habeat cavalcatam in burgo S. Remigii.

Clemens Cordarius, civis remensis, sexaginta annorum, ut credit,

Digitized by Google

testis....., non credit quod Remi se extendat ultra quatuor portas civitatis remensis, scilicet, porta Bazel, porta Martis, porta Cereris et porta Veneris.

Idem, dicit testis quod quando archiepiscopus timet sibi, clauduntur porte burgi S. Remigii; et audivit dici quod ad requisicionem archiepiscopi, sive preces ipsius, claudebantur....

Item, dicit quod archiepiscopus remensis habet banleucam suam circa villam remensem, citra aquam Vitule ex parte civitatis remensis; et hoc scit, quia audivit dici quod gentes archiepiscopi arrestant et capiunt intra dictam banleucam, et intra loca illa usque dicta banleuca se extendit, excepto quod in terra S. Remigii et capituli remensis, non possunt gentes archiepiscopi capere; et dicit quod ultra aquam Vitule nescit si banleuca archiepiscopi se extendit.

Robertus Ranagis, civis remensis, quinquaginta annorum testis, dicit quod archiepiscopus habet banleucam suam circa villam remensem ex parte de Picechian, que se extendit usque ad calciatam de Taice et ultra aliquantulum; et hoc scit, quia ipse testis fuit modo serviens per decem et octo annos deputatus ad custodiendum blada ex parte majoris de Monvaleis[1] dicti archiepiscopi; et dicit quod multociens cepit infra dictam banleucam illos qui forefaciebant in bladis...., et aliter nescit quod dictus archiepiscopus habet dictam banleucam.

Abbas lobiensis, cameracensis diocesis, testis....., credit ecclesiam S. Remigii sitam in fundo qui fuit ecclesie remensis, et ita continetur in legenda S. Remigii, ut credit testis.

Item, videtur testi quod tempore Petri Claudi..... habebatur recursus ad archiepiscopum remensem pro injuriis et violenciis factis gentibus burgi S. Remigii.

Dominus Stephanus de Maiseio, presbyter et monachus S. Remigii, septuaginta et sexdecim annorum testis, dicit quod credit ecclesiam S. Remigii esse sitam in capite baronie archiepiscopi; et hoc credit, quia est sita infra clausuram ville remensis.

Item, dicit quod ecclesia S. Remigii sita est in fundo ecclesie, et

[1] Mont-Valois ne saurait être que le nom d'un des quartiers ou d'un des faubourgs de Reims. Nous n'en retrouvons plus de traces après le XIIIe siècle.

hoc scit, quia credit quod hoc sit scriptum in aliquibus libris in ecclesia S. Remigii.

Item, dicit quod ad mandatum archiepiscopi remensis, ipsemet testis, qui erat tunc castellanus S. Remigii, duxit homines S. Remigii in cavalcatam apud Chaumisiacum; et sunt bene quadraginta anni, et erat tunc temporis archiepiscopus Guillelmus de Johannisvilla, et abbas S. Remigii Petrus Claudus, et dicit quod de precepto abbatis ipse tunc duxit dictos homines in dictam cavalcatam, et fuit presens cum nuncius archiepiscopi, qui vocabatur Colardus Castellanus [1], dixit dicto abbati, ex parte archiepiscopi, quod mitteret dictos homines in dictam cavalcatam.

Item, dicit quod tempore archiepiscopi Jovelli, ipse vidit quod prepositus remensis dixit Petro de Saceio quod archiepiscopus indigebat gentibus abbatis, et tunc abbas precepit majori suo burgi S. Remigii quod submoneret homines dicti burgi, et faceret eos parari....

Item, dicit, quadraginta anni sunt quod ipse vidit, quod winajarius archiepiscopi arrestavit quendam quadrigarium in banno S. Remigii, eo quod imponebat ei, ipso teste vidente, qui erat tunc prepositus de Montana, quod dictus quadrigarius non solverat winagium suum; et dicit quod nescit si punivit ipsum quadrigarium de hoc.

Item, dicit quod alia vice vidit quod dictus winajarius archiepiscopi arrestavit in dicto banno quendam alium hominem qui erat de justicia ipsius testis, qui tunc temporis erat prepositus de Montana; et hoc fecit pro winagio non soluto, et dicit quod dictus winajarius petebat emendam a dicto arrestato; sed ad preces istius testis, dimisit dictum arrestatum abire absque aliqua emenda facienda; et credit bene quod sunt quadraginta anni vel circa....

Item, dicit quod tempore Guidonis, quondam archiepiscopi, in quadam discordia que fuit inter monachos S. Remigii et abbatem Ingonem dicti loci, ipse tunc vidit quod dictus archiepiscopus posuit custodes in ecclesia S. Remigii, et fecit capi servientes abbatis et monachorum qui partem dicti abbatis sustinebant [2]; et dicit quod dicto

[1] Une autre déposition qualifie Colard Chatellain de : *serviens archiepiscopi*. Une autre de : *baillivus archiepiscopi*.

[2] En marge : *Nominet eos*.

Digitized by Google

abbate amoto a dicta abbacia, et eidem alio subrogato qui vocabatur Milo, ipse archiepiscopus amovit dictos custodes; et hoc scit, quia dicti custodes recesserunt de dicta abbacia post creacionem dicti abbatis Milonis; et dicit quod nescit si dictus archiepiscopus fecit predicta tanquam prelatus, vel tanquam dominus secularis, seu temporalis; et dicit quod bene sunt quinquaginta novem anni quod hoc fuit.

Item, dicit quod tempore Villelmi de Johannisvilla, ipsemet, de mandato abbatis sui, occasione quarumdam violenciarum, quas dominus Balduinus de Gothis inferebat ecclesie S. Remigii in villa sua de Sapicort, conquestus fuit regi Ludovico, patri istius regis, Remis, ubi erat dictus rex, de dicto Balduino, et audita conquestione, dictus rex precepit cuidam militi suo, qui vocabatur Ursus, ipso teste audiente, quod iret ad archiepiscopum antedictum, et diceret ei ex parte regis quod hoc faceret emendari ecclesie S. Remigii, alioquin ipse rex super hoc apponeret manum, quod fecit dictus miles, ipso teste presente; quo dicto, dictus archiepiscopus, vocato dicto Balduino, dixit ei qualiter rex ei mandaverat, quod dictum factum faceret emendari, et hoc ipso teste audiente; et dicit quod, post multa verba, dominus Balduinus et Petrus Claudus, tunc abbas S. Remigii, compromiserunt in dictum archiepiscopum super dicta discordia, teste presente; et dicit quod, dicto compromisso pendente, dominus Balduinus decessit, et sic dicta discordia cessavit; et sunt bene quadraginta anni quod fuit.

Idem, dicit quod, tempore archiepiscopi Villelmi, dominus Guido, miles de Lude, cepit equos monasterii S. Remigii in foresta de Villari Aleran et de Villari in Silva; super quod dictus testis, nomine ecclesie S. Remigii, requisivit baillivum archiepiscopi remensis, de cujus nomine non recolit, quod dictos equos faceret restitui, et tunc baillivus tradidit eidem testi homines archiepiscopi de Nojanto, et quosdam scutiferos suos, qui iverunt, cum ipso teste, ad domum dicti militis, apud Ludam, et intraverunt domum dicti militis, et animalia que in dicta domo invenerunt, ceperunt, et ea secum Remis adduxerunt capta; et tunc dictus miles, sic compulsus, dictos equos reddidit abbati S. Remigii, et emendavit dictum factum baillivo archiepiscopi, ipso teste presente....; et sunt triginta anni elapsi vel amplius quod hoc fuit.

Item, dicit quod, tempore Villelmi de Johannisvilla, dictus archiepiscopus, ad requisicionem Petri Claudi, tunc abbatis, fecit capi per servientes suos, in abbacia S. Remigii, scrinium in quo custoditur sigillum conventus, et aportari in domum suam Remis, et dictum scrinium aperiri et sigillum dicti conventus frangi; et omnibus premissis interfuit testis; et hoc fecit archiepiscopus occasione cujusdam monachi S. Remigii, qui quandam cedulam vacuam dicebatur sigillasse sigillo dicti conventus, et timebatur quod dicta abbacia ex hoc deberet dampnificari, et credit quod hoc fecit dictus archiepiscopus tanquam dominus temporalis; et sunt triginta anni et plus.

Item, dicit quod, tempore Villelmi archiepiscopi, ipse vidit Colardum Castellanum, servientem archiepiscopi, venire in banno S. Remigii, ad domum Remigii filii Radulphi de Hospicio, ad expellendum de dicta domo quandam multitudinem hominum armatorum, qui ibi erant congregati occasione cujusdam discordie, que erat inter dictum Remigium et camerarium S. Remigii, et dicit quod, ipso teste audiente, dictus Colardus precepit dictis armatis, ex parte archiepiscopi, quod de dicta domo recederent; et quia nolebant eidem Colardo parere, dictus Colardus precepit vocari cum armis homines burgi Vidule ad expellendum dictos armatos, et tunc dicti armati de dicta domo recesserunt, ipso teste vidente; tunc Colardus cepit Remigium, et eum captum duxit secum, et hoc fecit idem Colardus ad provocacionem dicti camerarii; et hoc scit, quia vidit dictum camerarium venire tunc cum dicto Colardo; et, ipso teste audiente, abbas S. Remigii precepit dicto camerario quod supradicta ostenderet dicto archiepiscopo.

Item, dicit testis quod, tempore Guillelmi de Johannisvilla....., Petro Claudo existente abbate, operarii minores S. Remigii habuerunt discordiam contra majores, et illis minoribus, multi alii de Catalano et de Remis, de terra archiepiscopi et capituli, se adjunxerunt; et illi de terra S. Remigii inceperunt illam discordiam, ut dicebant magistri dictorum operariorum de terra S. Remigii, ipso teste, et erant quatuor magistri dictorum operariorum de terra S. Remigii, duo de terra archiepiscopi, et duo de terra capituli; et ita dicebant dicti magistri, teste audiente, quod dicti minores operarii scrinium posuerunt

Digitized by Google

in ecclesia S. Maurici, et debebant ibi ponere quislibet unum denarium, de xij quos lucrarentur; sed testis non interfuit dicte ordinacioni, nec dicte repeticioni [1]. Magistri operariorum conquesti fuerunt testi de dicta colligacione et conspiracione minorum; sed testis non potuit apponere consilium, et tunc ipse testis venit ad Petrum Militem, tunc baillivum archiepiscopi, et requisivit ipsum quod super hoc apponeret consilium; et dictus baillivus, teste presente, fecit capi dictum scrinium in ecclesia S. Maurici, et ipsum fecit asportari in palacium archiepiscopi baillivus, et postea cessavit illa discordia.

Item, dicit testis quod, Albrico archiepiscopo et Guidone Jumenti (?) abbate, debuit fieri duellum intra Arnaudum dictum Christianum militem, et Garnerium dictum Talon, in curia S. Remigii, et testis audivit abbatem precipientem domino Balduino d'Autri et Castellano de Barro, et hominibus dicte ecclesie tunc presentibus, quod custodirent dictum campum et dictam curiam; et non recolit testis quod vidit ibi illa die aliquam custodiam, ex parte regis, ad dictam curiam custodiendam; et sunt bene l anni quod hec fuerunt.

Dominus Robertus, presbyter et monachus S. Remigii, lx annorum testis, dicit quod bene sunt xl anni..... quod ipse vidit capi, in abbacia S. Remigii, per quosdam laicos armatos (et credit quod inter illos erat prepositus archiepiscopi), quosdam monachos abbacie, eo quod dicti monachi dicebantur sigillasse furtive, sigillo conventus, quandam chartam; et credit quod dicti laici ceperunt dictos monachos de mandato archiepiscopi, et nescit tamen si hoc faciebat archiepiscopus racione temporalis jurisdicionis vel spiritualis.

Dominus Otho de Rili miles dicit nichil scriptura dignum.

Thomas li Caufournier, lx annorum testis, dicit quod archiepiscopus habet banleucam suam circumquaque villam remensem, que se extendit, ex parte S. Remigii, ultra calceiam de Taisi ex una parte, et ex alia usque ad Ulmum Radulphi Infirmi (?), que est ultra S. Remigium, et ex alia parte usque ad Curtem, prope villam de Ulmis, et ex alia parte usque ad Curtem Montis Raensiani; et dicit quod trans-

[1] Le sens de cette phrase nous semble incomplet.

acti sunt triginta quinque anni quod ipse vidit, per custodes segetum, capi quosdam homines ultra dictam calceiam, quia ibant per blada; et dicit quod dicti custodes ponuntur ibi ex parte gencium archiepiscopi.

Item, dicit quod archiepiscopus habet emendacionem mensurarum in burgo S. Remigii, et abbas similiter; et hoc scit testis, quod archiepiscopus habet ibi dictam emendacionem, quia ipsemet testis, tenens erragium in burgo S. Remigii ex parte archiepiscopi, fecit aliquociens emendari mensuras in burgo, transacti sunt triginta septem anni, et dicit se vidisse quod Radulphus Tuebuef, tenens erragium dictum, emendavit mensuras in burgo; sed non vidit capi falsam mensuram per gentes archiepiscopi, et propter hoc a gentibus archiepiscopi levari emendam.

Super singulis articulis aliis nobis datis requisitus, nichil dicit quod sit dignum scriptura.

Dominus Guiellermus, prepositus S. Dionysii remensis, quadraginta quinque annorum testis, dicit quod ecclesie conventuales site Remis et extra Remis, in terra, seu dominio archiepiscopi temporali, sunt de sua custodia temporali; nec (*sic*) credit, et dicit quod abbacia S. Dionysii avoabat se esse de custodia archiepiscopi tempore archiepiscopi Jovelli, dicens quod tempore electionis istius abbatis S. Dionysii, ipsemet testis, qui erat tunc canonicus et prepositus dicte abbacie, procuravit quod Johannes dictus li Plas, tunc prepositus pro archiepiscopo Jovello, venit cum armis ad custodiendam dictam abbaciam, ne canonicis dicti loci, volentibus eligere, aliqua violencia inferretur; et dicit quod dictus prepositus remensis, teste vidente, amovit de capitulo canonicorum dictorum Jacobum dictum Robillart, qui volebat interesse electioni dicte ecclesie contra voluntatem canonicorum; et sunt quatuordecim anni [1].

[1] Cette date détruit celle que nous assignons à notre instrument, ou celle que la *Gall. christ.* assigne à l'élection de Pierre, qui était abbé de Saint-Denis à l'époque où le prévôt Guillaume fait sa déposition. Cet abbé aurait souscrit une charte en faveur des Dominicains dès l'an 1246. C'est du moins ce que disent d'après Marlot, II, 155, les auteurs de la *Gall. christ.*, IX, 292. Heureusement Marlot a donné (II, 500) la charte dont il s'agit ici, et le nom de Pierre n'y figure point. L'autorité qu'on peut nous opposer ne s'appuie donc sur aucune preuve. Dès lors nous pouvons maintenir notre date et rétablir celle de l'élection de l'abbé Pierre, qui serait de l'an 1249.

Digitized by Google

Odo Hocars, lxx annorum testis, dicit.... quod banleuca archiepiscopi se extendit ex parte S. Remigii usque ad Pompellam.

Item, dicit testis quod, tempore Henrici archiepiscopi, ipse, qui erat tunc major de Cultura, ad mandatum magistri Michiel de Porta Martis, tunc baillivi archiepiscopi, cepit Remis in Cultura quendam monachum S. Remigii, qui dicebatur furatus fuisse duos equos S. Remigii, et duxit eum captum apud S. Remigium, et posuit eum in prisione abbacie in quodam *cips*, et dicit quod hoc fuit factum ad requisicionem abbatis; et hoc scit, quia dictus abbas bene remuneravit, propter hoc, dictum testem.

Abbas [Petrus?] S. Dionysii remensis, testis juratus, dicit quod sunt xxx anni, quod Henricus, tunc archiepiscopus, misit ei litteras suas patentes....; et baillivus dicti archiepiscopi in capitulo S. Dionysii precepit canonicis, ex parte archiepiscopi, quod reciperent dominum Leodecarium, nunc canonicum remensem, tunc clericum archiepiscopi, missum ibi ad custodiendum bona temporalia monasterii ex parte archiepiscopi; timebat enim archiepiscopus, ne dicta bona dissiparentur, propter contencionem que tunc erat inter abbatem et canonicos; et dicit testis quod Leodecarius fuit ibi per annum ad custodiendum bonum ex parte archiepiscopi, racione sue temporalis jurisdicionis.

Magister Michael de Porta Martis, clericus archiepiscopi, l annorum testis, dicit quod sunt quatuordecim anni, testis qui loquitur, tunc baillivus archiepiscopi, mandavit castellano et majori burgi S. Remigii per Johannem le Plas, tunc prepositum archiepiscopi, quod faceret claudi portas et custodiri burgum.....; et ipsi portas clauserunt, et dictum mandatum factum fuit castellano et majori ex parte archiepiscopi.....; et dicit testis quod ipse vidit, tempore Henrici et Jovelli, omnes ecclesias conventuales Remis sitas habere recursum ad testem, tanquam ad baillivum, dictorum archiepiscoporum, et ad prepositos eorumdem, quando violencie eisdem ecclesiis inferebantur.

Dominus Werricus, presbyter et monachus S. Remigii, et prepositus de Basencort, xl annorum testis, dicit quod, tempore Jovelli, ipse-

met, ad requisicionem prepositorum civitatis remensis dicti archiepiscopi, duxit in cavalcatam archiepiscopi homines burgi in guerra quam archiepiscopus habebat, et hoc fecit pluries testis, qui tunc erat castellanus S. Remigii, et dicit quod semper intellexit, ab antecessoribus suis, quod archiepiscopus habet cavalcatam in burgo S. Remigii, et non recordatur quod dicta cavalcata fuerit unquam denegata Remis archiepiscopo ante tempus istius archiepiscopi.

Radulphus Scoticus de Cormisi, l annorum testis, dicit quod xxxvij anni sunt quod ipse vidit quod Robelet, tunc prepositus archiepiscopi in villam de Courmisiaco, duxit secum homines de Courmisiaco cum armis, teste vidente, apud Hermundivillam; et cum esset prope introitum dicte ville, abbas S. Remigii qui tunc erat occurrit dicto preposito, et dictus abbas dixit preposito, quod mansionarii sui [1] de Hermundivilla nolebant ei facere fidelitatem, et requisivit prepositum quod dictos mansionarios caperet; quod promisit se facturum prepositus, si posset; et vidit testis quod prepositus, cum hominibus de Courmisiaco, intravit villam tunc de Hermundivilla, et non inventis ibi mansionariis abbati, posuit custodes prepositus in duabus domibus mansionariorum....; et vidit testis quod prepositus fecit capi in dictis duabus domibus culturas et bladum, et portari apud Cormisiacum.

Dominus Thomas, presbyter et monachus S. Remigii, xl annorum testis, dicit quod vidit pluries homines burgi congregari in platea ante monasterium S. Remigii, et dicebatur quod esset ad eundum in cavalcatam archiepiscopi.

Dominus Johannes de Maisi, presbyter et monachus S. Remigii, xxvij annorum testis, dicit quod sunt quatuordecim anni quod Petrus de Saceio, tunc abbas, peciit, ipso audiente, consilium a conventu suo, ad quem debebat habere recursum pro quibusdam equis S. Remigii captis, an ad regem, vel ad archiepiscopum; et tunc Henricus de Betignivilla, monachus, tanquam antiquior, respondit abbati quod semper viderat quod, in talibus factis, ecclesia S. Remigii primo

[1] Une autre déposition porte : *hospites sui.*

Digitized by Google

habebat recursum ad archiepiscopum, et in istam sentenciam, alii de conventu concordaverunt, ipso teste audiente; et quid factum fuit ulterius super dicto negocio, hoc ignorat, nisi quod audivit dici a castellano S. Remigii, quod archiepiscopus remensis fecerat restitui equos, et ab aliis monachis similiter audivit.

Dominus Henricus dictus Char-de-Buef, presbyter et monachus S. Remigii, dicit quod tredecim anni sunt, quod ipse vidit prepositum archiepiscopi venire apud S. Remigium, et audivit eum dicere camerario S. Remigii : « Faciatis parari gentes vestras, quare cras indige-« bimus eis; » et camerarius respondit quod bene faceret preceptum; et sequenti die, vidit homines burgi exire cum armis de villa remensi.....

Dominus Jacobus..., presbyter et monachus S. Remigii, dicit quod ipse, tempore archiepiscopi Jovelli, vidit prepositum archiepiscopi in abbacia S. Remigii, et audivit ibi ipsum dicentem Petro de Saccio abbati, quod archiepiscopus indigebat gentibus ipsius abbatis....; et tunc abbas respondit quod libenter hoc faceret, secundum quod fecerunt predecessores sui, et audivit abbatem precipere Baiardo, tunc camerario S. Remigii, quod preciperet majori S. Remigii et decano quod facerent parari gentes burgi....

Dominus Drouardus de Alto-Villari, canonicus remensis, lxvj annorum testis, dicit quod credit quod archiepiscopus habet banleucam suam circumquaque villam remensem, et credit quod Remi est caput baronie archiepiscopi, accipiendo Remis pro terra quam habet archiepiscopus infra fossata, in qua habet dominium et jurisdicionem temporalem....

Dominus Henricus, canonicus S. Symphoriani....., dicit quod ecclesia S. Symphoriani est de custodia archiepiscopi; et hoc scit, quia ipsemet habuit recursum ad baillivum Jovelli pro dicta ecclesia, et duxit dictum baillivum ad villam de Witeri, que est villa S. Symphoriani, ad amovendam violenciam, quam timebat testis inferri dicte ville per succentorem ecclesie remensis.

Abbas S. Basoli, testis...., credit quod abbacia S. Basoli sit in cus-

todia temporali archiepiscopi, quantum ad ea que habet in terra et dominio archiepiscopi; et dicit quod, tempore archiepiscopi Jovelli, thesaurarius belvacensis intravit per violenciam abbaciam S. Basoli; et, propter hoc, idem testis habuit recursum ad dictum archiepiscopum, et precepit archiepiscopus, teste audiente, quod exercitus remensis, propter hoc, iret apud Luporuvias, quas tenebat tunc thesaurarius, ad brisandum dictum locum....

Dominus Hugo, preceptor domus Milicie Templi remensis...., dicit quod, tempore archiepiscopi Jovelli, capitulum ecclesie remensis faciebat violenciam, apud Pontem Fabricatum, in quibusdam rebus ad Templum pertinentibus; testis, tunc preceptor dicte domus, recursum habuit ad Clarembauld, tunc baillivum archiepiscopi, propter illam violenciam per ipsum amovendam; et quia dictus baillivus non fecit dictam violenciam amoveri, prout tenebatur, idem testis habuit recursum ad gentes regis, et per eas dicta violencia fuit amota.

Frater Baro, preceptor domus Templi remensis, dicit quod bene sunt viginti anni, vidit capi quendam hominem ultra fossata, versus S. Remigium, bene per dimidiam leucam a dictis fossatis, per servientes prepositi archiepiscopi; et captus fuit pro murtro quod dicebatur fecisse ultra dicta fossata, et suspensus fuit per servientes archiepiscopi homo ille; et propter istam racionem, credit testis quod archiepiscopus habet banleucam in dicto loco.

Abbas S. Nichaisii, xliv annorum testis, juratus, dicit quod credit quod ecclesie conventuales site Remis et extra Remis, in dominio temporali archiepiscopi, sunt de garda archiepiscopi, nisi per aliquot privilegium excepte fuerint a dicta garda; et dicit testis de ecclesia S. Nichaisii quod est de garda archiepiscopi [1], et si aliqua violencia fieret, testis recursaret ad dictum archiepiscopum pro dicta violencia removenda; sed non recolit testis de aliqua violencia pro qua removenda recursus fuerit habitus ad remensem archiepiscopum.

Dominus Gualterus Imperator, S. Theodorici monachus....., dicit

[1] Pouvait-il y avoir de la bonne foi à soutenir vingt ans plus tard, dans un procès semblable à celui de Saint-Remi, que Saint-Nicaise était de garde royale? Voyez plus bas, an 1284, etc.

Digitized by Google

quod omnes ecclesie conventuales, etc., etc., etc.....; et hoc audivit dici testis ab abbate Gerardo quondam S. Theodorici, et dicit quod ecclesia S. Theodorici est de garda archiepiscopi; et hoc scit, quia pluries vidit gentes archiepiscopi custodire cum armis nundinas S. Theodorici. Et audivit abbatem precipientem preposito suo monacho quod veniret Remis pro dictis custodibus querendis; sed non recordatur quod viderit aliquam violenciam amoveri per dictos custodes de dictis nundinis.

Helissendis, lvij annorum testis, jurata, dicit quod l anni sunt, quod ipsa vidit dirui domum Gerbaudi, in burgo S. Remigii sitam, per communitatem de Septem Salicibus et per communitatem de Cormisiaco; et dicebatur quod dicte comunie archiepiscopi, ad requisicionem abbatis S. Remigii diruerunt dictam domum, quia abbas, propter potenciam dicti Gerbaudi, non audebat facere dirui dictam domum per illos de burgo S. Remigii; et diruta fuit dicta domus, quia dictus Gerbaudus nolebat dare treugas adversariis suis, super hoc ab abbate requisitus.

Thomas Pores, centum annorum testis, dicit quod l anni sunt, quod prepositus de Courmisiaco, pro archiepiscopo Alberico duxit communitatem de Courmisiaco Remis, ad quandam domum sitam inter halam S. Remigii, et portam per quam itur versus Cathalanum, prope ecclesiam S. Cosme; et supra domum predictam erant homines armati projicientes lapides contra dictum prepositum et alios quos secum duxerat, et quosdam monachos S. Remigii, qui erant ibi, qui volebant intrare dictam domum; et tandem dicti homines defendentes dictam domum aufugerunt; et hoc facto, communitas de Courmisiaco diruit tectum dicte domus, et fuit diruta domus quia dominus ejus dicebatur amputasse crines cujusdam mulieris, et eam verberasse.

CCCXVII.

Vers 1263. TESTES super custodia abbatie S. Remigii recepti per D. R. de [1], et D. P. de S. Martino.

Archiv. de Saint-Remi, renseign.

. . . . . .

Petrus.... Dicit testis qui loquitur, quod abbas S. Remigii nunquam litigat in curia archiepiscopi, nisi auctoritate ecclesiastica, et in curia christianitatis, non racione alicujus secularis potestatis.... Item dicit, quod vidit quoddam molendinum construi ab archiepiscopo Guillermo sub molendinis S. Remigii que racione illius erant deteriorata; et illud molendinum vidit dirui de precepto domini regis, sed non interfuit precepto.... Dicit eciam, quod gentes abbatis ejecerunt gentes seu custodes archiepiscopi de domo cujusdam hominis manentis in burgo, qui se submerserat, et abbas habuit omnia bona ejus, et archiepiscopus exinde nichil fecit quod sciat, Ivellus videlicet.... Item dicit, quod archiepiscopus habet in burgo in quibusdam certis locis medium [*sic*, medietatem?] thelonei de hiis que venduntur in illis locis et emuntur, diebus venereis et dominicis, quia in diebus illis, et in eis locis, est mercatum; et si contingeret dictum theloneum non solvi, audivit dici quod emenda inde levanda est, et dividetur inter archiepiscopos et abbates; sed nunquam vidit emendam inde levari, sed audivit dici quod illi qui habebant hujusmodi theloneum ad firmam ex parte archiepiscopi et abbatis, diviserunt inter se emendam aliquando; et dicit quod theloneum movet de ipsa abbacia. Dicit eciam, quod si alique alie emende fierent in illis locis, pro aliis quibuscumque forefactis, archiepiscopi exinde nichil haberent.

[1] Toute la partie supérieure de cet instrument a été rongée ou gâtée par l'humidité. Voici ce que nous avons pu déchiffrer de la déposition du premier témoin : — Après avoir dit que, dans un débat entre l'abbé de Saint-Remi et le comte de Rethel, la reine avait envoyé trois commissaires pour garder la cour, il ajoute :

« .... Et ipse qui loquitur vidit venire Robertum de Pontiniaco, et , et alium militem quem nescit nominare, ut isti tres scirent et inquirerent utrum dictus abbas exhiberet justiciam dicto comiti, et utrum dictus comes vellet stare , et pro removenda violencia, si quam vellet facere dictus comes; et vidit illos tres venire ad septem assignaciones factas comiti supradicto; et quando abbas secedebat in partem pro habendo consilio, ipsi tres non ibant cum eo, nec eciam cum dicto comite quando secedebat in partem, set continuo in consistorio resedebant, et videbant que fiebant.... Dicit eciam quod dictus comes dictis tribus deferebat, tanquam nunciis D. regis, et assurgebat tanquam alii; et hoc iste qui loquitur vidit. »

Digitized by Google

Radulphus de Crugniaco serviens S. Remigii dicit, quod nec tempore eleccionis, nec alias, unquam vidit custodes in abbacia; sed dicit quod tempore abbatis Petri de Saciaco, fuit cum ipso abbate in curia domine regine, que eidem abbati litteras apertas concessit, super custodia bonorum ad dictam abbaciam pertinencium ubicumque essent.... Dicit eciam quod vidit Terricum de Pessiaco morantem per duos annos in abbacia, nisi quando ibat extra pro suis negociis et pro negociis ecclesie, et custodiebat de mandato regine et baillivi viromendensis ecclesiam et bona S. Remigii, intra et extra, et habebat litteras domine regine et baillivi, sicut credit; et credit quod adhuc littere existant, et hoc fuit post iter domini regis ultra mare [1].

Rogerus de Conde manens in banno S. Remigii.... dicit, cum archiepiscopus citat burgenses suos ut exeant cum eo in chevaucheiam aliquam, archiepiscopus significat abbati, vel precepto suo, ut ipsi citent burgenses de burgo suo, ut eant cum archiepiscopo; et abbas eos citat, et facit preconisari bannum suum. Si vero aliquis de burgo abbatis non iret, archiepiscopus non posset illum non euntem querelare, vel emendam levare, set solus abbas. Dicit eciam, quod illi de burgo non irent, nisi illi de banno archiepiscopi irent.

Theobaldus Matricularius, major banni S. Remigii, dicit quod nunquam vidit custodes in abbacia, nec eleccionis tempore, nec alias; set dicit quod abbas Petrus Claudus habuit pluries contencionem cum multis monachis de conventu viginti numero, et vidit archiepiscopum Guillermum pro ista contencione venientem pluries ad capitulum; set nescit quod aliquid precepit, vel ordinavit; et una vice contencionis propter pacem habendam, abbas concessit monachis tunicas in illo anno quo pellicias non habebant; alia vice.... ordinavit quod haberent calicas in estate, quas nunquam habuerant; et alia vice contencionis exorte propter maxima debita que abbas debebat, ordinatum fuit inter abbatem et totum conventum, quod quatuor burgenses, scilicet Robertus dictus Burgensis, Guerinus Goujon, G. Menage et A. Copesac, scirent et viderent ubi et quomodo bona domus recipiebantur, et in quos usus expendebantur; et isti burgenses hoc fecerunt per duos

[1] Blanche mourut en 1252; Saint-Louis ne fut de retour à Paris qu'en 1254.

annos, usquequo venditi fuerunt redditus ad vitam, quia tunc fuerunt debita diminuta. Requisitus : utrum per archiepiscopum positi fuerunt isti quatuor burgenses? Dicit quod non credit, nec unquam audivit dici, nec unquam cum archiepiscopo vel suis, super receptis vel misiis abbacie extitit computatum, sicut credit ; sed dicti quatuor erant domestici et familiares ecclesie, et propter pacem, de voluntate utrinsque partis, assumpti fuerant ab utraque parte ad ista. Dicit eciam, quod alia vice abbas, propter pacem habendam, dedit eis ducentos modios vini de Frumenteus, cum non biberent vinum nisi de Gones. Item dicit, quod cum quidem Radulphus burgensis laudunensis emisset boscos abbatis S. Basoli, qui preterea fuit et ante fuerat prepositus laudunensis, ipse arrestabat pro suis debitis et alienis, et forefactis, burgenses cathalaunenses, et alios quoscunque volebat in burgo S. Remigii ; et prepositus archiepiscopi grande conquerebatur, dicens quod non debebat arrestare in terra propria archiepiscopi ; et ille respondebat, quod non est terra archiepiscopi, sed terra S. Remigii..... Dicit eciam, quod cum quidam burgensis remensis, pretextu cujusdam appelacionis, advocasset quendam burgensem S. Remigii coram magistro Odone de S. Dionysio tunc custodiente regalia remensis ecclesie, et ex parte burgensis advocati propositum fuisset, quod appelaciones in burgo S. Remigii fieri non consueverant, quare petebat quod posset liber et in pace redire, magister Odo, habito consilio, dixit, quod bene poterat appellari, et quod responderet. Postea ille qui loquitur dixit : Magister, videatis quid facitis ; vos estis hic quasi loco archiepiscopi, et archiepiscopus nullam jurisdiccionem habet, nec in terra, nec in hominibus S. Remigii, set solum dictus abbas et dominus rex ; et si ita fiat ut dicitis, vos destruitis abbaciam et jus domini regis, quia attribueritis archiepiscopo jurisdiccionem quam non habet. Quo audito, idem magister, habito consilio cum vicedomino remensi, et decem aliis canonicis remensis ecclesie eciam majoribus, ibidem tunc pro negocio sue ecclesie existentibus, revocavit quod dixerat, et hominem S. Remigii remisit in pace..... Requisitus de servicio quod facit abbas domino regi, quum vadit in exercitum ; dicit, quod archiepiscopus mittit xx vel xxv milites, vel finat pro eis cum domino rege ; et archiepiscopus invenit medietatem dictorum militum, vel solvit medietatem

Digitized by Google

finacionis; abbas S. Remigii quartam partem; et quatuor alii abbates, scilicet S. Basoli, S. Theodorici, Mouson et de Alto-Villari, solvunt reliquam quartam partem. Requisitus cui abbas S. Remigii solvit suam quartam partem? Dicit quod mandato regis; et hoc scit quia audivit abbatem P. Claudum esse sollicitum et dicentem : Quis portabit michi apud Laudunum denarios quos debeo pro exercitu, quia ibi sunt gentes D. regis qui michi mandaverunt ut eos mittam sibi? Et dicit quod hoc fuit de exercitu pictavensi. Requisitus super quos de hominibus suis abbas capiat illum exercitum? Dicit quod nescit, set certus est quod illi de banno S. Remigii, et quidam alii, solvunt, quando dominus rex capit gistum suum, duodecim denarios. Dicit quod non est annus elapsus, quod capitulum remense ceperat duos homines S. Remigii, et ille qui loquitur requisivit ter ipsum capitulum, quod illos recrederent, quod facere noluerunt; et tunc frater Guerricus monachus et baillivus S. Remigii, qui est de parte adherente archiepiscopo, misit ad prepositum laudunensem propter hoc, et prepositus misit ad capitulum Gilonem et Rufum servientes suos, et capitulum noluit aliquid facere, dicens : quod hoc non pertinebat ad dominum regem, nec ad ipsos. Et tunc ipsi ceperunt, de hominibus capituli, decem equos; preterea prepositus laudunensis venit Remis ad abbaciam S. Remigii, et ad preces cujusdam canonici ivit ad domum decani, et tunc decanus Joh., et Guido Rigot, et duo alii canonici promiserunt in crastino, in capitulo, recredere et ducere homines per jus, et tunc prepositus ad preces eorum liberavit dictos equos captos; set volebat habere emendam de hoc quod non recrediderant ad mandatum ejus, et ipse ad preces eorum supersedit de emenda, dicens : quod nisi alias ad suum mandatum recrederent, quod vellet habere illam emendam et istam; et precepit prepositus servientibus suis, ut interessent mane in capitulo ad videndum recredenciam, et utrum ducerentur per jus, et decanus respondit : Placet nobis. Hiis omnibus interfuit qui loquitur..... Dicit eciam, quod cum comes flandrensis nuper defunctus, comes Barri cum toto posse suo, et multi alii, vellent venire super comitem registestensem, et abbas timeret bonis suis et prioratibus quos habet in illis partibus, ille qui loquitur venit ad dominum regem, et ei supplicavit quod cum tales ad partes illas venire deberent, ut eis mandaret, quod non nocerent bonis nec terre S. Remigii; et D. rex mandavit per sex

paria litterarum apertarum, directarum flandrensi, barrensi, registestensi comitibus, et J. de Avesnis, et quibusdam aliis, quod non nocerent abbacie que erat in custodia regis, ut dicebat rex.

Marcus Estrille, scabinus banni archiepiscopi,.... requisitus quid ecclesia S. Remigii debeat regi? Dicit quod debet gistum suum semel quolibet anno, et partem suam exercitus cum aliis abbatibus; et audivit dici quod isti abbates solvunt partes suas per manus archiepiscopi. Dicit eciam, quod audivit dici in juventute sua, quod rex Philippus accepit fidelitatem fortericie remensis, et audivit ipse qui loquitur eundem regem dicentem, quod villa erat fortior, eo quod una porta respiciebat aliam. Dicit eciam quod cum J. de Mutri miles cepisset equos abbacie, et eos non vellet reddere, ipse qui loquitur vidit gentes de banno archiepiscopi euntes ad domum dicti militis, et eam intraverunt violenter, et vidit aliquos reportantes de caligis puerorum dicti militis; et equi fuerunt redditi per hujusmodi violenciam archiepiscopi, sicut credit. De aliis nichil scit, nisi de auditu.

Galterus Engelmer, scabinus banni archiepiscopi,.... dicit quod tam muri burgi S. Remigii, quam burgi remensis, diruti fuerunt de voluntate D. regis, ut audivit dici tunc temporis; et non fuit aliqua differencia in dirucione murorum, nisi quod primitus fuerunt diruti muri burgi archiepiscopi. Dicit eciam quod banniti archiepiscopi receptantur in burgo S. Remigii, in levibus bannicionibus, set non credit quod in atrocibus receptentur; tamen de hujusmodi receptacione conqueruntur gentes archiepiscopi.

(Pro archiepiscopo). B. Estrille, burgensis remensis, requisitus dicit, quod non recolit se vidisse aliquo tempore custodes D. regis in abbacia vel membris S. Remigii; sed dicit, quod cum esset in servicio R. dicti Burgensis, vidit ipsum R. frequentare abbaciam, et eam custodire hoc modo, quia intererat compotis, et obedienciarii reddebant ei compotum de suis misiis et receptis; et videtur ei ex sensu quem tunc habebat, quod ad hec ipsum posuit dominus Milo de Nantolio, tunc vicarius archiepiscopi Alberici tunc existentis in partibus transmarinis, et solus erat ad hoc dictus R., et nunquam vidit alium custodem in abbacia..... Dicit eciam, quod..... vidit magistrum Bovonem, et Robertum de Aquila tunc prepositum laudunensem, qui venerunt Remis pro

Digitized by Google

recipiendo regis exercitu; et iste qui loquitur eos juvit in computando, et nuncii abbatis S. Remigii, et aliarum abbaciarum, asportaverunt dictis Bovoni et Roberto partem suam, tempore regis Philippi, triginta annis elapsis [1].

Prior, subprior, elemosinarius et plures monachi cum quibus locuti fuimus [nos inquisitores deputati], et eciam plures burgenses et servientes abbacie, dixerunt nobis, quod dominus rex habet gistum suum in abbacia semel quolibet anno. Dixerunt eciam, quod cum eleccio eminet facienda, licencia non petitur a domino rege, set ab archiepiscopo, et quod abbas creatus de novo, aliquam non facit fidelitatem, seu homagium, domino regi.

Johannes, major laudunensis, requisitus dicit, quod nunquam, eleccionis tempore nec alias, vidit custodes in abbacia..., nec ex parte regis, nec ex parte archiepiscopi; set dicit quod domina regina mandavit Simoni de Fossatis, per litteras clausas, ut daret abbati Petro, nuper defuncto [2], quendam servientem pro terra S. Remigii custodienda, et ille Simon dedit abbati, de consilio illius qui loquitur, Terricum de Pissiaco pro custodia dicte terre; et ille Terricus habuit litteras dicti Simonis, et eam custodivit per duos annos.... : et multociens, tempore quo erat prepositus laudunensis ille qui loquitur, ivit cum ipsis monachis in comitatum Registesti, et eciam apud Corbegni, et in terram quam habent versus Laudunum, pro interpresuris que eis fiebant emendandis; et semel fuit cum eis Cathalanis pro quadam manu mortua de qua non poterant gaudere, et alibi non fuit cum eis; et audivit dictum Petrum abbatem, et Gilebertum ultimo defunctum [3], et monachos qui requirebant eum de veniendo cum eis, dicentes : Veniatis nobiscum ad nostra negocia, quia sumus de custodia D. regis.

Thomas, prepositus laudunensis, requisitus dicit, quod eleccionis tempore [4], etc., etc..... Tamen dicit, quod tempore eleccionis Gileberti, fuit discordia in abbacia, quia prior de Corbigni fuit electus cum eo. Et abbas Gilebertus, antequam esset confirmatus, ivit ad Symonem de Fossatis, et rogavit eum ut preciperet isti qui loquitur, quod sesi-

[1] Ce passage donnerait pour date à notre instrument l'an 1253 ou 1254.

[2] Mort en 1251.

[3] Mort en mars 1254.

[4] Ce témoin reproduit ce qu'a dit le précédent.

ret et custodiret omnia bona abbacie, et ipsam abbaciam, si super hoc requireretur a dicto Gileberto; et tunc idem Simon precepit isti qui loquitur. Et cum venisset apud S. Remigium, dictus Gilebertus dixit ei : Archiepiscopus venit ad abbaciam istam, et timebamus ne vellet ponere manum in bona abbacie, quod non debet facere, nec ipse, nec alius, nisi solummodo D. rex; et volebamus quod saisiretis abbaciam et bona ejus. Illo sero pernoctavit ille qui loquitur, et in crastino recessit..... Item dicit quod cum H. de S. Lupo, miles, verberasset quendam servientem, scilicet majorem Galteri Patoul monachi S. Remigii, occcasione quorundam pasturagiorum de quibus erat contencio inter militem et dictum monachum qui est prepositus dicti loci, ille qui loquitur cepit de rebus militis, quia nolebat comparere coram eo pro illo facto emendando; et ille miles appellavit ad assisiam; et in assisia, quia miles negabat factum, preceptum fuit quod de illo inquireretur; et tunc res suas rehabuit. In ipsa eciam assisia, erant Johannes de Canteni, miles, baillivus, Helluicus serviens, et Eustachius de Origniaco qui est principalis consiliarius archiepiscopi; et unus illorum, non recolit tamen quis, dixit illi qui loquitur : Male facitis, quia capitis in terra D. archiepiscopi, quousque ostendissetis ei. Et ille qui loquitur respondit : Nos capiemus in terra domini vestri, et alibi, pro interpresuris que fient monachis S. Remigii, quociescunque nos requisierint, quia ipsi sunt in custodia D. regis; et ad hoc tenemur per nostra juramenta. Et archiepiscopus qui nunc est [1], attulit ei et baillivo litteras D. regine, quod non caperent in terra archiepiscopi, nisi de mandato ipsius D. regine; et tunc qui loquitur venit ad reginam, et baillivus similiter, et ostenderunt ei quod consuetudo erat prepositure laudunensis quod poterat capi in terra archiepiscopi, et cujuslibet domini, absque ostendendo eis, et domina dixit : Utamini sicut consuevistis, tamen bonum est quod ostendatis archiepiscopo..... Item dicit, quod publice dicitur apud Laudunum, et alibi, et Remis a quibusdam, quod abbacia S. Remigii est de custodia D. regis; et antiqui servientes de

[1] Blanche étant morte en 1252, l'archevêque dont il est ici question est Thomas, mort en 1263; l'enquête que nous donnons ici à la date de 1263, époque où le procès de Saint-Remi fut repris en conséquence de la transaction du 20 mars 1261 (6 mars 1262?), pourrait donc bien appartenir à cette période du procès qui est antérieure à la sentence interlocutoire de septembre 1259.

Digitized by Google

Lauduno, et eciam illi qui modo sunt, dicebant nuper quando custodes archiepiscopi erant in abbacia : Male facitis quod substinetis custodes archiepiscopi in abbacia...., quia ipsa est de custodia D. regis. Et si eis credidisset, illis custodibus magnam injuriam intulisset; et plures de civitate remensi, et de quolibet banno, et eciam quidam de canonicis deridebant istum qui loquitur, et illos qui erant cum eo, quod non poterant intrare abbaciam, et multi de laicis dicebant isti qui loquitur : Ita solus non deberetis venire, set cum magna multitudine, et intrare violenter, et frangere portam, et alia, quia archiepiscopus nichil habet ibi custodie, sed solum D. rex. Item dicit, quod ipse qui loquitur fuit per tres annos prepositus laudunensis; usus est in istis tribus annis negociis abbacie tanquam illius que est in custodia D. regis; et ipse, et omnes servientes laudunenses, divertunt passim et indifferenter ad dictam abbaciam, et honorantur curialiter. Et dicit, quod si D. rex amitteret custodiam abbacie, amitteret pulcrum jouellum.

CCCXVIII.

FRAGMENT d'un contredit relatif au procès de Saint-Remi. Ann. 1263.

Archiv. du Roy., J, cart. 770, fragm.

..... Ad quod respondit pars archiepiscopi, quod burgenses sui et ecclesie sub se commorantes, qui solvunt dictas expensas exercitus, sunt de custodia et dominio temporali immediate archiepiscopi et non regis, et propter hoc solvunt dictas expensas. Si ergo ecclesia S. Remigii solvit medietatem expensarum dicti exercitus prius positam contra alias ecclesias predictas, eadem ratione, vel multo magis, est et esse debet de temporali custodia et dominio archiepiscopi et non regis. Et solvuntur dicte expense dicti exercitus pro relevatione expensarum archiepiscopi et non regis, et sic archiepiscopus non est purus minister.

Adjecit pars regis quod, sive archiepiscopus eat in exercitum, sive non, dum tamen rex eat, abbas levat ab hominibus suis, et solvit regi, quando archiepiscopus non vadit; et quando archiepiscopus vadit, solvit archiepiscopo. Quod non credit pars archiepiscopi, quod solvat regi; addens ad suam intentionem fundandam quod alie abbatie remensis diocesis que non sunt de temporali custodia archiepiscopi

Digitized by Google

remensis nichil solvunt de dictis expensis, nec licentiam petunt eligendi ab archiepiscopo, tanquam a domino temporali, sed ab illis dominis temporalibus sub quorum custodia temporali consistunt. Et hoc apparet in abbatiis de Sparnaco et de Avenayo, que petunt licentiam eligendi a comite Campanie, in cujus custodia temporali immediate sunt, et nichil solvunt de dictis expensis; quare, cum ecclesia S. Remigii solvat dictis expensis dicto archiepiscopo, et ab ipso petat licentiam eligendi, est et debet esse sub custodia temporali archiepiscopi, sicut alie ecclesie que hoc idem faciunt; maxime, cum ecclesia S. Remigii sit sita infra pariam, comitatum et baroniam ipsius archiepiscopi, et premissa usitata sunt a temporibus a quibus memoria non existit.... Pars regis non credit istam replicationem ab archiepiscopo propositam.

Adjecit pars regis quod ex privilegio competit burgensibus S. Remigii, et aliis mansionariis S. Remigii, quod non arrestantur Remis, et de hoc est privilegium clare memorie Philippi regis; preterea, illo jure arrestandi non sunt usi burgenses remenses contra burgenses S. Remigii; sed sunt usi contra alios, et ideo non est licitum eis arrestare burgenses S. Remigii, sicut arrestant extraneos; et quod non arrestentur, non habent per aliquam libertatem eis concessam ab archiepiscopo [1].

Nec astringit se archiepiscopus remensis ad omnia premissa probanda; sed ad ea de premissis que sufficient ei ad proprietatem, seu possessionem custodie, seu gardie ecclesie S. Remigii. Ad quod respondet pars archiepiscopi [*sic*, regis?], quod spiritualis justitia ordinaria, que est penes archiepiscopum una cum temporali, de jure presumitur ipsi temporali hec [*sic*, hoc?] precepisse, quod non incidit in canonem; et ita fuisse creditur.

CCCXIX.

25 janvier 1264. EPISTOLA capituli cathalaunensis ad capitulum remense, de prejudicio ecclesiæ remensi non generando propter Cononem, cathalaunensem episcopum de mandato apostolico receptum.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, art. *Thomas de Beaumets*.

[1] La réplique de l'archevêque paraît manquer ici; elle eût cependant été fort facile. Voyez plus haut, p. 404.

Digitized by Google

Viris venerabilibus, et discretis, et sibi in Christo carissimis, præposito, decano, cantori, totique capitulo remensi, Guillermus decanus, totumque capitulum cathalaunense, salutem in vero salutari. Cum nos reverendum patrem nostrum Cononem, Dei gratia cathalaunensem episcopum, de mandato apostolico in ecclesia nostra receperimus antequam suam in ecclesia remensi fecisset professionem, discretioni vestre, ac etiam universis, volumus esse notum, quod hoc in contemptum vestrum, seu remensis ecclesiæ, non fecimus; nec exinde vobis, seu ecclesiæ remensi, volumus vel intendimus aliquod præjudicium generari, nec per hoc intendimus nobis aliquod jus esse acquisitum. Actum et datum anno Domini M°. CC°. LX°. III°., sabbatho post festum B. Vincentii martyris.

CCCXX.

ARRESTACIONES, judicia, et consilia Parisius in parlamento octabarum Candelose anno Domini M° CC° LX° III°. — [De quadam coustuma que dicitur : *Piélève.*] Février 1264.

Olim, I, fol. 137, verso.

Petebat capitulum remense a domino rege, quod ipse faceret eis persolvi quandam coustumam que dicitur *Piélève*[1]; videlicet certam summam pecunie cuilibet canonicorum remensium in die Cene, cum ipse teneat regalia, quia archiepiscopus dum viveret, hoc eisdem solvebat. Quia hoc solvebat ipsis canonicis idem archiepiscopus, et alias solutum fuit vacante sede a custodibus regalium remensium, sicut dicebatur, placuit domino regi, quod secundum quantitatem regalium quod ipse tenet in manu sua, custodes ipsorum regalium solvant de

[1] Voyez sur la Pied-lève la note que nous avons jointe à l'acte de 1254, publié plus haut, p. 747. Voici d'ailleurs, relativement à ce droit, un fragment que Marlot, I, 297, a tiré de la page I d'un ancien instrument du XIVe siècle dont le titre était : *Onera annua et perpetua archiepiscopatus.*

« Pro reditu dicto la *Pied-lève*, debito die Jovis ante Pascha ; cuilibet canonico ecclesiæ remensis dignitatem habenti, sive presbytero, sive non, et cuilibet alio canonico sacerdoti, II solid. paris. ; cuilibet canonico diacono, XVIII denar. ; cuilibet canonico subdiacono, XII denar. ; et cuilibet capellano antiquæ congregationis dictæ ecclesiæ VIII denar.

« Hoc anno M. CCC. LXXXVII, pro XLII canonicis sacerdotibus, IV libr. et IV solid. paris. ; pro X diaconis quorum unus habet dignitatem, XV solid. VI denar. ; pro XIV subdiaconis quorum duo habent dignitatem XVII solid. ; pro octo pueris canonicis V solid. IV denar. ; et pro XLIV capellanis XXIX solid. IV denar Pro toto VII libr. X solid. II denar. paris. valent. IX franc. VII solid. II den. paris. »

Digitized by Google

ipsa costuma que dicitur *Piélève* canonicis antedictis, et capitulum similiter inde solvat secundum porcionem quam tenent de regalibus remensibus.

CCCXXI.

15 août 1264. PROLONGEMENT de trèves, entre les jurés de Verdun et les échevins de Reims [1].

Rogier, fol. 227. — Bibl. de Reims, Rogier, II, fol. 37.

A lor [2] boins amins et à lor bien voillans lou prévôt et les eschevins de Reims, ly dix-huict jurey de Verdun, salus et bonne amor. Nous vous mandons que pour l'amor de vous que nous volons bien que ly assuremens de vos citéins et de nos soit alongiés très que la Sainct-Remy, par qu'il puillent aleir et venir seurement ly nostre à Reims et ly vostre à Verdun, de ceis quy ayent pooir de paix faire; et por ce que ce soit sûre chose et certe avons-nous mis nostre seel en ces lettres quy furent faictes en l'an ly miliares couroit par mil et deulx cens et sixante et quatre ans, cy mois d'aoust, lou jour de feste Notre-Dame.

CCCXXII.

28 octobre 1264. PROCURATORIUM hominum de Trigni se colligantium ad defendendos IV homines bannitos ab abbate S. Theoderici.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 309.

Universis presentes litteras visuris, magister Guillermus de Caturco, officialis curie D. Octoboni cardinalis, remensis archidiaconi, in Domino salutem. Cum vir religiosus abbas S. Theoderici juxta Remis bannisset seu banniri fecisset quatuor homines ville de Trigneyo, videlicet Ellaudum dictum Divitem, Giletum dictum Roussel, Perrinum dictum Imperatorem, et Clarambaudum dictum le Grignon, ut dicitur, contra usum et consuetudinem dicte ville; predicti quatuor homines, jurati

[1] Voyez Marlot, II, 558.

[2] « Ceste lettre est escripte pour l'assurance des depputés de part et d'aultre, pour « traiter de la paix, et ne se trouve rien par « escript quy fasse mention de la cause de « ceste guerre, et néantmoings par une aultre « faisant mention de la paix, on voit comme « on s'emparoit des hommes et chasteaux [3]; « et sy il ne se recongnoist pas qu'il y eût « aucuns entremèteurs d'authorité pour « traicter de ladicte paix, du moings la « lettre cy-après transcript n'en fait aucune « mention, II, Bibl. de Reims, Rogier, II, « fol. 37. »

[3] Rogier traduit par *château* le mot de *chasteis*, qui veut dire meuble. Voyez plus loin la lettre qu'il indique. Elle se trouve sous le n° CCCXXXIII.

Digitized by Google

scabini de Trigneio, totaque communitas ejusdem ville, coram clerico fideli curie domini archidiaconi remensis ad hoc specialiter deputato et misso propter hoc, constituti, ita convenerunt inter se de communi assensu et ordinaverunt, quod decem homines dicte ville essent procuratores generales, et quilibet eorum in solidum, ita quod melior non sit occupantis conditio, pro dictis quatuor hominibus bannitis : videlicet Ponciuetus dictus li Picars, Huetus dictus Willars, Robinus dictus li Vendengières, Hairicus dictus Furnis, Renerus filius Emmelini, Ernaudus filius Walteri dicti Aubilli, Ernaudus de Puillon, Walterus dictus de Curia, Auberonnus li Pelez, et Robinus dictus li Bons, ita quod predicti decem procuratores, vel alter ipsorum, procurent predictis quatuor bannitis, vel alteri eorum, et etiam pro communi utilitate ville predicte, ad communes expensas dicte ville et custus, in omnibus causis quas habebant predicti quatuor banniti, vel habituri essent, contra quascumque personas tam ecclesiasticas quam seculares, coram domino rege Francorum, alioque quocunque principe, baillivis, prepositis, juratis, scabinis, majoribus quibuscunque, dominis et judicibus; qui jurati scabini ville predicte, totaque ejusdem ville communitas, necnon quatuor banniti predicti, coram clerico memorato constituti, promiserunt bona fide, ita quod quilibet ipsorum, pro rata sua, se reddituros procuratoribus antedictis, vel alteri ipsorum, omnes expensas et custus quos predicti decem procuratores, vel alter ipsorum, facerent et incurrerent pro dictis quatuor bannitis, et etiam pro communi utilitate ville supradicte, prefatos quatuor bannitos requirendo, deffendendo, agendo pro ipsis, vel altero ipsorum, conveniendo, reconveniendo, transigendo, et compromittendo pro ipsis, vel altero ipsorum; ratum et gratum, quicquid per dictos decem procuratores, vel alterum ipsorum, pro ipsis quatuor bannitis, vel ipsorum altero, immo pro communi utilitate, actum fuerit seu procuratum, habituri; et pro dictis custibus et expensis factis et faciendis a dictis decem procuratoribus, vel altero ipsorum, in causis superius expressis, ut dictum est, gestis, gerendis, seu procurandis, jurati scabini ville predicte, totaque ejusdem ville communitas, pro dictis expensis reddendis procuratoribus supradictis, vel alteri ipsorum, se et sua obligaverunt ipsis procuratoribus, seu ipsorum alteri, quilibet

pro rata sua, ut dictum est. In cujus rei testimonium.... Datum anno Domini, M° CC° LX^mo quarto, die festo B. Simonis et Jude apostolorum.

CCCXXIII.

Ann. 1264. ANNO Domini M° CC° LX° IIII°. [Li jugement de ceste année.]

Livre Rouge de l'Échev., p. 50.

Baudonnés de Ruiffi fist semonre devant le prévost maistre Ouède de Chiennai, et requist à celui Ouédon qu'il loast et gréast le vendage d'une maison que cis Baudonnés avoit vendue à qu'il estoit asseneis et cil Ouèdes ausi, et bien quenoissoit cis Ouèdes que cil Baudonnez i estoit avant asseneiz, ou il la présit pour teis deniers comme il l'avoit vendue; et il dit qu'il ne l'otroieroit mie, ne penroit, se droiz nou disoit.

S'en fu droiz diz, que se cil Baudonnés voloit jureir sour sainz qu'il l'avoit vendue bien et loiaument, que cis Ouèdes la devoit penre ou quiteir; et de ce fist-il le sairement.

Robinés li Tripiers fist semonre par devant le prévost Oudinet son frère qui n'estoit mie germains, et dit qu'il avoient rendue une sereur qui n'estoit mie germainne à celui Robinet, de laquele il estoit escheu héritages par le rendage de la sereur qui descendoit de signeur Tiébaut le Tripier leur père; pour ce que cis Oudes ne voloit mie que cis Robinés partit en cele eschance, pour ce qu'il n'estoit mie germains à celi sereur. Et disoit cis Robinés qu'il i voloit partir, par la raison de ce que li héritages qui estoit escheuz de la sereur rendue, descendoit de Tiébaut le père à tous ces enfans; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz, par conseil de bonnes gens, qu'il devoient tuit partir en cele eschance, comme frère et suers, pour ce que elle venoit de par celui Tiébaut qui estoit pères à eus tous.

CCCXXIV.

Mai ou juin 1265. [Burgesia a rege Navarre impetita] Parisius, in parlamento Penthecostes, anno M° CC° LX° V°.

Olim, I, fol. 144.

Cum Radulphus de Tribus Puteis aliqua proponeret, propter que

Digitized by Google

regi Navarre non debebat reddi, sicut dicebat, asserens se esse in ballo matris sue burgensis remensis, propter quod, secundum consuetudinem ville remensis, nullam poterat facere burgesiam, sicut dicebat; idem rex Navarre obtulit se probaturum, quod idem Radulphus erat burgensis suus tempore quo cepit eundem, et quod alias, dum traheretur in causam idem Radulphus coram custodibus regalium remensium, ut declinaret examen eorundem, se advocavit burgensem esse ipsius regis Navarre. Tandem, pendente receptione probacionum super hoc, pacificatum fuit inter ipsum regem Navarre et Radulphum predictum, et supposuit se idem Radulphus voluntati ejusdem regis Navarre.

CCCXXV.

Compromissum inter abbatem S. Theoderici, et homines de Trigni, de amicabilibus compositoribus accipiendis, in discordia que vertebatur inter dictum abbatem et predictos homines. Juin 1265.

Cart. de Saint-Thierry, 310.

Officialis remensis, universis..... Noverit universitas vestra, quod cum inter virum religiosum abbatem ecclesie S. Theoderici, pro se et ecclesia sua predicta ex una parte, et Ellaudum dictum Durel, Clarembaudum, Perrinum Imperatorem, et Egidium Roussel ex altera, orta esset materia questionis, super eo videlicet quod dicebat idem abbas, quod cum ipse quendam suum mansionarium prisonie mancipasset, seu mancipari fecisset, et quidam eorum ad mandatum seu preceptum ipsius abbatis per aliquantulum temporis dictum mansionarium captum custodivissent, hominesque ville de Trigneio qui requisiti essent ex parte dicti abbatis vel ecclesie predicte, captos seu prisonie mancipatos in villa de Trigneio custodire tenerentur de antiqua consuetudine sive usu dicti loci, et de hoc esset in possessione, vel quasi, ipse et predecessores sui; item super eo quod dicebat idem abbas, se et ecclesiam suam predictam dissaisitam de custodia predicta a dictis quatuor hominibus; item super quibusdam forefactis que fecerant dicti quatuor homines occasione premissorum, prout asserebat idem abbas, ratione quorum plures emendas petebat ab eis; item super eo quod idem abbas dictos quatuor homines banniverat, seu banniri fecerat de tota terra

Digitized by Google

sua, occasione sumpta ex facto predicto; item cum dicti homines quatuor banniti, et tota communitas ville de Trigni, participes omnium expensarum, custuum et dampnorum factorum et faciendorum occasione premissorum esse deberent, et promisissent, ut asserebant dicti quatuor banniti et eorum complices, et aliqui portionem ipsos contingentem solvere contradicerent, supplicabant dicto abbati non per modum actionis vel exceptionis, sed per modum gratie, compositionis, et ordinationis, ut contradictores et rebelles ad hec induceret, et compelleret quod de dictis expensis, custibus et dampnis suam solverent portionem; item supplicabant eidem abbati, ut ipse et conventus S. Theoderici predicti quendam furnum in dicta villa de Trigni construerent vel edificarent, seu construi vel edificari facerent ad usus et consuetudines alterius furni ipsius abbatis in dicta villa existentis, et furnarium specialem ponerent in eodem; item supplicabant de liberalitate et gratia, sibi remitti a dictis abbate et conventu furcam et restellum in quibus tenebantur dicte ecclesie ad fenandum annuatim pratum de Marsella; tandem dicte partes, videlicet dictus abbas pro se et conventu suo, dicti quatuor homines banniti personaliter, et procuratores communitatis ville de Trigneio predicte,.... predicta communitate, postmodum ac Waltero de Curia, Bichero filio Herberti de Chenay, domina Galia relicta Evrardi Dison,.... [1] qui homines iverant de Trigneyo apud Chalon, sub viro nobili commite Rouciaci, ratum habentibus et expresse consentientibus pro bono pacis, de bonorum virorum consilio, compromiserunt super premissis in virum religiosum fratrem Simonem de Fratrum Minorum remensium, et magistrum Renerum de Paissiaco canonicum remensem, tanquam in arbitros, ordinatores, vel amicabiles compositores, sub hac forma videlicet, quod partes predicte voluerunt et expresse consenserunt, quod dicti S. et R. super premissis omnibus et singulis possent de plano inquirere, et super possessione predicta, et utrum aliqui de hominibus dicte ville de Trigni illos quos idem abbas capi fecisset, seu carceri vel prisonie mancipari in villa predicta, alias custodivissent ad mandatum seu preceptum dicti abbatis; et si hoc invenirent dicti S. et R., pronunciarent seu pronunciare possent, quod homines de Trigni captos, seu prisonie

[1] Suivent soixante autres noms.

Digitized by Google

vel carceri mancipatos in villa de Trigni predicta, ad mandatum abbatis seu justicie loci custodirent; item super dissaisitione de dicta custodia et forefactis predictis, inquisito de plano super hiis a dictis S. et R., dicerent, ordinarent seu proferrent quod sibi videretur expedire; hoc salvo quod si dicerent dictos quatuor homines bannitos dicto abbati seu ecclesie S. Theoderici in aliqua emenda teneri, seu aliquam emendam facere debere pro premissis, vel aliquo premissorum, dicta emenda esset manualis tantum, non pecunaria, vel alias corporalis; hoc salvo quod voluerunt et expresse consenserunt dicte partes, quod dominus Johannes de Sarceyo, miles, et domnus Walterus dictus Imperator, monachus ecclesie predicte, tam pro emendis omnibus, si que essent, et singulis predictis, quam pro expensis quas dicebat se fecisse idem abbas occasione premissorum, quam pro ordinatione super furca, restello, et furno predictis, seu quittatione furche et restelli, et furni confectione seu constructione, possent dictos homines et communitatem condempnare ad satisfaciendum et restituendum dicto abbati aliquam summam pecunie, prout sibi videretur opportunum; promittentes dictus abbas in verbo veritatis, pro se et pro sua ecclesia, dicti quatuor banniti, dicti procuratores communitatis ville de Trigneio predicte ac aliorum hominum predictorum, fide ab ipsis prestita corporali, pro se, et communitate, ac hominibus predictis, ac etiam utraque pars sub pena centum librarum parisiensium, parti arbitrium observanti a parte ab arbitrio resiliente reddendarum, quod ipsi quicquid dicti S. et R., necnon et dicti J. et W. super premissis de alto et basso dicerent vel ordinarent, dicte partes inviolabiliter observarent. Promiserunt etiam dictus abbas, quod premissa, et dictum seu ordinationem dictorum S. et R., item dictorum J. et W. faceret laudari et approbari, et ràta haberi et grata a conventu ecclesie S. Theoderici predicte. Dicti vero quatuor homines banniti, procuratores communitatis et aliorum antedictorum, hoc idem promiserunt, et quod facerent ea a communitate de Trigni et hominibus de Chalon predictis laudari et approbari. Fuit etiam actum, et expresse consensum, inter dictas partes, quod si tunc demum tota communitas predicta, vel major pars ejus, aut abbas et ejus conventus, vel major pars

Digitized by Google

eorundem, contra premissa venire presumerent in futurum, quod prefata pena esset commissa, dicto, ordinatione, compositione, seu prolatione dictorum S. et R., item dictorum J. et W. nichilominus in suo robore permansuris. Voluerunt etiam, et in hoc consenserunt dicte partes, quod si super forma compromissi, vel dicto, compositione, prolatione, seu ordinatione dictorum S. et R. questio vel discordia, quod absit, oriretur, quod ipse partes, sub dictis pena et fide, starent recordationi et interpretationi dictorum arbitrorum S. et R. In cujus rei testimonium sigillum curie sedis remensis vacantis presentibus est appensum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, mense junio.

CCCXXVI.

25 juin 1265. SENTENTIA lata ab arbitratoribus quos delegerant homines de Trigni.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 313.

Officiales curie sedis metropolitane remensis vacantis, necnon et magister Guillermus de Caturco officialis curie domini Octoboni cardinalis, remensis archidiaconi, universis..... Noverit universitas vestra, quod..... frater S. et magister R, necnon dominus Walterus monachus, onere dicendi, proferendi, componendi seu ordinandi in se suscepto, diem dictis partibus coram se apud Trigniacum prefixerunt; videlicet ad crastinum Nativitatis B. Johannis Baptiste, post missam, ad audiendum dictum, prolationem, compositionem seu ordinationem S. et R., J. et W. predictorum. Qua die, inquisitione prehabita, a dictis S. et R., super premissis de quibus discordia seu controversia erat inter dictas partes, dicto abbate presente, communitate, hominibus quatuor bannitis, et aliis hominibus superius nominatis, que facta fuerant per dictos quatuor homines bannitos necnon et procuratores predictos, ad plenum expositis, et ipsis ratum et gratum habentibus, dici, proferi, componi sive ordinari instanter petentibus; dixerunt et ordinaverunt, seu componendo protulerunt in hunc modum : videlicet, quod dicti quatuor homines banniti dictum abbatem et ecclesiam de predicta custodia resaisirent. Item, quod homines communitatis de Trigneio ad mandatum seu preceptum ipsius abbatis aut

Digitized by Google

ecclesie predicte, captos, seu prisonie mancipatos, in dicta villa de Trigni auctoritate dicti abbatis vel ecclesie predicte custodirent, et quod ipsi quatuor homines forefacta que fecerant occasione premissorum, dicto abbati et ecclesie emendarent. Item, quod dictus abbas, dictos quatuor homines bannitos in suam terram et ecclesie revocaret. Item, quod unum furnum in dicta villa de Trigni construeret et edificaret, seu construi et edificari faceret, secundum usus et consuetudines alterius furni ipsius abbatis in dicta villa existentis; et furnarium ibidem apponeret qui solum dicto furno, non alii, deserviret. Item, quod dictus abbas contradictores et rebelles de dicta communitate, si qui ipsorum essent qui nollent de dictis expensis, custibus et dampnis solvere suam portionem, ad hoc inducat et compellat quod de dictis expensis, custibus et dampnis suam solvant portionem. Item, quod furcam et restellum predictos quitet et quitari faciat [1] per conventum suum hominibus et communitati suprascriptis. Dictus vero dominus W. ibidem personaliter constitutus, partibus presentibus predictis, et dici seu ordinari ab eodem W. similiter petentibus, et consentientibus quod ipse solus diceret seu ordinaret de hiis super quibus in ipsum W. et dominum J. de Sarceio militem fuerat compromissum, seu consensum quod ordinarent de eisdem, dixit et ordinavit : quod dicti quatuor homines banniti, communitas de Trigni, et alii homines nominati, tam pro emendis et expensis, quam furno, furca et restello predictis, abbati et ecclesie ducentas libras forcium solvere et reddere tenerentur. Quibus dictis et ordinatis, dicte partes dictis et ordinationibus predictis acquieverunt, laudaverunt et approbaverunt, et ea grata et rata habuerunt; dictique quatuor homines banniti quasi incontinenti dictos abbatem et ecclesiam de dicta custodia resaisierunt, et que forefecerant dictis abbati et ecclesie emmendarunt. Et dictus abbas ipsos quatuor in totam terram suam, de qua banniti fuerant, revocavit, et eisdem hominibus et communitati dicte ville de Trigni dictos furcam et restellum quittavit, et mediante dicto seu ordinatione dicti W., idem abbas dic-

[1] Il se trouve au fol. suivant un acte passé devant les officiaux des deux cours de Reims, par lequel : *Prior et conventus ecclesie S. Theoderici, in capitulo dicte ecclesie, pulsato ad capitulum, prout moris est, laudarunt, approbarunt, quecumque ordinata fuerunt per S. et R.... et quecumque facta fuerunt per abbatem eorum....*

tos quatuor homines, et communitatem, et homines ejusdem communitatis de Trigni, quittavit de omnibus forefactis et emendis supradictis, et promisit dictum furnum sub modo predicto in eadem villa se facturum. In cujus rei testimonium, sigilla curiarum predictarum presentibus sunt appensa. Actum anno Domini M° CC° sexagesimo quinto, in crastino Nativitatis B. Johannis Baptiste.

CCCXXVII.

13 juillet 1265.

EPISTOLA Clementis IV papæ, decanis et capellanis ecclesiæ remensis, quorum querimoniis respondet.

Thes. anecdot., II, 157.

CCCXXVIII.

15 octobre 1265.

ARBITRIUM inter Ottobonum S. Adriani cardinalem, remensem archidiaconum, et capitulum remense prolatum, super diversis articulis, vacante sede remensi, agitatis.

Archiv. du chap., lay. 21, liass. 32, n° 1.

H. decanus [1] remensis, et magister Philippus de Caturco, scholasticus bajocensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverint universi, quod cum inter venerabilem patrem D. Ottobonum S. Adriani diaconum cardinalem, remensem archidiaconum, ex una parte; et discretos viros decanum et capitulum remensis ecclesie, ex altera; super diversis articulis, vacante sede remensi per mortem bone memorie Th. quondam remensis archiepiscopi, esset suborta materia questionis, et diutius apud sedem apostolicam agitata, tandem pro bono pacis, super dicta discordia fuit in nos decanum et Philippum, tanquam in arbitros, compromissum, prout in instrumento, supra dicto compromisso confecto, plenius continetur.... Nos vero predicti decanus et Philippus, onere dicti arbitrii in nos suscepto, cognito et inquisito, secundum quod nobis visum fuit expedire, de hiis que continentur in instrumento compromissi de quibus inter partes agebatur, ad omnem materiam questionis et dissensionis tollende imposterum inter partes predictas dicimus, et arbitrando pronunciamus; quod litteris D. Urbani pape quarti, de quib usfit mentio

[1] Cette sentence est confirmée par une bulle de Clément IV, datée du 5 juin 1266 (?).

Digitized by Google

in instrumento compromissi predicto, de quibus cautum est in eo, ut libere super ipsis et de ipsis ordinare, decernere, et statuere valeamus pro nostre libito voluntatis, cum in dictis litteris contineatur, quod D. papa mandavit fieri ea que continentur in ipsis de plenitudine potestatis, et maxime propter vitandum periculum animarum, et per hec intelligamus ipsum summum pontificem predicta fecisse ex gratia speciali, non prejudicet imposterum alterutri partium, quominus sede remensi vacante, dicte partes per se et per officiales suos, possint omnem jurisdicionem ecclesiasticam in archidiaconatu remensi, tam in civitate, quam extra excercere, et privare presbyteros et clericos beneficiis suis, prout justum fuerit, exigentibus culpis suis, nisi essent privilegiati quod alterutrius partis jurisdicioni non subessent de consuetudine vel de privilegio speciali.

Item quia remense capitulum proposuerit quod officialis archidiaconi remensis, contra consuetudines et privilegia remensis ecclesie, compellit servientes canonicorum remensium proprios et communes invitos coram se litigare, et in contradictores censuram ecclesiasticam excercere [*vic* excercet?], archidiacono asserente ipsum esse in possessione, in servientes predictos excercendi premissa, laudamus dictis partibus, quod nec archidiaconus, nec ejus officialis, infringat privilegia super hoc, vel consuetudines dicti capituli, si que habeant, per que appareat vel apparere possit dictos servientes jurisdicioni dicti archidiaconi non debere subesse, nec dictum capitulum impediat jurisdicionem dicti archidiaconi, si quam habet in servientes predictos.

Quod vero dicit capitulum, quod in curia dicti archidiaconi a dictis eorum servientibus propriis et communibus, contra consuetudines et privilegia eorum, exigitur pecunia pro sigillo, archidiacono asserente ipsum esse in possessione percipiendi pecuniam pro sigillo a servientibus memoratis; dicimus arbitrando, quod proprii servientes canonicorum teneantur solvere pecuniam pro sigillo, et communes non teneantur in curia archidiaconi memorati, et caveant servientes communes ne fraudem super hoc faciant, quia, si necesse fuerit, ab eis exigetur juramentum.

Preterea cum dicat capitulum, quod officialis archidiaconi remensis appellationes interpositas, nullo gravamine expresso, in causis crimi-

nalibus et civilibus, a justicia laicali, et [*sic* ab?] hominibus villarum et terre capituli indifferenter, contra jus dicti capituli, admittit, et de ipsis, et de causa principali, cognoscit; archidiacono asserente, ipsum et predecessores suos esse et fuisse in possessione, vel quasi, recipiendi et admittendi appellationes predictas interpositas a laicali justicia terre capituli in premissis causis, et de eis et principaliter cognoscendi, et diffiniendi; pronunciamus arbitrando, quod a laicali justicia terre predicti capituli non appelletur in causis criminalibus, in quibus agitur criminaliter, ad curiam archidiaconi memorati; in aliis vero causis, si contingat appellari a dicta justicia laicali terre capituli ad predictam curiam dicti archidiaconi remensis, et dicta laicalis justicia repetat curiam suam, vel pars appellata dicat partem appellantem non fuisse gravatam, quare deberet ad dictam curiam appellare, dictus officialis vel ipse archidiaconus, dicte laicali justicie curiam suam reddat, nisi appellans proposuerit se fuisse gravatum, et hoc probaverit, si probatione indigeat, et officialis vel ipse archidiaconus decreverit dictum gravamen esse sufficiens, et ob hoc dictum appellantem legitime appellasse.

De saisinis vero dicimus arbitrando, quod archidiaconus vel ejus officialis, non ponat eas in terra dicti capituli, ubi habet idem capitulum jurisdicionem temporalem, nisi saisiret ibi bona mobilia in domibus personarum ecclesiasticarum, et hoc ratione bonorum delinquentium, non fundi, necnon pro bonis defunctorum qui testamentum fecerunt, ne dissipentur cum requisiti sunt (*sic*) a testatore vel ab executoribus testamenti.

Super eo vero quod dicit capitulum, quod officialis archidiaconi, vel ipse archidiaconus, in canonicos et eorum familias excercet jurisdicionem ecclesiasticam cum non possit; dicimus, quod in canonicos et eorum familias archidiaconus et ejus officialis non excerceat aliquam jurisdicionem ecclesiasticam, nisi dicti canonici vel aliquis de eorum familia teneret, vel teneat aliud beneficium ecclesiasticum, vel aliquid aliud rationabile subsit, propter quod forum sortiatur dicti archidiaconi; et tunc serventur dictis canonicis eorum consuetudines et privilegia, si que habent quare non possit dictus archidiaconus vel ejus officialis in dictos canonicos jurisdicionem ecclesiasticam excercere.

Digitized by Google

De bonis Amaurici clerici saisitis, sede remensi vacante, pro quodam homicidio quod dicitur perpetrasse; dicimus arbitrando, quod cum invenerimus quod dicta bona primo saisita fuerint auctoritate curie dicti capituli, quod dicta bona remaneant capitulo memorato, et eorum saisine; ordinantes quod archidiaconus vel ejus officialis, sede vacante, non ferat sententiam excommunicationis, interdicti, seu suspensionis, in clericos curie ecclesiastice capituli antedicti; nec aliquam jurisdicionem excerceat, nec capitulum, seu ejus officialis [*sic*, officiales?] in clericos curie dicti archidiaconi; et intelligimus hoc de clericis illis qui officium habent in dictis curiis, sive sint notarii, sive sint citatores, seu registrarii, sive sigilliferi, et qui continue dictum officium excercent, vel saltem frequenter, nisi essent legitimo impedimento detenti quod dictum officium non possent excercere; et super hoc caveat utraque curia, ne fraudem faciat; et quod curia capituli seu dictum capitulum non revocet sententias latas per archidiaconum, vel per curiam suam; nec e converso.

Dicimus etiam et ordinamus, quod capitulum, sede vacante, potest mandare decanis et rectoribus ecclesiarum in archidiaconatu remensi, ne ullos questores recipiant, donec questores fabrice remensis ecclesie receperint, et claudere aliis ne recipiantur, quousque questores fabrice remensis sint recepti; et hoc idem poterit mandare officialis archidiaconi, vel archidiaconus memoratus, pro questoribus fabrice ecclesie memorate, et hoc intelligimus auctoritate romane ecclesie salva; et de aliis questoribus dicimus, quod illa curia que prius incipiet, prius agat.

De illo articulo in quo petit capitulum duas partes emendarum curie archidiaconi remensis, sede remensi vacante, sibi debere prestari; cum non invenerimus dictum capitulum, dicta sede vacante, de dictis duabus partibus a retroactis temporibus aliquid habuisse, ordinamus quod tenebitur quod hactenus est observatum, hoc tamen salvo, quod si processu temporis posset fieri plena fides, quod dictus archidiaconus teneretur reddere dictas duas partes emendarum, hoc faceret sine contradictione quacunque, nisi capitulum vellet ei remittere in toto vel in parte.

De institutione rectorum in ecclesiis vacantibus in archidiaconatu

remensi et custodia ipsarum, sede remensi vacante, ordinamus quod penes archidiaconum, vel ejus vices gerentem et successores eorum remaneat, tam in civitate, quam extra, jus instituendi rectores in ecclesiis vacantibus, sede remensi vacante, hoc tamen salvo quod de ecclesia S. Michaelis remensis se non intromittat, quantum ad hoc, archidiaconus, seu officialis suus; hoc etiam salvo, quod custodia quinque ecclesiarum remensium in quibus capitulum habet jus patronatus, remaneat penes dictum capitulum cum vacant, et emolumentum ipsarum, reservata competenti sustentatione illis qui deservient in eisdem, et ita quod presbyteros quos constituent ad custodiam dictarum ecclesiarum presentabunt archidiacono vel ejus officiali, et ex eorum auctoritate, spiritualia, si videantur idonei, excerceant in eisdem.

De positione magistrorum sive custodum in domibus leprosorum, et domibus que Domus Dei vocantur, et amotione ipsorum in archidiaconatu remensi, sede remensi vacante, dicimus quod, quantum ad ista, melior sit conditio occupantis; hoc tamen salvo, quod in domibus illis seu leprosoriis in quibus capitulum remense consuevit ponere et amovere rectores seu custodes, sede remensi non vacante, remaneat penes dictum capitulum, sede remensi vacante, videlicet apud Magnum Campum juxta Marfaulx, apud Maubertifontem, apud Tramery, et apud Bodillum, et in hospitali B. Marie remensis et in hospitali S. Anthonii remensis, sede remensi vacante, in hospitali de Junchery, et in hospitali de Dei Merito juxta Remos, sede remensi non vacante.

De synodo dicimus, quod cum invenerimus remensem archidiaconum esse et fuisse in saisina, seu in possessione, vel quasi, tenendi synodum sede remensi vacante, et non invenerimus remense capitulum, dicta sede vacante, synodum aliquo tempore tenuisse ante tempus mote discordie, quod sic in posterum observetur; ita tamen quod precepta que fient in synodo, fient ibi pro utraque curia, scilicet archidiaconi et capituli, et pro jurisdicione utriusque curie, et presente procuratore capituli si mittere voluerit.

De parrochia S. Petri, dicimus quod capitulum presentet magistrum Hubertum archidiacono, vel ejus vices gerenti quantum ad hoc, vel alium si maluerit, et hoc sibi videbitur expedire.

Digitized by Google

De ecclesiis de Villa in Tardano, et de Bovencort, quas D. Ottobonus cardinalis, archidiaconus remensis, contulerat, eo quod earum collatio ad ipsum devoluta fuerat, ut dicebat, propter negligentiam patronorum, pronunciamus quod instituti per ipsum archidiaconum, pro bono pacis renunciaverint dictis ecclesiis, et ad ipsas presentavimus nos arbitri, data nobis hac vice a patronis earum super hoc potestate, officialem dicti archidiaconi magistrum Hugonem ad parrochiam de Villa in Tardano et Oudardum de Cormicy ad parrochiam de Bovencourt.

Dicimus etiam et ordinamus, quod remense capitulum et ejus officialis, nec archidiaconus remensis vel ejus successor, vel officialis eorum, impediant se ad invicem, quominus utraque pars de cetero libere utatur, sede remensi vacante, omnimoda jurisdicione ecclesiastica in civitate et in archidiaconatu remensi, exceptis tamen locis et personis illis que per privilegium, seu de consuetudine, ab eorum seu alterius jurisdicione sunt exempti; et ne de cetero inter dictas partes dissentionis materia oriatur, ordinamus quod neutra pars contra aliquem vel contra aliquos, occasione dicte discordie, seu eorum que acciderunt propter dictam discordiam, aliquid faciat, vel attemptet, aliquem in aliquo puniendo. Retinuimus nobis potestatem declarandi et interpretandi, si aliqua fuerint in premissis dubia vel obscura, usque ad tempus in compromisso contentum et etiam ulterius, si in hoc partes voluerint consentire. In cujus rei testimonium.... Actum Remis, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, mense octobri, feria quinta ante festum B. Luce.

CCCXXIX.

Sententia lata contra quendam hominem de Courceyo, ad capitagium ecclesie S. Theoderici solvendum, damnatum. 31 octobre 1265.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 302.

Officiales remenses, universis..... Noverint universi, quod cum ecclesia S. Theoderici juxta Remis (*sic*), Giletum fratrem Houduini de Courceyo, auctoritate ordinaria, coram nobis traxisset in causam, procurator dicte ecclesie, nomine ipsius ecclesie et pro ipsa, contra dictum Giletum petitionem edidit in hunc modum : Dicit procurator ecclesie

Digitized by Google

S. Theoderici...., contra Giletum fratrem Houduini de Courceyo, quod mater dicti Gileti fuit femina de corpore seu capite ecclesie S. Theoderici, tempore quo vivebat, et tempore mortis sue, et adhuc est, si ipsa vivit. Item dicit quod dictus reus est, et fuit, homo de corpore ecclesie predicte, a tempore nativitatis sue. Item dicit quod mater dicti rei, ratione et ex causa sui capitagii predicti, tenebatur dicte ecclesie, tempore quo vivebat, et adhuc tenetur, si ipsa vivit, in tribus denariis parisiensibus, singulis annis, quos tres denarios pro dictis capitagiis suis singulis annis exsolvit tempore quo vivebat, et adhuc solvit, si ipsa vivit. Item dicit, quod ita consuetum est et usitatum, et fuit, diu est, et a tempore a quo non exstat memoria inter homines et feminas de corpore seu capite dicte ecclesie, et eandem ecclesiam, quod quandocunque aliqua mater, femina de corpore seu capite dicte ecclesie, tenetur dicte ecclesie in tribus denariis singulis annis, filius ejus masculus tenetur in duodecim denariis, et filia in tribus; et quando mater, femina de corpore seu capite dicte ecclesie, tenetur in quatuor denariis, filius ejus masculus tenetur in sexdecim, et filia in quatuor. Item dicit, quod dicti usus et longenus (*sic*) et consuetudo vigent et viguerunt a longissimis temporibus, inter homines et feminas predictos, et eandem ecclesiam. Item dicit, quod super hoc fama laborat in locis ubi dictus reus commoratur, et locis vicinis, et etiam in omnibus locis in quibus homines et femine de corpore seu capite dicte ecclesie commorantur; et communis modus et usus loquendi est, et intellectus communis, inter homines et feminas predictos, quia quandocunque mater talis tenetur singulis annis in tribus denariis, filius ejus masculus intelligitur teneri in duodecim; et quando mater in quatuor, filius in sexdecim. Item dicit, quod dictus reus pluries recognovit coram probis, et etiam in jure coram judice competenti confessus fuit, quod erat homo de corpore seu capite ecclesie predicte, et quod mater ejus fuerat femina de corpore seu capite dicte ecclesie. Item dicit, quod terminus solutionis dictorum duodecim denariorum incipit et incepit, illo anno in quo dicti homines de corpore seu capite dicte ecclesie uxores ducunt et duxerunt, et durat et durant usque ad extremum vite eorundem; quare petit dictus procurator, nomine dicte ecclesie et pro ipsa, dictum reum ad hec sibi per diffinitivam sententiam condempnari et

Digitized by Google

compelli, ut idem reus de duodecim denariis parisiensibus singulis [annis?] eidem ecclesie, quoad vixerit, satisfaciat competenter, ex causis predictis, et etiam de duodecim denariis parisiensibus singulis annis pro arreragiis a temporibus retroactis quibus fuit uxoratus, exceptis denariis quos solvit pro anno presenti, ratione dicti capitagii sui : et hec dicit, et petit, dictus procurator, salvo sibi in omnibus juris beneficio, *et cetera*. Lite igitur super contentis in dicta petitione sollempniter contestata, et demum, ad audiendum judicium, die dictis partibus prefixa, videlicet ad sabbatum ante festum Omnium Sanctorum, quo sabbato dictis partibus per procuratorem coram nobis in jure comparentibus, et dictum judicium a nobis instanter ferri petentibus, nos actis cause diligenter inspectis, auditis hinc et inde propositis, de prudentum virorum et jurisperitorum consilio, dictum Giletum eidem ecclesie et procuratori dicte ecclesie, nomine ipsius ecclesie, in petitis per sententiam diffinitivam condempnamus; ipsum Giletum eidem ecclesie..... in expensis legitimis, per eandem sententiam condempnantes. Actum anno Domini M° CC° LX° quinto, sabbato predicto.

CCCXXX.

ARRESTACIONES, judicia et consilia, Parisius in parlamento octabarum Omnium Sanctorum, anno Domini M° CC° LX° V°. — [De saisina furcarum in territorio remensi.] Novembre 1265.

Olim, I, fol. 147.

Conquerebantur custodes regalium remensium, quod cum archiepiscopus remensis ultimo defunctus, esset in saisina, dum viveret, justiciandi corpora malefactorum deprehensorum et judicatorum in banno S. Remigii, et eciam in aliis bannis remensibus, ita eciam quod infra banleucam remensem nullus habebat furchas, preter ipsum archiepiscopum, sicut dicebant; abbas et monachi S. Remigii remensis quendam hominem, qui in ipsorum banno se suspenderat, justiciaverunt, non reddendo ipsum justiciandum dictis custodibus regalium, super hoc requisiti, et taliter archiepiscopatum dessaisiendo, sicut ipsi custodes dicebant; propter quod petebant se de eodem homine resaisiri, et sibi factum hujusmodi emendari. Ad hoc respondebat procura-

Digitized by Google

tor ipsorum abbatis et conventus, quod nec resaisinam, nec emendam aliquam super hoc facere tenebantur, cum per privilegia regia, que super hoc parati erant exhibere, sicut dicebant, omnimodam justiciam habeant in terra sua; et ita non erant audiendi ipsi custodes super hoc, sicut dicebant; et si custodes regalium aliquid vellent petere ab eisdem, dicebant se paratos stare juri et respondere quantum deberent. Confessus tamen fuit idem procurator, quod dictus archiepiscopus, dum viveret, habuerat saisinam cujusdam latronis capti in ipso banno S. Remigii, et ab eisdem judicati, et ad furchas archiepiscopi fuerat suspensus. Ad hoc autem quod de privilegiis dicebatur, respondebant custodes, quod non erant abbas et conventus super hoc audiendi, cum per privilegia proprietatem vellent monachi in judicio deducere, et ipsi custodes solum agerent de saisina; et petebant sibi saisinam de ipso homine restitui, et emendam fieri, eo quod ipsum non reddiderant, maxime cum procurator in parte confiteretur saisinam archiepiscopi supradicti. Tandem audita predicta confessione ipsius procuratoris, intellecto eciam quod solus archiepiscopus habet furchas in banleuca remensi, et hinc inde propositis plenius intellectis, determinatum fuit quod abbas et conventus S. Remigii de dicto homine de quo agebatur resaisiant custodes predictos; et cum archiepiscopus ibi fuerit, de proprietate agant, si sibi viderint expedire [1].

CCCXXXI.

Ann. 1265. ANNO LX quinto. [Li jugement de ceste année.]

Livre Rouge de l'Écbevinage, p. 51.

Jehans de Sacei fit semonre Evrart dou Fossei devant le prévôt, et dit que cis Evrars li avoit vendue une maison qui siet en rue de Téliers; se requéroit cis Jehans, et demandoit à celui Evrart qu'il li donast plège, ou contrewage de garantie porteir. Cis Evrars dit que il li estoit près de donneir contrewage à Berru, bon et soufisant, de tant ou de plus com li vendages montoit. Cis Jehans disoit qu'il ne voloit

[1] Le couvent de Saint-Remi reprit effectivement cette cause un peu plus tard. Voir le jugement intervenu en septembre 1290, et les factums de 1291.

Digitized by Google

mie penre le contrewage à Berru, pour ce qu'il estoit fors de la banliue de Rains, se droiz no disoit; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz d'eschevins, par conseil de bones gens, que cis Jehans ne penroit mie contrewage fors de la banliue de Rains, se il ne voloit.

CCCXXXII.

TRAITÉ de paix entre les citoyens de Verdun et ceux de Reims. 2 juillet 1266.

Rogier, 227, verso.—Bibl. de Reims, Rogier, II, fol. 37.

Nous, ly dix-huict jurey de la citey de Verdun, faisons connissant à tous ceus quy ces lettres verront et orront ke comme discors fut entre nos, citéins de Verdun, d'une part, et les citéins de Reims d'aultre, sor prinzes, sor peinnes (?), et sor arés de chasteis et d'ommes areisteis et de tous autres discors entièrement de sy en arière jequ'aujord'huy, nous nous en sommes apaizié en bonne menière, ensy que nous ne leur poons ne devons riens demander de cest jor en arier jequ'aujourd'huy, ne il nous, pour l'oquizion de ces choses desor dites; ensy que citéin de Reins pueent venir seurement à Verdun, et qu'il nou laissent mie par descort quy ayt estei jequ'aujourd'huy de ces choses desor dites; et por ce que soit ferme chose et estauble, nous, ly dix-huict jurey de Verdun devant ce dit, avons mis nostre seel à ces lettres, quy furent faictes en l'an que ly miliares couroit par mil et deulx cens et sixante-six, au mois de fenoul [1], lou vendredy après les octaves de feste sainct Jehan-Bastitre.

CCCXXXIII.

PRIVILEGIUM Clementis papæ IV, quo archiepiscopo remensi conceditur, ut ad receptionem vel provisionem alienis, in pensionibus seu beneficiis ecclesiasticis, minime teneatur. 26 juillet 1266.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, art. *Jean de Courtenay*, ex cart. archiep.

Clemens episcopus, servus.... Dilecto filio Joanni electo remensi.... Personam tuam sincera diligentes in Domino caritate, petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Hinc est quod

[1] *Fenoul*, fenaison, le mois où l'on fauche.

Digitized by Google

nos tuis precibus annuentes, ut ad receptionem vel provisionem alienis, in pensionibus seu beneficiis ecclesiasticis, minime tenearis, nec ad id compelli possis invitus, neque alius de personalitate dignitatis, seu aliis beneficiis ecclesiasticis ad tuam collationem seu præsentationem spectantibus, possit aliquibus providere per litteras apostolicæ sedis, aut legatorum ipsius, nisi..... litteræ..... plenam et expressam fecerint de hoc..... mentionem....., auctoritate apostolica tibi indulgemus; præsentibus post quinque annos minime valituris. Nullo, etc.... Datum Viterbii, VII° calend. augusti, pontificatus nostri anno secundo.....

CCCXXXIV.

7 septembre 1266. EPISTOLA Clementis papæ IV, J. electo remensi, quem arguit quod pecuniis inhiet, et ecclesiam remensem obligaverit [1].

Thes. anecdot., II, 409.

CCCXXXV.

18 décembre 1266. EPISTOLA Clementis papæ IV, Ludovico IX, ut unam præbendam in ecclesia remensi procuret G. S. Marci presbytero cardinali.

Thes. anecdot., II, 432.

CCCXXXVI.

Ann. 1266. ANNO Domini M° CC° LX° VI°. [Li jugement de ceste année.]

Livre Rouge de l'Échev., p. 52.

[2] Li prévos demandoit à Ludet le boulengier une amende de I petit pain, et disoit li prévos qu'il avoit pris II pains de II fournées : I à l'estal celui Ludet, en la hale, qui fu bons au pois, et I autre en avoit pris en la maison celui Ludet, d'une autre fournée, qui fu petiz au pois; s'en demandoit l'amende dou petit, pour ce qu'il estoient de II fourneis, et pris en II lieus. Et cis Ludés disoit que voirs estoit, qu'il estoient de II

[1] « La lettre de Clément IV est très curieuse. On y apprend que Jean de Courtenay l'emporta sur son concurrent, le cardinal de Saint-Marc, en achetant les suffrages; qu'il avoit répandu de grandes sommes à Rome pendant l'instance de son procès, qui fut fort long, et qu'il avoit répandu dans Reims plus de 10,000 livres. » (Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, *Jean de Courtenay*.)

[2] « POLICE. »

Digitized by Google

fournées; mais il n'en voloit point paier d'amende, pour ce que c'estoit de 1 jour, et de une prise, se droiz ne disoit.

S'en fu droiz diz d'eschevins, par conseil de bones gens, que pour ce que li pain furent pris en II lius, estoient de II fournées, que cis Ludés devoit l'amende dou petit pain.

[1] Descors estoit entre Toumas Barbete d'une part, et Ysabel la femme Poncelet dou Pont de l'autre, d'un arc commun entre eus, enquel arc cis Toumas voloit faire une fenestre qui ovroit sour la court celi Ysabel. Cele Ysabiaus dit encontre, que cis ars avoit lonstans einsi estei, se no voloit mie que fenestre i fût faite, pour ce qu'ele seroit en sa grevance; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz d'eschevins, par conseil de bones gens, que li ars devoit demourer en teil point comme il avoit esteit lonctens; et que se en avoit riens osteit, que en li remesit.

Descors estoit entre Andreu le Clerc d'une part, et les anfans sa feme de son premier marit et leur mainbours de l'autre, sour ce : c'est à savoir que la feme celui Andreu avoit donneit par don fait entre vis, et par letres de court, à ses enfans de son premier marit, quanque ele avoit et pooit avoir après son décest, puis cele eure que cil Andreus l'ot fiencie et mariages fu faiz entre eus. Se disoit cis Andreus qu'il ne voloit mie que cis dons vausit, pour ce que sa femme estoit en sa mainburnie, ne nou pooit faire, ne devoit; si requéroit en droit, et par devant la justice, et par devant eschevins, as mainbours devant diz, qu'il li rendissent celle lettre, et que ele fût anientie, et riens ne vausist. La partie disoit encontre, qu'il ne les voloient mie rendre, se droiz n'estoit.

S'en fu droiz diz d'eschevins, par conseil de bones genz, que cele lettre fust remise arier, ne ne devoit rien valoir, et fust anientie.

CCCXXXVII.

Supplicatio remensis, senonensis, et rothomagensis, ecclesiarum, ad Clementem papam IV, qui decimam partem redditum Vers 1266.

[1] « Chaussée. »

Digitized by Google

ecclesiasticorum per totam Franciam, Carolo andegavensi comiti, ad capessendum regnum Siciliæ, attribuerat [1].

Marl., II, 559.

CCCXXXVIII.

9 février 1267. Epistola Clementis IV papæ ad remensem archiepiscopum, ut oppressam remensem ecclesiam per simoniam, relevet.

Thes. nov. anecdot., II, 449.

CCCXXXIX.

14 février 1267. Litteræ Simonis Peslupi, canonici et vicedomini remensis, quibus concedit licentiam Guidoni dicto Cassine, clerico, construendi quandam sailliam sive antelogiam duorum pedum et dimidii, supra caminum publicum, in quadam domo sita in burgo S. Dionisii, contigua hospitali S. Dionisii. Actum anno M° CC° LX° VI°, feria secunda post *Circumdederunt me*.

Cart. de Saint-Denis, p. 200.

CCCXL.

14 mars 1267. Litteræ Johannis de Villarisicco, officiali D. Guillelmi de Brayo, cardinalis, remensis ecclesiæ archidiaconi, ex quibus patet, de antiqua consuetudine ad officium archidiaconi pertinere ecclesias archidiaconatus sui visitare, et ad opus cooperturæ navium dictarum decimas grossas et minutas saisire; et ex simili consuetudine in tota diœcesi remensi observata, illi qui grossas decimas percipiunt, teneri ad cooperturam navium dictarum ecclesiarum.... Data anno M° CC° LX° VI°, in crastino *Reminiscere*.

Cart. de Saint-Denis, p. 202.

CCCXLI.

12 juillet 1267. Epistola Clementis IV papæ archiepiscopo remensi, de expensis a cardinali S. Martini pro negotio remensi factis.

Thes. nov. anecdot., II, 503.

[1] Voyez dans Duchesne, *Scriptor. rerum Franc.* tom. V, p. 843, comment les Rémois se conduisirent à la bataille de Bénévent.

Digitized by Google

CCCXLII.

Epistola Clementis IV papæ, ad S. Ludovicum, de jure regalium in præbendas ecclesiæ remensis. 13 septembre 1267.

Thes. nov. anecdot., II, 521. — Act. S. Lud. a Stiltingo, p. 215, col. 2. — Preuves des Lib. de l'égl. gall., 2e partie, p. 104. — Régale per Pinfon, II, 366. — Mémoir. du Clergé, II, 232. — De Lacombe, Jurispr. canon., pr., p. 5. — Lib. de l'égl. gall., par Lenglet, II, 206. — Gall. christ., X, Instr., col. 66.

CCCXLIII.

Clementis papæ IV epistola ad Simonem tituli S. Ceciliæ cardinalem, de appellatione remensis, senonensis, et rothomagensis ecclesiarum a se non admissa. 14 septembre 1267.

Thes. nov. anecdot., tom. II, p. 522.

CCCXLIV.

Jugement porté par l'archevêque de Reims, gardien de l'abbaye de Saint-Thierry, et par quatre conseillers du roi, contre le comte de Rouci, qui avoit empiété sur la haute-justice de l'abbaye. 28 novembre 1267.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 305, verso.

L'an del incarnacion nostre Signour mil cc. LXVII. le lundi devant la Saint-Andriu, nous Jehans arcevesques de Rains, de l'outraige que li cuens de Rouci avoit fait à l'église de Rains et à nous, dont il avoit prommis que il entendroit ce que nous en diriens do consel le roi; nous, do consel monsigneur Joffroi, chevalier le roi, Jehan, archediacre de Baieus, clerc le roi, maître Guillaume de Nuefville, clerc le roi, et Bertier, baillif de Vermendois, qui avesques nous furent en aivé [*sic*, envoiet] de par le roi pour nous consiller à dire nostre dit seur l'outraige devant dit, deimes nostre dit en la menière qui s'en suit :

Nous volons que li diz cuens, et set des chevaliers qui furent avesques lui audit outraige faire, c'est à dires messires Jehans d'Aipe, et messires Jehans dou Maiel, et cinc autres, teis comme li dis cuens vodra,

Digitized by Google

qui furent avesques lui au dit fait faire, se représentent devant nous à Rains, en nostre palais, landemain des oictables de Noël qui prochiennement viennent, et que li diz cuens, et li dit VII chevalier, voisent en nostre prison de Porte-Mars, et enqui soient en nostre prison autant comme il tint nostre prévôt et nos gens, ou mains, s'il nous plaît. Et si volons que ses prévos de Rouci, qui fu audit outraige faire, [voise] le dimainche ès oictabes de Noël, de Porte-Mars en cors, sans coiffe, trèsques en nostre palais ou à la procession de l'église de Rains, se l'an i chante au jour de lors, port un fust seur son col convenable à porter, teil que nos gent li bailleront, et avesques lui seront deus de ces serjans en cors; et li uns sera loiés d'un chevestre parmi le pis, et en remembrance de ce, nous, et li dit quatre envoiet de par le roi, maimes nos seaus en ces présentes lettres.

Li amende qui est escrite en ceste letre devant dite, fu faite tout ainsis comme elle est escrite en la lettre devant dite. Et si fu faite pour ce que li cuens Jehans de Rouci avoit unes fourches plantées et levées en marés delez un molin, lequeil molin on apelle Compensei; lesqueles fourches li cuens devant diz avoit mises en liu devant dit, liqués lius a esteit de tens de cui il ne souvient à nelui, et estoit au jour que les fourches i furent mises, et est encore do trèsfons, do ban, et do la justice l'abeit de Saint-Tierri, doquel liu devant dit li abbés Jehans de Saint-Tierri, il, et si devancier estoient do liu devant dit en la garde as arcevesques de Rains; et dont li arcevesques Jehans de Rains, qui lors estoit, en ala personeument à complainte au roi de France que on apeloit Loys, et fist complainte à lui do conte de Rouci devant dit, de ce que li cuens devant diz avoit unes fourches levées et drécies en lius devant diz. Et si avoit li arcevesques devant diz commandei à son prévost de Rains que il alât au liu et au conte devant diz, pour deffandre que il ne meffeit riens en liu qui estoit en sa garde. Et si tost comme li cuens devant diz vist le prévost de Rains qui i aloit en mesaige, si comme il est devant escrit, li cuens [devant] diz le print, et si le mena en sa prison; dont li rois devant diz commanda c'on en venît à enqueste. Et l'enqueste fu faite de par le roi, en la maison de Saint-Remi qui est à Chiennai. Et fist l'anqueste devant dite, de par le roi, Bertiers c'on dit Angelart, qui au jour de lors estoit baillis de Vermen-

Digitized by Google

dois. Et fu l'anqueste reportée de par le bailli devant dit à court. Et fu jugiet de par le roi, que li devant diz cueus de Rouci amendast les meffais devant diz à la volonteit l'arcevesque Jehan devant dit, et li amande fu cele jugie de l'arcevesque devant dit, ainsis comme il est escrit en la lestre ci-devant escrite.

CCCXLV.

CONSTITUTIO Johannis remensis archiepiscopi, ad reformandum statum capituli ecclesie laudunensis. 10 décembre 1267.

Launaii Oper., VI, 477.

CCCXLVI.

ARRESTACIONES, judicia et consilia, Parisius, in parlamento octabarum Candelose. Anno Domini M° CC° LX° VII°. — [Saisina gardie S. Remigii archiepiscopo Johanni restituta.] Février 1268.

Olim, I, fol. 160. — Du Bouchet, Généal. de la Mais. de Courtenay, pr., p. 46.

Questione mota inter defunctum Thomam tunc remensem archiepiscopum ex una parte, et dominum regem, abbatem eciam ac conventum S. Remigii remensis ex altera, super facto custodie S. Remigii remensis, idem archiepiscopus propter defectum ab ipso factum, et in curia, possessionem amisit per judicium curie. Postmodum creato Johanne remensi archiepiscopo qui nunc est, peciit [1] idem archiepiscopus saisinam dicte custodie, quam per suum defectum suus amiserat

[1] Nous avons retrouvé la supplique de l'archevêque Jean dans une liasse de renseignements des archives de l'abbaye Saint-Remi. Nous transcrivons en entier ce précieux document, qui jette un grand jour sur toute la marche du procès.

Iste sunt rationes Johannis archiepiscopi remensis, quare supplicavit et supplicat custodiam sive gardam S. Remigii remensis sibi deliberari, et servientem ibi a domino rege positum amoveri. (Arch. de Saint-Remi, renseign.)

« Factum tale est, domine rex : anno Domini M° CC° LVIII°, die Pasche, post prandium [*], facta pace per vos inter cives remenses ex una parte, et bone memorie dominum Th. tunc archiepiscopum remensem ex altera, vos dixistis eidem archiepiscopo, quod custodia S. Remigii remensis erat vestra. Dixit archiepiscopus : Domine rex, gens vestra, dum eratis in partibus transmarinis, me super hac custodia inquietavit, et per eorum inquestam super custodia factam, et pro me redditam, apparuit quod ipsa custodia ad me pertinet, et pertinuit, et me gens vestra de dicta custodia dimiserunt in pace. Item post reditum vestrum de partibus transmarinis, prima vice quum fuistis Remis, monachi S. Remigii iterum vobis dixerunt, quod dicta custodia ad vos pertinebat; quare vocato in eorum abbatia

[*] 24 mars 1258. Voir plus haut, n° CCLXVI.

Digitized by Google

predecessor, sibi reddi, cum delictum persone non debeat in dampnum ecclesie redundare, et cum satis punitus fuerit de suo defectu, cum

archiepiscopo, auditis monachorum rationibus et privilegiis, et responsionibus archiepiscopi, vos assignastis archiepiscopo diem ad parlamentum sequens super garda predicta. In quo parlamento, auditis rationibus archiepiscopi, et rationibus et privilegiis monachorum, deliberatione habita cum consilio vestro et cum aliis bonis, vos dixistis sic : Ego non video rationem vel causam quare dicta custodia archiepiscopo non debeat remanere. Quare supplicavit idem Th., dicta die Pasche, quod vos, domine rex, pro Deo, amodo ipsum archiepiscopum Th. de dicta custodia dimitteretis in pace. Ad que respondistis, domine rex, sic : Domine archiepiscope, vobis remansit possessio custodie Sancti Remigii per premissa, et nichilominus potest proprietas dicte custodie ad nos pertinere; unde adjornamus vos coram nobis super dicta proprietate dicte custodie, ad tertium diem post octabas Penthecostes. Et tunc nichil acto de causa custodie, readjornatus fuit archiepiscopus, ut prius, ad diem lune post festum Omnium Sanctorum sequentem. Ad quam diem dominus Julianus pro vobis, domine rex, et nomine vestro, et de mandato vestro, petiit custodiam a dicto archiepiscopo, propter quatuor rationes quas ego Johannes archiepiscopus paratus sum exprimere et declarare; et super eo clamo idem Th. habuit diem consilii ad quindenam post Purificationem B. Virginis. Ad quam diem idem Th. comparens petiit diem visionis, seu ostensionis locorum in quibus vos, domine rex, petebatis custodiam; et habuit diem martis post Pascha sequens. Ante tamen quod dies visionis seu ostentionis concederetur archiepiscopo, dominus Julianus novum clamum pro rege fecit in hec verba : Domine archiepiscope, abbas et monachi dicunt domino regi quod gens sua, ipso existente in partibus transmarinis, vobis tradiderunt custodiendam possessionem garde S. Remigii, et hoc sine lite, et sine aliqua juris vel litis necessitate; et de hoc habentur littere vestre *. Quare petit dominus rex quod possessionem dicte garde eidem restituatis sine lite, sicut sine lite et sine aliqua necessitate, fuit penes vos deposita. Ad quod respondit archiepiscopus, quod super isto secundo clamo non habebat diem, nec nunquam fuerat adjornatus; et propter hoc nec voluit, nec tenebatur, ut dicebat, super isto secundo clamo respondere; quare vos, domine rex, adjornavistis dictum archiepiscopum ad sequens parlamentum, videlicet ad feriam tertiam post Penthecosten sequentem dictam quindenam Purificationis, super secunda petitione quam intendebatis facere contra archiepiscopum super garda predicta, et ex causa depositi predicti. Et eandem diem martis assignavistis dicto archiepiscopo ad respondendum super prima petitione in causa proprietatis formata in causa dicte garde contra dictum archiepiscopum, salva ostensione predicta que interim debebat fieri, videlicet ad diem martis post Pascha precedens dictam Penthecosten. Et sic idem archiepiscopus pro voluntate regis ad eandem diem martis post Penthecosten habuit diem de prima petitione, que erat de proprietate garde, et etiam de secunda petitione, que erat de possessione ejusdem garde. Ad quam diem de causa nichil acto propter aliquas rationes, sed archiepiscopo readjornato ad sequens parlamentum, videlicet ad octabas post Nativitatem B. Virginis, et comparante, dominus Julianus pro vobis, domine rex, secundam petitionem prosequens, petiit et institit, quod archiepiscopus vobis redderet saisinam dicte garde apud ipsum archiepiscopum deposite, ut dicebat; asserens quod super hoc littere archiepiscopi penes vos, domine rex, haberentur; nullo modo petens nec instans quod archiepiscopus responderet super prima petitione, in qua habuerat archiepiscopus diem consilii et diem

* Voir plus haut, ann. 1254, Instr., n° CCLI.

Digitized by Google

per hoc dicta saisina privatus fuerit toto tempore vite sue, cum ipse eciam archiepiscopus paratus sit coram rege, tanquam coram suo do-

ostensionis. Et non solum non petiit ut archiepiscopus responderet super prima petitione, sed nec id potuisset si vellet, juris ratione refragante; quia dicendo possessionem dicte garde, ex causa depositi, pro rege, et a gente regis, et nomine ipsius, penes archiepiscopum fuisse depositam, confitebatur et asserebat idem Julianus possessionem dicte garde esse regis et non archiepiscopi. Et si voluisset dominus Julianus post secundam petitionem quam usquequaque persequebatur, et prosecutus esset dicere archiepiscopo quod ipse responderet super secunda [*sic*, prima?] petitione, non esset audiendus, tanquam sibi contrarius; quia ipse dominus Julianus, petitione secunda, ex causa deposite possessionis, ut dicebatur, facta, dicebat ad regem possessionem et proprietatem dicte garde pertinere; quia, ut jura volunt, rei deposite et possessionem et proprietatem retinemus: et per primam petitionem de proprietate garde, rex expresse ore proprio confessus fuerat, ut predictum est, quod possessio dicte garde ad archiepiscopum pertinebat; et hoc idem juris interpretatione est planum. Ita primam petitionem faciendo formari contra archiepiscopum de proprietate garde, confessus est ipsum archiepiscopum esse possessorem dicte garde. Et ideo archiepiscopus, cum magno consilio juris et usus curie vestre habito, videns sibi nullum imminere periculum non respondendo super prima petitione in qua habuerat diem consilii et diem ostentionis, quia non petebatur ut ad primam petitionem responderet, ut dictum est, sed petebatur ut responderet ad secundam petitionem formatam in causam depositi, ad primam petitionem non respondit, sed ad secundam petitionem respondit sic: Domine rex, secundum modum petitionis contra me formate, ego peto judicari, et tractari per pares meos, quia agitur contra me de magna parte baronie et parrie mee, videlicet de garda S. Remigii; et secundum modum petitionis seu clami facti contra me in causa depositi que tangit honorem persone mee, quia, si in tali petitione que est de deposito succumberem, efficerer infamis, bene debeo habere pares meos, et peto per eos causam istam de honore meo tractari et judicari, maxime cum sit de magna parte baronie et parrie mee. Ad quod vos, domine rex, deliberatione prehabita, respondistis per dominum Petrum de Fontanis archiepiscopo, quod non haberet suos pares, et quod archiepiscopus, consilio prehabito, aliter responderet. Et cum archiepiscopus super hoc deliberaret, sapientes ei dixerunt, quod peteret judicium per pares suos de causa predicta, que erat de honore suo et de magna parte baronie sue. Et ulterius eos sapientes consulens quesivit, si rex et nec sic vellet ei dare pares, an responderet coram magistris sine paribus. Qui sapientes dixerunt, quod dominus Julianus petierat solummodo responderi ad petitionem secundam factam in causa depositi, in qua archiepiscopus nundum habuerat diem consilii vel ostensionis, nec lis erat contestata. Et sic archiepiscopus, iterum denegatus quod pares non haberet, et super dictam secundam petitionem non respondens, fuit in defectu. Et propterea vos, domine rex, accepistis in manu vestra custodiam S. Remigii, et ibi servientem vestrum apposuistis Quare supplicat et requirit Johannes nunc archiepiscopus, paratus satisfacere de dicto defectu sui predecessoris, et stare juri, quod vos ei dictam gardam deliberetis, et servientem vestrum, apud S. Remigium causa custodie positum, amoveatis. Nec vos pro Deo, domine, nec aliquem de consilio vestro moveant verba dicti domini Petri dicta in judicio, quando accepistis dictam gardam in manu vestra. Dixit enim quod archiepiscopus habuerat diem consilii et diem visionis. Hoc enim erat verum in prima petitione, que erat de proprietate, et non in secunda in qua super possessione deposita agebatur. Item quod non fuerit actum super prima petitione, que erat de proprietate, neque processum, bene apparet. In illa enim si fuisset condempnatus, non efficeretur infamis; sed in

mino, stare juri, sicut dicebat. Respondit curia, quod abbas et conventus predicti, cum istud eos tangeret, ad hoc debebant vocari. Quibus postmodum vocatis, auditis premissa peticione archiepiscopi et hiis que in contrarium abbas et conventus proponere voluerunt, post multas altercaciones, partibus presentibus, dominus rex saisinam custodie abbacie et burgi S. Remigii remensis tradidit ad presens dicto archiepiscopo, salvo domino regi jure suo quoad hoc in possessione et proprietate.

CCCXLVII.

Novembre 1268.

INQUESTE expedite et terminate Parisius, in parlamento octabarum Omnium Sanctorum, anno Domini M° CC° LX° VIII°. — [Pro Sygniacensibus contra capitulum remense.]

Olim, I, fol. 53, verso.

Conquerebantur abbas et conventus sygniacenses, quod homines capituli remensis de Potestatibus graves injurias et dampna eis intulerant, scindendo et asportando boscos eorum, frangendo logias suas et domos, inde etiam equos, pecuniam, vestes et alia violenter asportando, necnon et conversos eorum et monachos verberando et incarcerando; que omnia sibi emendari petebant per regem. Postmodum audita conquestione eorum, et intellectis hiis que in contrarium decanus et capitulum remense proponere voluerunt, dominus rex mandavit per magistrum Johannem de Trecis[1] archidiaconum baiocensem

secunda, sic : et ideo in secunda noluit respondere sine paribus, sed in prima, si fuisset requisitus, bene respondisset sine paribus, quia, si in ea fuisset condempnatus, non efficeretur infamis. Item alia ratione respondisset super prima petitione, si fuisset requisitus, quia, si fuisset in defectu, possessionem perdidisset secundum usum curie, cum habuisset super ipsa prima petitione, et diem consilii, et diem ostensionis. Item, domine, delictum persone vel privati non redundat nec debet redundare in dampnum ecclesie; quare si predictus Th. archiepiscopus habuisset diem ostentionis et consilii, et super prima petitione, et super secunda, et deinde deliquisset, deficiendo vel non respondendo ad diem, propterea ecclesia remensis post mortem dicti Th. jus suum perdere non debet quod habebat in dicta garda, antequam dictus Th. deliquisset deficiendo vel non respondendo ad diem. Quare ego Johannes nunc archiepiscopus, supplico et requiro, pro ecclesia mea remensi, quod vos dictam gardam michi deliberetis, et servientem predictum de S. Remigio amoveatis; et paratus sum stare juri, et defectum predecessoris mei emendare, et de hiis, si opus fuerit, cavere ydonee.

[1] L'insuffisance des ressources bibliographiques que nous offre la ville de Rennes, où nous corrigeons ces dernières feuilles, nous a induit en erreur sur le nom de *Jean* de Troyes, et nous l'avons confondu avec *Jacques* de Troyes, dans la note de l'instrument n° CCXCI. Cet instrument doit donc être daté du 6 mars 1262, et non du 20 mars 1261.

Digitized by Google

clericum, et Guillelmum de Chevriaco militem, suos, veritatem inquiri de premissis. Verum facta ipsa inquesta, et pendente ejus judicio, redeuntes ad curiam dictus abbas et procurator sui conventus iterum conquesti fuerunt, quod de novo plura dampna alia sibi illata fuerant per homines supradictos, de quibus similiter dominus rex mandavit inquiri. Demum relatis ad curiam predictam priore inquesta, et ultima eciam facta per prepositum laudunensem, et eis diligenter visis, quia evidenter constitit quod homines de Lesperon et homines de Lugny plures injurias et dampna irrogarunt abbati et conventui supradictis, estimata fuerunt dampna hujusmodi contra illos de Lesperon ad ducentas et quatuordecim libras parisienses, et contra illos de Lugny ad quatuor libras, si dicti abbas et conventus tantum vellent ea jurare; et quia ipse abbas et procurator conventus habens speciale mandatum, usque ad summas predictas dampna sua juraverunt, condempnati fuerunt predicti homines duarum villarum in summis predictis : et debent solvere illi de Lesperon infra proximum Pascha, et illi de Lugny infra proximam Candelosam, ita quod nisi per capitulum remense compulsi fuerint ad solvendum terminis antedictis, ex tunc compellentur per regem [1].

CCCXLVIII.

CARTA que loquitur qui debeant custodire sigillum conventus, et quod de assensu abbatis, et totius conventus, vel majoris et sanioris partis, debent littere sigillari. 30 mars 1269 ou 1270.

Cart. A de Saint-Remi, p. 111.

Radulphus miseratione divina episcopus albanensis, apostolice sedis legatus, ad rei geste memoriam. Cum inter religiosum virum abbatem monasterii S. Remigii remensis ordinis S. Benedicti, et monachos ejusdem monasterii sibi in hac parte adherentes ex parte una, et Droardum dictum Claudum, et alios monachos ipsius monasterii ei in hac parte sequaces ex altera, super custodia et usu sigilli conventus ejus-

[1] La paix ne fut point rétablie par ces mesures entre le chapitre et l'abbaye de Signy ; on trouve, Olim, I, fol. 181, au parlement de la Saint-Martin d'hiver, 1270 :

« Preceptum fuit ballivo Viromandensi a curia, quod servientem unum traderet ex parte curie hominibus capituli remensis, ad removendam violenciam, si que dictis hominibus, in usagio quod habent in nemoribus abbatis et conventus Signiaci, inferretur. »

Digitized by Google

dem monasterii, et sigillatione quarumdam litterarum, necnon super quibusdam interdicti, suspensionis, et excommunicationis sententiis, quas officialis remensis in eosdem abbatem et sibi adherentes, ad ipsorum Droardi et sequatium suorum instantiam, et illis etiam quas officialis remensis archidiaconi in eumdem Droardum et sequaces ejus ad instantiam ipsius abbatis, non ex delegatione apostolica, promulgarant, et aliis articulis, fuisset non levis contentionis materia suscitata; tamen nobis interponentibus super hiis pro concordia partes nostras, partes ipse que conventum constituunt monasterii supradicti, super hiis se ordinationi nostre voluntarie submiserunt. Officiales quoque predicti voluerunt et expresse consenserunt, quod de relaxatione sententiarum ipsarum, eis etiam amplius non requisitis, nostram faciamus in omnibus et per omnia voluntatem. Nos igitur inter partes ipsas, caritatem mutuam procurare volentes, ac ideo hujusmodi controversie auctoritate, qua fungimur,.... finem perpetuum imponendo, recepta quoque de parendo super hiis mandatis nostris a partibus, seu earum ad hoc procuratoribus, juratoria cautione, predictas sententias juxta formam ecclesie relaxamus, et dispensamus cum eis qui non abstinuerunt a divinis officiis sic ligati. Volumus insuper et etiam ordinamus, ut sigillum predictum sit in custodia abbatis et prioris ac thesaurarii ejusdem monasterii, prout esse hactenus consuevit; ita quod eorum quilibet ad ipsius sigilli custodiam habeat unam clavem, sicut hactenus est obtentum. Super sigillatione etiam litterarum que pro utilitate ipsius monasterii fuerint pro tempore sigillande, modus debitus observetur; videlicet ut ipse littere in capitulo legantur publice, ac de abbatis ac totius conventus, seu majoris et sanioris partis ipsius, assensu, inibbi sigillentur, minoris contradictione partis minus rationabili non obstante. Datum Remis, III kal. aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono.

CCCXLIX.

Mai 1269. JUDICIA, arresta et consilia, Parisius, in parlamento Penthecostes, anno D. M° CC° LX° IX°. [Juramentum per archiepiscopum in propria persona prestitum.]

Olim, I, fol. 170, verso.

Digitized by Google

In causa mota inter archiepiscopum remensem ex una parte, et Giletum de Opere burgensem de Chaudardre [ex altera], cum partes deberent jurare, archiepiscopus voluit jurare per procuratorem, et non in propria persona. Giletus e contrario proponebat quod in propria persona jurare debebat idem archiepiscopus, cum actor esset, et in peticione sua facienda contra dictum Giletum presens fuisset. Postmodum partibus instanter petentibus super hoc jus sibi fieri, habito consilio, determinatum fuit, quod cum dictus archiepiscopus in propria persona petivisset contra dictum Giletum, in propria persona tenebatur jurare.

CCCL.

CHARTA qua Johannes archiepiscopus remensis concedit abbati et conventui S. Theoderici, quod possint vendere mesum quem habent Remis. Novembre 1269.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 328.

Universis presentes litteras inspecturis, Johannes, permissione divina remensis archiepiscopus, salutem in Domino. Noveritis quod nos, attendentes utilitatem monasterii S. Theoderici prope Remos nostre diocesis, ordinis S. Benedicti, causa super hoc cognita, et cum judicialis auctoritate decreti, concedimus et consentimus, quod dilecti filii abbas et conventus monasterii predicti possint vendere et alienare imperpetuum, dum tamen vendant vel alienent non in manum mortuam, domum suam quam Remis tenent in manum mortuam, que vulgaliter appellatur mesus S. Theoderici; que quidem domus sita est Remis in vico qui dicitur en March, inter domum Flamigeri de Libera ex una parte, et vicum publicum ex altera; ita tamen quod pretium vendite domus in utilitatem dicti monasterii convertatur. Damus insuper et concedimus eisdem abbati et conventui potestatem et licentiam specialem emendi in civitate nostra remensi, sub nostro dominio, domum aliam, seu domos, dum tamen ejusdem cazamenti et contiguationis sint, et ab eis teneantur tanquam una domus, sive ab una persona, seu a diversis, emantur, usque ad valorem domus predicte quam antea possidebant : volentes et consentientes, quod acquisitam domum, ut dictum est, in manu mortua teneant, eo modo

Digitized by Google

quo domum jam dictam, scilicet dictum mesum S. Theoderici, primitus obtinebant. In cujus rei..... Datum anno Domini M° CC° LX° nono, mense novembri.

CCCLI.

Ann. 1269. PRIVILEGIA curie remensis archiepiscopi scripta anno M° CC° LX° IX°.

Bibl. Roy., mss. f. lat., n° 5210.

CCCLII.

Ann. 1269. ANNO Domini M° CC° LX° IX°. [Li jugement de ceste année.]

Livre Rouge de l'Échev., p. 53.

Li prévos de Rains fit crieir 1 ban que on alât après lui à armes; si en oquisonna pluseurs gens, qui misent avant qu'il avoient passei LX ans; pour ce ne demoura mie que li prévos n'en levast amende sans raison d'aucun de eus. Si en fu plaignans Tiébaus de Bourc et Fourcaus dou Bourc as eschevins. Li eschevin requirent à l'arcevesque qu'il fussent resaisi. L'arcevesque commanda au prévost que il les resaisît; si les ressaisi li prévos Baudons de Rocroi par devant eschevins, c'est à savoir Aubri Alainne, Oudet Tragète, et Jehan Espinart; tesmoing Wiehart le Nain, Gringaut des Portes, Robert Coquelet, et Williaume le Nain. Ce fu en l'an de M. CC. et sissante-nuef.

Amarris des Portes trast en cause Adan Cauchon, et li demanda 1 jardin qu'il avoit achetei à Hilon qui fu femme Gériaumin Bercelin, par proimeie. Adans dit encontre que cis Amarris ne le devoit mie avoir par proimée, pour ce que Gériaumins et Hilons sa femme l'avoient aquestei ensamble; et Amarris dit encontre que cil Gériaumins et Hilons l'avoient aquestei à Ermanjart mère celi Helon, qui ante estoit celui Amarri, et pour ce le voloit avoir cis Amarris, se droiz le disoit; et cis Adans ne voloit mie qu'il l'eust, se droiz no disoit; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz, par conseil de bones gens, que cis Amarris le devoit ravoir par proimée, pour teis deniers comme cis Adans l'avoit achetei.

[1] Nous publierons ce morceau curieux en tête de nos Archives Législatives de la ville de Reims.

Digitized by Google

La fille Haimmart Bouquet trast en cause Hammart Bouquet son père, et li demanda la partie sa mère des biens qu'il avoient ensamble. Cis Haimmars dit qu'il ne voloit mie que elle les eust, se droiz n'estoit; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz que la baisselete devoit avoir les biens de par sa mère, sauf ce, que se il i avoit aquès, cis Haimmars les devoit tenir sa vie.

[1] Hues-à-la-Tache trast en cause Guiot Couzine, et fu plaignans de ce que cil Guios avoit faite une fenestre en son mur qui ouvroit sour les greiz celui Huet, de la maison qui fu la mère Reinnier Vezin, qui estoit en la grevance celui Huet; se voloit que elle fust ostée. Et cis Guios disoit que il vouloit que elle i demourast, se droiz les wardoit; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz d'eschevins, par conseil de bones gens, que la fenestre devoit estre ostée, pour ce qu'elle estoit en la grevance celui Huet.

Toumas de Bruges trast en cause la femme Ellebaut le semonneur, et se plaignoit de ce que elle chevoit desouz 1 mur qui estoit communs entre eus, et en avoit ostei pierres et grève, que elle ne pooit faire, ne devoit. Et cele dit encontre que elle ovroit sour le sien, ne no faisoit chose que elle ne deust, et se voloit ovreir, se droiz estoit; et s'en misent à droit.

S'en fu droiz diz, que elle ovrast, par que damages n'en venit à autre.

[2] Gorgiers fius Guillot le macecrier trast en cause Tierrion son frère, et li requist qu'il loast héritage qu'il avoit vendu qui li venoit naissant. Cil Tierrions dist encontre qu'il no voloit mie loeir, pour ce qu'il avoit vendu la moitiet ou plus de son héritage qui li venoit naissant; et cis Gorgiers dit qu'il n'en avoit point vendu puis que parsons avoit estei faite entre eus; et ce qu'il en avoit vendu, il avoient vendu ensamble, ainsois que parsons fust faite. Pour ce, se voloit qu'il le loast; et s'en misent à droit.

[1] « Chaussée. »

[2] « Justice. »

S'en fu droiz diz d'eschevins, par le conseil de bones gens, qu'il n'en pooit vendre que la moitiet, ne avant parson, ne après, se il n'avoit oir de son cors.

CCCLIII.

Février 1270.

[Judei archiepiscopo remensi restituti] Parisius in parlamento Candelose, anno Domini M° CC° LX° IX° [1].

Olim, I, fol. 175. — Du Cange, Gloss., Suppl. III, 651. — Mémoire concern. les Pairs, pr., p. 65.

Cum ballivus viromanduensis cepisset quosdam Judeos morantes Remis, dicens quod erant Judei domini regis, et quod Remis non consueverant esse Judei; archiepiscopus remensis super hoc conquerendo proposuit, quod a tanto tempore a quo non potest haberi memoria, consueverunt esse Remis due familie Judeorum, et in certo loco, qui magna libertate gaudere consueverunt eo quod rotulum Ysaie custodire dicuntur; et hii sunt Judei quos ceperat ballivus predictus, propter quod eos sibi reddi petebat. Demum intellecto ita esse sicut archiepiscopus proponebat, preceptum fuit ballivo quod dicto archiepiscopo restitueret Judeos predictos.

CCCLIV.

21 mars 1270.

Forma qua mandat archiepiscopus capitulo, ut recipiat ad professionem abbatem S. Remigii cui benedixit.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, art. *Jean de Courtenay*, ex cart. archiep.

[1] « Les Juifs avoient un quartier à Reims, et ce quartier portoit le nom de rue de la Juifverie; c'est aujourd'hui la rue des Élus. Elle a changé de nom lorsque, pour l'imposition des tailles, on élisoit des notables de chaque paroisse qui s'assembloient dans la maison qui appartient aujourd'hui à M. de Ludes (vers 1712), qui de là prit le nom de la maison des Élus.... Dans une vieille charte conservée dans les archives du chapitre Saint-Symphorien, qui contient une transaction entre les chanoines de cette église et les chanoines de Saint-Denys..... l'an 1103, on trouve parmi les signatures des témoins celle d'un *Burdinus de vico Judæorum*. Il paroît qu'ils y étoient en grand nombre par une espèce de procession qu'ils firent, et qui est rapportée par Pierre le Chantre dans le *Verbum abbreviatum*. Ils y avoient une synagogue et des écoles où ils enseignoient publiquement le Talmud. Les Juifs champenois en faisoient une étude particulière.... Ces Juifs de Reims sont les auteurs d'une bonne partie de ce qu'on appelle Tosaphat, i. e. addition ou explication du Talmud. On voit encore, rue du Barbastre, une croix qu'un Juif fut condamné de faire élever en réparation d'une insulte faite aux chrétiens. » (Bibl. Roy., mss. Reims, cart. I, fascicule de 37 pièces.)

Digitized by Google

Joannes permissione divina archiepiscopus remensis, dilectis filiis decano et capitulo remensi, salutem et dilectionem sinceram. Monasterio S. Remigii vacante per mortem bone memorie O. quondam abbatis ipsius monasterii, prior et conventus loci ipsius ad nos speciales nuncios destinarunt, pro impetranda a nobis licentia eligendi; qua sibi a nobis concessa, diem ad eligendum communiter statuentes, videlicet diem Martis post festum B. Mathie apostoli, ipsaque die Martis continuata ad crastinum, videlicet ad diem Mercurii Cinerum, eadem die Mercurii convenientes in unum, virum religiosum dompnum Bartholomeum priorem de Heduino, monachum ejusdem monasterii, per viam compromissi seu commissi procedendo, concorditer elegerunt, et de persona ipsius B. predicto monasterio providerunt, nobisque electionem de ipso factam seu pro..... (*sic*) canonice presentarunt; petentes instanter, ut eidem electo munus confirmationis impendere curaremus. Nos autem ipsius electionis diligenter inspecto processu, ac electi pariter examinata persona, cum et electionem reperimus canonice celebratam, et electum ipsum accepimus a probis et fide dignis multipliciter commendatum, electionem de ipso factam in abbatem et pastorem prefati monasterii, aucthoritate nostra duximus confirmandam, prout in nostris litteris super hoc confectis plenius continetur; cui electo et confirmato a nobis munus benedictionis duximus impendendum. Ea propter volumus et vobis mandamus, quatenus ipsum ad predecessorum suorum consueta recipiatis favorabiliter et gratanter, et ipsum pro abbate et pastore prefati monasterii habeatis. In cujus rei.... Actum et datum apud Betinivillam, anno Domini M° CC° LX° nono, die Veneris ante dominicam qua cantatur : *Letare Jerusalem* in festo S. Benedicti abbatis.

CCCLV.

CONVENTIONES inter abbatem et conventum S. Theoderici et mansionarios de Folle Paina apud Hermundivillam. Mars 1270

Cart. de Saint-Thierry, fol. 290, verso.

Universis presentes litteras inspecturis, officiales remenses in Domino salutem. Noverit universitas vestra, nos anno Domini M° CC° sexagesimo nono, mense martio, litteras virorum religiosorum ab-

Digitized by Google

batis et conventus monasterii S. Theoderici remensis dyocesis, sigillis eorumdem abbatis et conventus sigillatas, vidisse, legisse et diligenter inspexisse, in hec verba :

Universis presentes litteras inspecturis J. Dei permissione monasterii S. Theoderici remensis dyocesis abbas, totusque ejusdem loci conventus, salutem et orationes in Christo. Noverit universitas vestra, quod nos abbas et conventus predicti, Jaquero Fabro, Theobaldo Fabro ejus filio, Herberto dicto Gaubert, Herberto dicto Chevalier, Jehenino filio Heude cerarie, Thome dicto le Gadre, et omnibus aliis qui imposterum manere, habitare, et esse mansionarii nostri et ecclesie nostre predicte voluerint in terra nostra que dicitur *Dos altaris*, sive *Folepainne*, sita apud Hermondivillam, seu in ejus territorio, concessimus et concedimus unicuique tres buissellos terre arabilis in quibus poterit managium seu domum construere ad inhabitandum ibidem; ita videlicet quod quilibet qui dictos tres buissellos terre habebit ad inhabitandum in eis, sive inhabitet, sive non habitet in eisdem, tenebitur nobis et ecclesie nostre predicte singulis annis imperpetuum in festo B. Martini hyemalis, reddere et solvere tres solidos et sex denarios parisienses annui redditus, reddendos et solvendos nobis vel mandato nostro infra limites loci predicti; et si contingeret quemcumque ex ipsis habentibus tres buissellos predictos, deficere in solutione dicte pecunie, quocumque anno in termino supradicto, ipse deficiens, nomine pene, quinque solidos ejusdem monete nobis et ecclesie nostre predicte reddere teneretur : et si monitus esset, vel citatus pro dicto redditu non soluto, teneretur, ultra dictum redditum et quinque solidos predictos nomine pene predicte, nobis et ecclesie nostre predicte in triginta denarios ejusdem monete, nomine justicie, pro quocumque termino esset in mora seu deffectu dictum redditum persolvendi; et hiis mediantibus, eisdem mansionariis quotcumque et quicumque concessimus et concedimus, quod possunt habere et facere majorem in loco predicto, de assensu nostro et ecclesie nostre, unum de mansionariis ipsis qui fuerint pro tempore in loco predicto : ac etiam facere poterunt et eligere dicti mansionarii scabinos duos vel tres de ipsis mansionariis, quos presentare infra dictum locum nobis vel ecclesie nostre, seu nostro mandato, ante-

Digitized by Google

quam suum officium exerceant, tenebuntur; qui major et scabini fidelitatem nobis et ecclesie nostre prestabunt, cum jurejurando ab eisdem corporaliter prestando de juribus nostris, et ecclesie nostre, et mansionariorum ipsorum, fideliter observandis, et de omnibus que ad eorum officium pertinebunt fideliter exequendis; hoc tamen adjecto in predictis, quod dicti major et scabini poterunt judicare, et cognoscere in dicto loco de causis, negociis, seu querelis quorum emenda erit et esse poterit usque ad viginti duos solidos et sex denarios parisienses et infra. De hiis vero causis, negociis, querelis, litibus seu discordiis, quorum emenda viginti duos solidos et sex denarios excedere poterit, et excedet, dicti major et scabini de ea cognoscent in loco predicto, vel apud S. Theodericum, vel alibi ita prope de Hermondivilla, ubicumque nobis et ecclesie nostre visum fuerit expedire. Preterea dictis mansionariis concessimus et concedimus, ut in loco predicto, et infra limites ejusdem, habeant mensuras vini, bladi, avene, et aliorum leguminum et rerum ejusdem quantitatis et valoris, cum mensuris ville de Hermondivilla; et eisdem mensuris in dicto loco utantur, quas recipient a nobis et ecclesia nostra predicta; nec racione hujusmodi mensurarum, aut usus ipsarum, tenebuntur dicti mansionarii, seu quicumque ex eis, prestare nobis foragium, sesterlagium, winagium, nec theloneum in loco predicto et infra limites dicti loci. Et judicabuntur dictus locus et mansionarii supradicti ad usum ville de Hermondivilla, et secundum legem, jus, seu consuetudinem civitatis remensis, salvis tamen modo et forma supradictis. Item notandum est quod si contingat imposterum aliquam domum nunc edificandam, et postmodum edificatam infra locum predictum, distrahi sive vendi, nos abbas et conventus de precio dicte vendicionis habebimus unum obolum, et singulis annis duodecim denarios; et hoc, nomine ventarum domus sic vendite vel distracte. Item non tenebuntur mansionarii dicti loci qui pro tempore fuerint, solvere roagium in loco predicto, licet alii a dictis mansionariis teneantur ad roagium nobis et ecclesie nostre predicte solvendum; videlicet de curru, duos denarios parisienses; et de biga, unum denarium. Et nos abbas et conventus predicti, hiis mediantibus, tenebimur ipsos mansionarios garandire in loco predicto adversus quoscumque juri et legi parere volentes.

In cujus rei testimonium.... Datum et actum anno incarnationis dominice, millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, mense februarii. Qui Jaquerus Faber, Theobaldus Faber ejus filius, Herbertus dictus Gaubers, Herbertus dictus Chevaliers Lathomus, Jeheninus filius Heude cerarie, et Thomas dictus li Gadre, in curia remensi, coram Petro dicto Medico, fideli curie remensis predicte clerico, ad hoc deputato, personaliter propter hoc constituti, premissa omnia et singula, prout superius expressa sunt, fide ab ipsis propter hoc prestita corporali, promiserunt se firmiter, inviolabiliter, bene et legitime, observaturos et etiam adimpleturos.... Promiserunt etiam sub dicta fidei datione, dicti Jaquerus, Theobaldus, Herbertus, Jeheninus et Thomas, se edificaturos infra festum B. Mathie apostoli proximo venturum, quandam domum, managium, seu edificium valoris sexaginta solidorum parisiensium; assignantes dictos abbatem et conventum, seu ecclesiam predictam, pro premissis omnibus et singulis ab ipsis firmiter bene et legitime observandis, et eciam pro dictis redditibus et emendis, reddendis et solvendis, ut dictum est, specialiter ad domum, managium, seu edificium predictum; et pro domo, managio, seu edificio predicto, ab ipsis, ut dictum est, edificando, assignaverunt dictos abbatem et conventum, necnon ecclesiam predictam, ad omnia bona sua mobilia, immobilia, presentia et futura, renunciantes quantum ad hoc expresse, et sub predicta fidei datione, omni juris auxilio canonici et civilis, omni privilegio cujuscumque tenoris existat, crucesignatis indulto, vel imposterum indulgendo, doli, mali, fraudis, lesionis seu deceptionis cujuscumque, omni consuetudini et statuto, et legi cujuslibet loci, et specialiter civitatis remensis, et omnibus aliis exceptionibus, allegationibus et deffensionibus, tam juris, quam facti, que possent obici contra premissa, vel aliqua premissorum. In cujus rei.... Datum et actum anno incarnationis dominice, M° CC° LX° nono, mense martio.

CCCLVI.

Avril 1270. CARTA qua Johannes comes de Roucyo recognovit se vendidisse conventui S. Theoderici, quicquid habebat in villa de Chalon.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 339.

Digitized by Google

Universis.... Johannes comes de Rouceyo, et Ysabella ejus uxor, salutem in Domino. Noverint universi, quod nos pro evidenti et necessaria utilitate nostra, vendidimus et nos vendidisse bene et legitime recognoscimus ecclesie S. Theoderici juxta Remis quicquid habemus et habere poteramus usque in diem confectionis presencium quacumque racione, ex causa quacumque, in villa de Chalon super Vidulam et territorio et manso dominico ejusdem ville, necnon in appendiciis ejusdem, tam in tailliis vini et denariorum, in censibus, supercensibus, in vinagiis, cum ventis et vestituris ad vinum et denarios spectantibus, et pertinentibus, in wlnatis que vulgariter dicuntur *braciés*, in vinagiis que levantur et levari et percipi consueverunt pro vinis de Charchantur (*sic*) in villa et territorio de Chalon, que vinagia appellantur *lies*, in mansionariis, in forragiis, in vineis, in domibus, in masuris, in corveiis, in serviciis, in ductionibus quas vulgariter dicitur (*sic*) *meneix;* quam eciam in feodis, vel retrofeodis, et aliis juribus, servitutibus, jurisdictionibus, redditibus, emendis ac aliis quibuscumque que habemus, habuimus, habere possimus usque in hodiernum diem, in dictis villa, territorio et manso dominico, cum appendiciis ville predicte, necnon omnia que habemus et habere possimus usque nunc in alta justicia et bassa omnium suprascriptorum, omneque jus, actionem, dominium, jurisdictionem nobis in premissis competentem...., ab ipsa ecclesia imperpetuum libere et pacifice tenenda, et quiete jure dominii perpetui possidenda et habenda, precio mille librarum turonensium; de quo precio recognoscimus nobis ad plenum et integraliter esse satisfactum a dicta ecclesia in pecunia numerata..... Dederunt eciam nobis, contulerunt, cesserunt et quitaverunt dicti abbas et conventus, una cum dicto precio, pro premissis, mansionarios quos habebant in villa de Marzilli, census, ventas, vestituras, bannum et justiciam, excepto suspendio latronum, ac eciam alta justicia quam habent in villa predicta de Marzilli..... Hanc autem venditionem, bona fide fecimus..... per juramentum a nobis corporaliter prestitum, firmiter promittentes, etc., etc..... Et nos de eisdem omnibus devestivimus, ac dictam ecclesiam sollempniter investivimus..... Hoc eciam acto, inter nos abbatem et conventum predictos ex parte una, et nos comitem et Ysabellam uxorem nostram ex altera parte, quod abbas et con-

ventus ecclesie predicte, in villa de Chalon et territorio ejusdem ville castrum seu forterissiam edificare seu construere per se vel per alium non possent.....

Ad premissa presentes fuerunt Maria comitissa mater dicti comitis, Johannes abbas S. Theoderici, Walterus dictus Imperator, Gerardus elemosinarius, Theobaldus prepositus, et monachi S. Theoderici predicti. Dominus Balduinus de Haourgiis canonicus remensis, D. Johannes de Thoni et de Bosco, miles; D. Albricus capellanus dicti comitis et Johannes dictus Valrius de Monteacuto. In quorum omnium..... Actum anno..... M° CC° LXX°, mense aprili [1].

CCCLVII.

Avril 1270. JEAN, comte de Rouci, ordonne aux échevins de Châlons de faire foi à l'abbé de Saint-Thierry, à qui il a vendu ce qu'il possédait dans le village de Châlons.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 342, verso.

Je Jehans, cuens de Rouci et sires de Pierrepont, au maieur, à la communautet de la ville de Chalon sor Veelle, salut. Cum nous aiens vendut à l'abbé et au couvant de Saint-Thierri de la dyocèse de Rains, et cuitiet parmenablement parmi certain pris, quanque nous aviens et poïens avoir en la ville et en terroir de Chalon, nous vous mandons, et si le volons, que vous à l'abbé et au convant devant dit, ou à leur commandement, faites autretele fiance comme vous m'aviés faite, et entrez et soiez en autel point et en autel suggession com vous estiez enver moi; et je, parmi tant, vous cuit de toutes les redevances dont vous estiés tenut envers moi; et en tesmongnaige desqueles choses, nous

[1] Un vidimus semblable à celui des officiaux de Reims est délivré par Guillaume, évêque de Laon, et se termine ainsi : « Predicta omnia et singula dictus comes in presencia nostra, et ejus uxor, coram fideli clerico nostro ad hoc specialiter deputato, recognoverunt contenta..... in eorum litteris suprascriptis, volentes et consencientes quod nos, tanquam ordinarius et superior ipsorum, ipsos ad premissa tenenda et observanda imperpetuum compellamus, et eorum heredes, et humiliter supplicantes quatenus eorum predictas litteras.... publicari, et in ormam publicam redigi faceremus, presente procuratore abbatis et conventus, et hoc idem supplicante. Quorum justis supplicationibus inclinati, dictas litteras in presencia parcium publicavimus, et ad perpetuam memoriam sigilli nostri.... etc.... Datum et actum anno.... M° CC° LXX°, mense aprili. »

Digitized by Google

seelées ces lettres de nostre ceel. Ce fu fait en l'an de l'incarnacion notre Signeur, mil deus cens et soissante-dis, en mois d'avril.

CCCLVIII.

Concilium provinciale ecclesiæ remensis celebratum Compendii a R. P. Joanne de Courtenay, archiepiscopo remensi, adversus eos qui bona ecclesiastica capiunt vel saisiunt. 19 mai 1270.

Labbe, xi, 918, e Jac. Sirmond.

CCCLIX.

Inqueste terminate Parisius in parlamento Omnium Sanctorum, anno Domini M° CC° LXX°. — [Contra pedagiarium de Perona.] Novembre 1270.

Olim, i, fol. 69.

Cum mercatores de S. Audomaro dicerent contra pedagiarium de Perona, quod ipsi euntes et redeuntes de S. Audomaro apud Remis, et portantes sargias, camelotos, staminas et merceriam, se aquittabant de pedagio apud Roisellum, et ita dicerent se a longo tempore usos fuisse, petebant dictum pedagiarium qui eos compellebat de novo ire per Peronam, et se ibi aquitare, ad desistendum compelli; dicto pedagiario dicente in contrarium, hoc fieri non debere, cum consueverint ire per Peronam, et se sicut alii aquitare ibidem. Tandem facta super hoc inquesta, tam pro domino rege, quam pro mercatoribus ante dictis, quia inventum fuit quod dicti mercatores usi fuerant per longa tempora libere ire per Roisellum, et se pro predictis ibi de pedagio aquitare, nec probatum fuit pro rege quod aliquando fuissent per Peronam ire compulsi, pronunciatum fuit quod permitterentur per Roisellum ire, super hoc imposito silencio pedagiario supradicto.

CCCLX.

Notitia de transfretatione archiepiscopi remensis, sanctum regem Ludovicum in Africam comitantis. Vers 1270.

Marl., ii, 563, ex Camer. Comput. paris.

Digitized by Google

CCCLXI.

Avril 1271. CARTA qua Henricus canonicus S. Simphoriani remensis quandam domum suam abbati et conventui S. Theoderici vendidit.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 328, verso.

Magister Philippus de Bretigniaco, et Simon Matisfardi, officiales remenses, universis.... Noverint universi, quod coram Martino de Courmissiaco, clerico fideli curie remensis ad hoc specialiter deputato, propter hoc personaliter constitutus Henricus dictus Canutus, canonicus ecclesie S. Simphoriani remensis, vendidit et se vendidisse bene et legitime recognovit abbati et conventui S. Theoderici juxta Remis, quandam domum suam, prout undique se extendit, cum toto pourprisio et omnibus appendiciis ejusdem, quam habebat, ut dicebat, retro ecclesiam S. Simphoriani remensis, sitam inter domum Petri dicti Ellebaut de Coursalain, clerici, ex una parte, et domum Blanchie Papelarde ex altera, quitam et liberam ab omni servitute et onere census, supercensus, et alterius obligationis cujuscumque, exceptis tribus obolis parisiensibus, in quibus ipsa domus cum omnibus ejus appenditiis, ecclesie B. Marie remensi ad opus senescallium, quolibet anno, absque ulla emenda ratione recti census, existit obligata, ab eisdem abbate et conventu imperpetuum habendam, tenendam et possidendam, titulo legitime emptionis et venditionis, et hoc mediante pretio infra scripto; videlicet mediantibus sexcentis libris turonensium fortium, eidem Henrico a dictis abbate et conventu reddendis et solvendis terminis infra scriptis; scilicet in festo B. Martini hyemalis proximo venturo, centum libras turonensium fortium; ad idem festum anno revoluto totidem, et sic de anno in annum quolibet anno ad eundem terminum totidem, quousque de dictis sexcentis libris turonensium fortium fuerit eidem Henrico plenarie satisfactum. Item, mediantibus, cum sexcentis libris predictis, uno dolio vini vinee dictorum abbatis et conventus que dicitur *Biunart*, duobus sextariis pisorum, et uno bacone valoris viginti solidorum parisiensium, eidem Henrico ad domum suam in qua manebit Remis, quandiu vixerit, singulis annis, in dicto festo B. Martini hyemalis ab eisdem abbate et conventu reddendis et solvendis. Item, mediantibus quatuordecim panibus conventualibus

Digitized by Google

albis de refectorio dictorum abbatis et conventus, vel, si maluerit idem Henricus, quatuordecim panibus ejusdem ponderis et valoris capiendis Remis in domo Herberti Lapaute, vel alterius bolengarii, qualibet ebdomada, deliberandis eidem Henrico ab abbate et conventu supradictis. Que omnia supradicta iidem abbas et conventus promiserunt, bona fide, eidem Henrico se reddituros et soluturos ad terminos supradictos, ut superius est expressum; et hoc etiam mediante, idem Henricus dictam domum, una cum abbate et conventu predictis, inhabitare poterit toto tempore vite sue, quandiu ipsi abbas et conventus erunt concordes; altera vero parte discordante, ad petitionem partis discordantis domus predicta dividetur, ita quod dicti abbas et conventus habebunt cameras dicte domus inferiorem et superiorem ex parte ecclesie S. Simphoriani remensis, necnon et cameram lapideam superiorem juxta capellam, ad quam cameram lapideam non possunt dicti abbas et conventus ascendere per aulam, seu per ostia ejusdem aule, sed aliunde ex parte domus antique, et totam antiquam domum contiguam domui dicti Petri Ellebaut, cum jardino ipsius antique domus, et medietatem magni cellarii, et medietatem volte ejusdem domus; ita quod iidem abbas et conventus facient hostium in dictis volta et cellario, et viam, ad proprios sumptus suos. Totum vero residuum dicte domus, idem Henricus inhabitabit toto tempore vite sue, vel alius loco sui quis voluerit: hoc excepto quod sala magna, magnus jardinus, et quedam camera que dicitur *Despense* juxta predictam salam, quandocunque dictus abbas S. Theoderici erit in domo predicta, eisdem abbati et conventui et predicto Henrico tantum erunt communes; et nichilominus iidem abbas et conventus dictam domum cum ejus appenditiis, tanquam suam propriam de coopertura et aliis necessariis retinebunt et reficient, sicut fuerit faciendum, et prout eisdem abbati et conventui videbitur expedire, tam in vita ipsius Henrici, quam post ejus decessum. Preterea, idem Henricus de dicta totali domo et ejus appenditiis omnibus se devestivit, tanquam de libera et quita, excepto recto censu supradicto, in manu domini loci vel ejus vices gerentis, ad opus ipsorum abbatis et conventus; et dictos abbatem et conventum, nomine ecclesie sue, et pro ipsa, tanquam de re legitime vendita a dicto Henrico, et ab eisdem abbate et conventu comparata, et ipsos abbatem et conventum

fecit per eundem dominum, seu ejus vices gerentem, de eadem sollempniter investiri. Promittens idem Henricus, fide data, quod contra dictam venditionem et alia supradicta per se aut per alium non veniet, nec venire procurabit in futurum; nec in dicta domo, vel aliqua parte ejus, per se, vel per alium seu alios, aliquid de cetero reclamabit ratione quacunque, seu faciet reclamari, sed eidem abbati et conventui, legitimam garandiam portabit super premissis adversus omnes juri et legi parere volentes. Pro qua garandia facienda, predictis abbati et conventui ac omnibus supradictis firmiter tenendis et adimplendis, idem Henricus assignavit ipsos abbatem et conventum, nomine ecclesie sue, et pro ipsa ad omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura, quocunque sint, et ubicunque fuerint et poterunt inveniri; se et bona sua ad dictam garandiam ferendam, et ad alia supradicta, specialiter eisdem abbati et conventui obligando, et obligata constituendo. Et ex abundanti ad majorem securitatem, idem Henricus quandam domum suam, quam habet, ut dicit, apud Vrilleyum, cum omnibus ejus appenditiis, predictis abbati et conventui, nomine ecclesie sue, una cum assignatione predicta in assignamentum et contravadium exposuit et obligavit. Que quidem omnia supradicta, videlicet vinum, pisa, bacco, panes et inhabitatio domus predicte eidem Henrico concessa, una cum sexties centum libris turonensium fortium predictis, sunt pretium, et cedunt loco pretii dicte domus, prout idem Henricus coram dicto clerico recognovit. Nec est pretermittendum, quod idem abbas et conventus eidem Henrico bona sua et monasterii sui pro premissis eidem Henrico observandis specialiter obligarunt, et voluerunt esse eidem obligata. Renunciaverunt insuper tam dicti abbas et conventus, bona fide, quam Henricus predictus, fide data, exceptioni rei non vendite, non tradite, et non deliberate, exceptioni doli, mali, fraudis, lesionis, circonventionis, deceptionis licet ultra dimidiam justi pretii, omni consuetudini et statuto cujuslibet ville vel loci, beneficio restitutionis in integrum, omni juris auxilio canonici et civilis, omnibus privilegiis, gratiis, et indulgentiis impetratis et impetrandis, indultis et indulgendis, a quocunque super hoc potestatem habente, et omnibus aliis exceptionibus, deffensionibus, rationibus, allegationibus, auxiliis, barris, et omni juri in favorem ecclesiarum introducto, seu eciam in-

Digitized by Google

troducendo quod de jure vel de facto possent obici contra presens instrumentum vel factum. In cujus rei testimonium presentes litteras ad petitionem partium predictarum sigillo curie remensis fecimus sigillari. Hiis autem conventionibus presentes interfuerunt, et vocati in testimonium premissorum, una cum clerico fideli memorato, videlicet Johannes abbas S. Theoderici, Stephanus abbas S. Bazoli, frater Theobaldus gardianus Fratrum Minorum remensium, fratres Gauffridus et Guido dictus li Wiches ejusdem ordinis, magister Prior dictus As Grenons, canonicus Montis Falconis, Robertus dictus Moutons, et Johannes dictus Bos, cives remenses, Walterus dictus Imperator prepositus de Trigni, Gerardus elemosinarius, et Theobaldus prepositus dicte ecclesie, monachi S. Theoderici predicti, dominus Symon presbyter curatus de Hermondivilla, et magister Renaudus dictus Poete, clericus. Datum anno Domini mill° ducent° septuag° primo, mense aprili.

CCCLXII.

Juin 1271.

Judicium parlamenti quo pronunciatum fuit quod de facto gardæ S. Remigii, archiepiscopus esse debebat in tali statu in quo erat archiepiscopus Thomas suus prædecessor.

Du Bouchet, Généal. de la Mais. de Courtenay, pr., p. 47.

In facto gardæ S. Remigii remensis in curia ista, inter archiepiscopum remensem Johannem ex una parte, et abbatem et conventum S. Remigii ex altera, quæstio vertebatur; pronunciatum fuit contra dictum archiepiscopum, visa quadam patenti littera domini regis Ludovici super traditione dictæ gardæ confecta, quod de facto gardæ hujus erat idem archiepiscopus, et esse debebat, in tali statu in quo erat archiepiscopus Thomas prædecessor suus, antequam in causa hujusmodi in curia ista fecisset defectum, et in eodem statu et puncto resumi debeat causa hujusmodi et tractari. Datum Parisius in parlamento Pentecostes, anno Domini M° CC° LXX° I°.

CCCLXIII.

30 août 1271.

Carta Milonis, suessionensis episcopi, de præjudicio capitulo remensi non generando, pro rege a seipso, sede remensi vacante, coronato.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, art. *Jean de Courtenay*, ex cart. eccles. rem.

Digitized by Google

Universis præsentes litteras inspecturis, Milo, miseratione divina suessionensis episcopus, salutem in Domino. Accedente Remis excellentissimo domino nostro Philippo, Dei gratia illustrissimo rege Francorum, coronando ibidem dominica in crastino festivitatis Decollationis S. Johannis Baptistæ, ac etiam inungendo, nobisque dicentibus quod per nos, tanquam per decanum suffraganeorum remensis provinciæ, coronari debebat et inungi, sede remensi vacante, et quod ad nos officium coronationis et inunctionis hujusmodi, dictæ vacationis tempore, pertinebat, decano et capitulo remensi contrarium asserentibus, et dicentibus quod nullus, vacante dicta sede, debebat seu poterat in remensi ecclesia prædictarum coronationis et inunctionis officium exercere, nisi ad requisitionem eorum, seu de mandato vel de sua licentia speciali; tandem nos voluimus ut hac vice coronaremus et inungeremus dominum regem prædictum, ita tamen quod per id tam in possessione, quam in proprietate, nobis vel eis in præmissis nihil juris accrescat vel etiam minuatur, nec eisdem per hoc aliquod præjudicium in aliquo generetur, imo proinde sit penitus ac si a nobis hac vice prædicta idem dominus rex coronatus non fuerit vel inunctus. In cujus rei testimonium.... Datum Remis, dominica supradicta, anno Domini M° CC° septuagesimo primo.

CCCLXIV.

15 septembre 1271.

Epistola capituli remensis ad Philippum regem, qua canonici notum faciunt se canonicam invenisse electionem G. de Bellomonte in episcopum laudunensem.

Archiv. du Roy., J, cart. 346.

Excellentissimo domino suo Ph...., H. prepositus, H. decanus, M. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres, se ipsos humiles et devotos. Excellencie majestatis regie volumus esse notum, quod nos electionem in ecclesia laudunensi celebratam de venerabili viro Gaufrido de Bellomonte in episcopum et pastorem ipsius ecclesie laudunensis, quam nobis ex parte dicte ecclesie presentatam invenimus canonicam, auctoritate metropolitana sedis remensis vacantis duximus confirmandam. Actum et datum anno M° CC° septuagesimo primo, die Martis post Exaltationem S. Crucis, in capitulo remensi.

Digitized by Google

CCCLXV.

CONCILIUM apud S. Quintinum ab episcopis remensis provinciæ, vacante sede remensi, celebratum. Ann. 1271.

Labbe, XI, 922, ex Hemeræi Augusta Virom. illustrata.

CCCLXVI.

JUGEMENT du bailli de Vermandois, qui décide que les bourgeois de Reims n'ont point prouvé qu'ils dussent être exempts de contribuer aux frais du sacre avec les habitants des chastellenies. 25 juin 1272.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. XI, cab. de Rogier, p. 117. — Bidet, pièces justificatives de sa Dissert. sur l'Échev., n° 38.

En l'an de grâce M. CC. LXXII, le lendemain de la Nativité S. Jean-Batiste, Gautier Bardin, bailli de Vermandois, du discords qui étoit entre les régaleurs de Reims d'une part, et les échevins et bourgeois de l'échevinage d'autre part, sur les paiemens des dépens le roi à son couronnement, prononça et dit ausdits habitans en telle manière : Nous vous disons par droit que vous n'avez prouvé chose pourquoi vous en doiez être quittes. Ce fut fait à Soissons, en la maison Pierre-à-pois, en la présence de M. Michié de la Fère, doien de S. Gervais, M. Jean de Corin, Mgr Vautier de Bouclenai, et M. Tomas le Bieu de Reims, chanoine de Soissons [1].

[1] Cette pièce est importante à plus d'un titre. Elle est la première qui nous offre le bailli de Vermandois intervenant dans les affaires intérieures de la cité; elle est la première encore de celles qui vont, pendant près d'un siècle, éclore des procès ruineux que se feront les archevèques et les bourgeois à l'occasion des frais du sacre. Elle paraît d'ailleurs avoir été précédée elle-même d'assez longues procédures qu'analyse fort bien Rogier, mais dont nous n'avons pu retrouver d'ailleurs aucune autre trace. Voici ce qu'en dit cet exact compilateur (Bibl. de Reims, Rogier, I, fol. 30, verso) :

« Pour le regard de la despence qui se faisoit anciennement au sacre des roys en la ville de Reims, il se trouve que les roys en advançoient et faisoient la despence et puis après la répétoient sur les archevesques dudit Reims. Lors la despence n'estoit pas grande, comme de mil livres ou environ, et l'archevesque s'en faisoit rembourser par les habitans demourans en ses chastellenies, les habitans de Reims n'y ayans jamais voulu rien contribuer *, se voulans maintenir en leurs franchises et priviléges. Mais au sacre du roy Phelippe le Hardy, filz de Sainct-Loys, le dire commun se trouva véritable, que lors-

* Nous n'avons pas besoin de rappeler que ceci n'est qu'une simple assertion destitnée de preuves. Nous avons déjà dit (voir plus haut, p. 384) quelle était notre propre opinion sur ce point. Cependant,

Digitized by Google

CCCLXVII.

Août 1272. **Judicium factum Parisius in compotis Ascensionis apud Templum, et post recordatum Parisius circa festum B. Bartholomei**

qu'il n'y a point de maistre en la maison tout va en désordre. L'archevesché de Reims lors estoit vacquant. Les officiers de la maison du roy, se voyans sans controolle de quelque personne que ce fût, commirent un tel excez à l'appareil d'icelluy, que la despence monta à la somme de cinq mil livres et plus. Ce fut en l'année mil deux cens soixante-unze. Ceste grande despence donna occasion aux officiers que le roy avoit estably au temporel de ladite archevesché durant ladicte regalle de poursuivre les habitans dudit Reims pour contribuer à ladicte despence en conséquence de ce que les habitans demourans es chastellenies de ladicte archevesché y contribuoient.

« Les seigneurs Regnault de Mormant homme d'armes, et maistre Henry de Campo Repulso, establiz de par le roy au temporel de ladicte archevesché, firent demande aux eschevins et habitans de la ville de Reims qu'ilz eussent à contribuer aux fraiz et despences qui avoient esté faicts au sacre et couronnement du roy Phelippe-le-Hardy. Lesdictz eschevins et habitans dirent qu'ilz n'en estoient pas tenuz. Sur ce ilz furent poursuiviz par lesdictz régalleurs (ainsy sont-ilz nommez par les playdoyers); pour à quoy remédier lesdictz habitans eurent recours au roy, lequel à leur instance commit le bailly de Vermandois pour cognoistre de la cause.

« Ledit bailly délégué, comme dessus, fist appeller pardevant luy lesdictes partyes pour entendre leurs raisons et leur faire droit; où fut proposé de la part desdits régaleurs, que lesdictz habitans de Reims estoient tenuz de contribuer aux fraiz et despens qui avoient esté faictz au susdit sacre, à cause que les chastellenies deppendantes dudit archevesché en estoient tenuz pour certayne part, et qu'en certaines lettres du roy Loys, père-grand dudit roy Phelippes, il estoit contenu qu'il

pour ne rien celer de ce qui pourrait lui être contraire, nous citerons ici un passage extrait d'un manuscrit de la Bibliothèque Royale (ancien fonds Saint-Victor, n° 579, fol. 90, verso), passage qui, s'il eût été connu de la bourgeoisie rémoise, serait venu corroborer les preuves qu'elle prétendait tirer du procès-verbal de l'élection de Philippe Ier (voir plus haut, p. 209), pour établir ses droits à l'exemption des frais du sacre.

« ..... Ampulla major est una nuce parvula, et « adhuc est in monasterio S. Remigii *extra muros* « *civitatis*, et semper plena, nunquam evacuatur. « Reges Francorum, quando primo coronantur, illo « unguento unguntur, in remensi tantum civitate, « manentes in eisdem indumentis per septimanam. « Monachi S. Remigii deferunt ampullam cum magna « processione ad sedem archiepiscopalem, et cum « armata multitudine, et facta unctione, statim re- « deuntcum eadem. Insunt privilegiati reges Fran- « corum, quia soli celesti unguento unguntur. Archi- « episcopus ea die facit regi *omnes expensas*, et « quandoque expendit DCC vel DCCC marcas et plus. « Postea potest coronari [rex] ubi vult, de more « apud S. Dionisium, vel alibi, cum expedit. »

L'écriture du manuscrit qui nous donne ces renseignements, noyés au milieu d'une glose de Hugues de Saint-Victor sur divers passages de l'Écriture Sainte, appartient au XIIIe siècle. Les mots *extra muros civitatis* prouvent que la note dont nous venons de donner le texte a été écrite avant le premier quart de ce siècle. Mais que prouve la note en elle-même? Trop succincte pour entrer dans de grands détails, elle ne parle que de la prestation de l'archevêque, sans ajouter que celui-ci s'en indemnisait aux dépens de ses sujets. Cette dernière indication eût même été un pléonasme à une époque où ces répétitions de deniers étaient de droit public; et la preuve qu'elles avaient lieu pour l'archevêque, et qu'ici elles sont sous-entendues, ce sont les actes nombreux que nous avons déjà publiés, et qui nous apprennent que les habitants des châtellenies restituaient à l'archevêque une partie des frais du sacre, sans que l'auteur de notre note se soit cru obligé d'en faire mention.

Digitized by Google

apostoli, anno Domini M° CC° LXX° II°. — [Pro expensis coronationum.]

Olim, I, fol. 76. — Mém. concern. les Pairs, pr., p. 66.

avoit mandé aux eschevins dudit Reims de luy prester ayde au payement de la despence de son couronnement, et faire ledit ayde en telle façon qu'ilz voulsissent plustôt estre loués et recommandez de luy que de l'archevesque, et que sy l'archevesque les vouloit de ce absoudre, qu'il ne l'endureroit pas *, luy ayant esté donne à entendre que lesdictz habitans estoient tenuz de contribuer ausditz despens pour quelque partye; par quoy lesdictz régalleurs entendoient à conclure et convaincre manifestement que lesdictz habitans estoient tenuz desdictz despens.

« Lesdits eschevins et habitans deffendans au contraire, disoient qu'ilz n'estoient tenuz desdictz despens, ny en tout, ny en partye; et que des despens qui ont esté quelquefois faicts au sacre et couronnements de quelques roys, qu'ilz n'en ont jamais rien payé; et que si on leur en a demandé autrefois quelque chose, qu'ilz ne l'ont payé, ains en sont tousjours demourés francs et immuns, et qu'ilz ont tousjours jouy de ceste liberté : proposant d'abondant lesditz habitants, que quand il s'est esmeu quelque procez entre l'archevesque qui pour le temps estoit et eux, pour raison desdictz despens, que monsieur Regnault de Peronus, chevalier, vice-gérant quand ad ce du roy, et pour ce spécialement député, ayant ouy les partyes, et tout ce qu'ilz vouloient proposer et prouver, avecq cognoissance de cause, auroit absoubz lesdictz habitans du payement desdictz despens, que lesdictz régaleurs fondans leur action au pétitoire, et ne proposans que aucuns archevesques eussent esté jamais en possession de recevoir et recouvrer les despens desdictz couronnemenz des habitans dudit Reims, que leur procédure n'estoit valable, partant qu'ilz debvoient estre absoubz selon la tradition du droict canon et civil.

« Sur quoy fut réplicquée par lesdictz régalleurs, qu'ilz n'estoient tenuz respondre sur le négatif desdictz habitans, ny de vérifier le faict contraire; et que contre le roy n'y avoit point de prescription; que lesdictz habitans ne pouvoient estre exemps desdictz despens, non plus que les habitans des chastelenyes, et qu'ilz n'estoient point d'autre condition. Que le roy leur avoit mandé de payer lesdictz despens, et que les lettres du roy faisoient foy en sa court; et que les habitans faisoient ayde audit archevesque, quand il alloit en l'armée du roy.

« Lesdictz eschevins et habitans duplicans percistoient en leurs deffences, desnians avoir jamais contribué ausdictz despens, ny en estre tenuz en quelque façon que ce fût : que c'estoit affaire aux demandeurs à vérifier leur faict; et sur la prescription alléguée, ilz respondoient, que ce n'estoit pas contre le roy qu'ilz deffendoient, mais contre ceux qui tenoient le lieu de l'archevesque. Et sur ce qui estoit allégué qu'ilz n'estoient pas d'autre condition que les habitans des chastellenyes, ilz respondoient sur ce, qu'ilz estoient et avoient tousjours esté libres, et qu'ilz usoient de ceste liberté par droict commun, et qu'ilz en devoient jouyr plainement et de playne liberté deub à la ville de Reims, comme cité noble et métropolitayne; et que les habitans d'icelle n'estoient réputez asserviz d'aucunes redevances comme estoient les habitans d'environs ès dictes chastellenies : que les lettres du roy ne contenoient que prières et non commandement; et quand bien elles contiendroient un commandement, qu'elles ne pouvoient toutesfois avoir l'effect de chose jugée : partant qu'ilz s'en pouvoient deffendre. Quand ad ce qui est dict que lesdictz habitans faisoient ayde à l'archevesque lorsqu'il alloit à l'armée du roy, dont ilz avoient convenuz, lesdictz habitans respondoient que lorsque l'archevesque alloit en personne à l'armée du

* Voir plus haut, p. 627, août 1223.

Cum [1] custodes regalium remensium vellent levare de scabinis et civibus remensibus partem expensarum factarum in coronatione domini regis, nomine archiepiscopatus, sicut de aliis bonis villis ipsius archiepiscopatus, dicti scabini et cives se opposuerunt, et impetraverunt lit-

roy, et qu'il y estoit par quarente jours, qu'ilz luy payoient la somme par eux allégnez ; que s'il luy estoit moings, ilz luy bailloient au prorata, et par ce moyen ledit archevesque devoit acquiter lesdictz habitans d'aller en ladicte armée : offrans lesdictz eschevins et habitans à prouver l'information qui fut faicte par Regnault de Beronnet (*sic*), chevalier et vice-gérant du roy en semblable cas. Sur ce intervint le jugement qui ensuit.... » C'est celui qu'offre notre texte.

« Ce jugement ainsy rendu, encore qu'il ne contienne une expresse condampnation, néantmoings, un nommé maistre Henry, aussi commis à ladicte régale, enjoignit ausdictz eschevins de faire la collecte et levée de la taille pour payer les despens dudict couronnement, autrement qu'ilz prendroient leurs biens. Lesdictz habitans sur ce, sans approuver ny contredire, dirent qu'ilz feroient ce que la justice leur ordonneroit. Lesdictz régalleurs n'estants contans de ceste responce, firent adjourner les eschevins dudit Reims par devant eux au jour de mardy après la feste des apostres S. Pierre et S Paul, auquel jour comparoissans, lesdictz régaleurs les firent mettre prisonniers en vertu du jugement que dessus. De quoy lesdictz eschevins et habitans se plaignirent, disans que lesdictz régaleurs ne debvoient procéder en ceste façon contre eux en vertu dudit jugement, veu que par iceluy ilz n'estoient pas condampnez à payer ce que on leur demandoit ; et supplyoient que les choses fussent remises en leur premier estat jusques à tant qu'il fût autrement ordonné, et qu'ilz estoient prestz d'ester à droit pardevant les commissaires ad ce députez, et de faire ce que la justice ordonneroit.

« On ne voit point de jugement rendu sur ceste opposition * ; mais il a [été ?] trouvé que les habitans de Reims ont esté contrainctz de payer, comme il en appert par une chartre donnée par ledit roy Phelippes à l'archevesque de Reims en l'an mil deux cens soixante-quatorze **, par laquelle il déclare que aucun préjudice ne soit faict à l'advenir audit archevesque, ny à ses successeurs, ny à sa justice, de ce qu'il a faict exercer quelque jurisdiction et contrainte contre ses bourgeois, pour les fraiz de son couronnement. Alors le roy n'avoit aucune juridiction en la ville de Reims ; et ce recognoist apparemment que l'on vouloit par commencement de procédure charger lesdictz habitans desdicts despens et fraicts, à la descharge de l'archevesque, afin d'avoir un plus seur et libre recours : la suitte en donnera une plus particulière cognoissance.

[1] Le texte des Olim nous a servi à retrouver la date veritable de ce document. Rogier et tous les historiens de Reims lui assignent celle de juillet 1287, trompés par un *recordatum* de ce jugement qui est effectivement daté de juillet 1287, et dont il se trouve des copies manuscrites, Arch. de l'Hôtel-de-Ville de Reims, Sacres, liass. 1, sans numéro ; cart. A et B de l'Arch, fol. 128 et 135. Voici le texte de ce *recordatum* :

« Philippus.... notum facimus, quod nostra curia recordata fuit olim in eadem curia factum fuisse judicium quod inferius continetur : Cum custodes...., etc. Actum Parisius, anno Domini m° cc° lxxx° vii°, mense julio. »

* Rogier oublie que lui-même donnera, sous la date de 1287, ce jugement, que nous plaçons sous le numéro cccl.xvii, à sa véritable date (1272), prise sur les Olim mêmes. La narration de Rogier s'accorde d'ailleurs admirablement, en général, avec cette pièce authentique, qui, à ce qu'il paraît, ne lui a pas servi de base.

** Voir plus bas, n° cccl.xxvi, 11 août 1275.

Digitized by Google

teras domini regis ad viromanduensem ballivum, dicentes quod ipsi erant in bona libertate et in saisina pacifica non solvendi hujusmodi expensas, seu partem earum, et quod alias, in casu consimili, impetiti per quendam ballivum viromanduensem quem nominabant, Remis propter hoc specialiter missum, sicut dicebant, fuerant absoluti; propter quod mandabat rex per dictas litteras viromanduensi ballivo, quod super predictis probaciones eorum audiret, et raciones eorum, ac eciam dictorum custodum, et super hiis jus sine dilacione eis faceret. Qui quidem ballivus secundum dictum mandatum super predictis, eorum libertatibus et absolucione ab altera parte negatis coram ipso ballivo per litiscontestacionem coram se solempniter factam, recepit probaciones eorum. Quibus receptis, die eis assignata Parisius apud Templum ad audiendum jus super predictis, et racionibus eorum diligenter intellectis; cum non probassent ea que ad defensionem suam proposuerant, de consilio magistrorum curie qui tunc erant in predictis compotis apud Templum, dixit dictus ballivus et pronunciavit per jus, quod prefati scabini et cives nichil probaverant per quod a prestacione dictarum expensarum, seu partis earum, viderentur seu deberent esse seu remanere immunes [1]. Cum itaque racione hujus judicii dicti custodes eos compellerent ad solvendam partem hujusmodi expensarum, ipsis super hoc conquerentibus, negantibusque judicium tale fuisse, demum vocatis Parisius propter hoc dictis custodibus et ballivo, auditis eciam que partes proponere voluerunt, et recordato a dicto ballivo judicio suo eo modo quo predictum est, circa festum B. Bartholomei, cum dominus rex de exercitu Fuxi rediisset, pronunciatum fuit quod dictum judicium teneretur, et preceptum ipsis custodibus, quod ad solvendum partem dictarum expensarum compellerent scabinos et cives predictos.

Istud ultimum judicium factum fuit Parisius, in compotis Ascensionis apud Templum, et post recordatum Parisius circa festum B. Bartholomei apostoli, anno Domini M° CC° LXX° II°.

[1] Ce jugement est évidemment celui que nous avons donné sous le numéro précédent, où il se trouve cependant daté de Soissons.

CCCLXVIII.

Décembre 1272. CARTA qua abbas et conventus S. Theoderici inhibent ne bona immobilia, in villis et territoriis sibi pertinentibus, in manum mortuam transferantur.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 251.

Universis presentes litteras inspecturis, nos capitulum remense, abbas et conventus S. Theoderici juxta Remis, abbatissa et conventus S. Petri ad Moniales remensis, thesaurarius remensis ecclesie, Radulphus de Venderiis miles, nosque prior de Corbeni, et elemosinarius S. Remigii remensis vices gerentes abbatis et conventus S. Remigii remensis, nomine ipsorum abbatis et conventus et pro ipsis, salutem in Domino. Frequens et assidua querela ad nos pervenit, quod quedam ecclesie seu persone ecclesiastice in villis et in territoriis de Hermondivilla, de Marsilli, et de Tousicort, que sub dominio protectione et censiva nostris consistunt, tamen pro partibus diversis, quam plura immobilia acquisisse (*sic*) dicuntur, et adhuc cotidie nituntur acquirere, in grave prejudicium nostrum ac nostrarum ecclesiarum predictarum, dampnumque non modicum et gravamen, et etiam mansionariorum sub dominio et protectione nostra in villis et appendiciis predictis commorantium; propter que nos, tam nobis ecclesiis nostris, quam successoribus nostris et mansionariis predictis presertim qui pro tempore fuerint, subvenire volentes, et celeri remedio occurrere cupientes, ne bona immobilia in villis et territoriis predictis sine nostro unanimi consensu in quamcumque manum mortuam aliam a nobis et ecclesiis nostris quoquomodo transferantur, seu alienantur quocumque alienationis genere seu specie, quacumque racione vel causa, ordinamus et presenti pagina edicimus, et in bannum ponimus, et districte precipimus omnibus et singulis mansionariis nostris, et specialiter in omnibus bonis immobilibus quibuscumque, quocumque nomine censeantur, consistentibus in villis et territoriis predictis, ne aliquis de villis et appendiciis predictis possit aliquid de dictis immobilibus transferre in manum quamcumque mortuam aliam a nobis, ut dictum est, sine tamen consensu et assensu nostro unanimi, quocumque alienationis genere vel

Digitized by Google

specie. Quod si secus factum fuerit, per quemcumque de predictis mansionariis presentibus vel futuris, vel aliis quibuscumque qui bona aliqua immobilia sub dominio, protectione, et censuis (*sic*) nostris, conjunctim vel divisim possidere vel habere contingeret, illud sic de facto translatum, edicimus ex nunc, et in bannum ponimus simpliciter confiscatum, et ad illum dominum, vel illos, sub cujus vel quorum dominio, protectione, vel censiva consisteret illud quod taliter de facto alienaretur, pertineat pleno jure; sic alienantem nichilominus in penam transgressionis edicti et banni predictorum, in alio tantumdem, si tantum habeat in bonis sub dominio, et protectione, et censivis nostris, seu alterius nostrum, edicimus per loci dominum, seu dominos, sub cujus seu quorum dominio et protectione sic transferens de facto consteret [*sic*, consisteret?], puniandum et multandum; hoc edicto sollempniter publicato, nichilominus volentes et unanimiter consencientes, quod illud quod propter premissa, quocienscumque contra premissa committeretur, confiscari contingeret, ad illum seu illos de nobis, sub cujus seu quorum protectione dominio et censiva bona que sic confiscari contingeret, consisterent, pertineant (*sic*) pleno jure, et sua sint (*sic*), sine quocumque participio aliorum; nichilominus tantumdem seu tanti estimatione in qua transgressorem predictorum, in penam transgressionis eorum, jam edicimus, ut dictum est, puniendum, loci domino de nobis sub cujus dominio idem transgressor moraretur tempore transgressionis ipsius, applicato, ita quod ad ipsum pertineat, et jus exigendi sibi competat integraliter et ad plenum. Cui edicto sic facto, prout supradictum est, injunximus specialiter palam et publice communitati dictarum villarum, ut premissis suum preberent assensum, et premissa firmiter et inviolabiliter, sub pena predicta, observarent. Que communitas per Gervasium dictum Nichole, Remigium dictum la Chancre, Johannem dictum le Conteur de Marsilli, Robinum Foulet, et Johannem dictum Carbonarium, procuratores dicte communitatis, habentes super hoc potestatem, post multas altercationes, consensit. Promittimus insuper omnibus hiis in quos predictum edictum promulgavimus, quod si occasione ipsius in aliquo dampnum incurrerent, eisdem illud resarcire tenemur; et si aliquo modo impeti quemcumque eorum seu eosdem contingerit (*sic*) ob premissa vel eorum aliqua, per quem-

cumque alium a nobis, eosdem super hiis deffendere teneremur, et nos promittimus deffensuros. In quorum omnium testimonium et munimen, presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo secundo, mense decembri.

CCCLXIX.

Ann. 1273. Chartre d'un comte de Grandpré, seigneur de Manre en Champagne, par laquelle, pour terminer un différend qu'il avoit avec les bourgeois de Manre, il a été dit que ces bourgeois seroient jugés suivant les coutumes de Reims, dont les échevins du lieu seroient crus; et que s'ils n'étoient sûrs desdits uz et coutumes, ils prendroient le jugement de celuy que l'official de Reims ou l'archidiacre nommeroient pour conseil.

Bidet, pièces justific. des Mémoires, n° 177.

CCCLXX.

20 août 1274. Ordinatio emende contra eos qui terram capituli pro tailliis levandis infregerant.

Livre Blanc du chap., fol. 117, Liberté LXX. — Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III, art. *P. Barbet.*

Universis presentes litteras inspecturis, H. decanus, magistri Johannes de Chanlay, Theobaldus de Ponci, et Renerus de Poissyaco, canonici remensis ecclesie, salutem in Domino. Noverint universi, quod habita, super injuriis, canonicis, capellanis, custodibus, francis servientibus communibus et propriis remensis ecclesie, illatis per scabinos tailliatores remenses, necnon eciam per prepositum remensem et ejus complices, et per Stephanum servientem prepositi laudunensis, inquisicione sollempni, nos vices gerentes reverendi patris domini P. remensis archiepiscopi in hac parte, racionabili tractatu prehabito, concorditer statuimus, ordinamus, arbitramus, laudamus et volumus, et pronunciando diffinimus, quod prefatus dominus remensis archiepiscopus, juxta posse suum, bona fide procuret penes dominum regem Francorum et ejus consiliarios et domesticos, qualiter Stephanus ser-

Digitized by Google

viens prepositi laudunensis, de quo nobis constat ipsum canonicis, et capellanis remensis ecclesie, et aliis personis superius nominatis, injurias et gravamina intulisse in pleno capitulo, veniet ad emendam; cujus emende taxacionem nostro arbitrio reservamus. Si autem rex, vel ejus consiliarii, peticionem dicti archiepiscopi audire recusaverint in hac parte, volumus et ordinamus, quod cum dictus Stephanus propter premissa gravamina sic illata, in manu officialis remensis caucionem de stando juri prestiterit, ad faciendum dictam emendam per dictos officiales, rigore ecclesiastico, canonice, omni dilacione postposita, compellatur. Item, volumus, statuimus, et ordinamus ut supra, quod Robertus Chenovelle, remensis prepositus tempore illatorum gravaminum, quem in dictis gravaminibus culpabilem invenimus, hac die Jovis, in festo B. Thimothei, qua die canonici remensis ecclesie ituri sunt processionaliter apud S. Thimotheum, ibidem celebraturi divinum officium, vadat nudus pedes, in sua tunica, absque corrigis et infula, fenestram deferens supra collum, in signum enormitatis ac attrocitatis delicti; retinemus tamen potestatem nostram concedendi, quod in processione predicta calciatus incedat; nec est pretermittendum, quod de ecclesia B. Marie remensis, de choro dicte ecclesie, una cum canonicis remensibus in dicta processione processionaliter incedet, usque ad ecclesiam S. Thimothei predicti, et redibit usque ad locum predictum cum predictis canonicis, modo superius annotato. Quod si nollet predicta facere, ordinamus quod dictus dominus remensis, vel ejus officiales, et ministeriales temporales, contra ipsum, sine more dispendio, viriliter procedant, tam ipsum excommunicando, quam ejus bona saisiendo, et alias, prout de jure poterunt, ipsum compellando. Istud idem sentimus, statuimus et ordinamus, ut supra, de Haimone dicto le Frison, quem invenimus culpabilem in premissis; hoc addito quod precise volumus et ordinamus, quod discalciatus incedat. Item statuimus et ordinamus, ut supra, quod Colinus de Solio, Adam Prevostus dictus Cuens de Bar, et Rogelotus dictus Jambette, servientes prepositi remensis, et Johannes dictus li Aureis-Dieu et alias Waigne-Maille, quos similiter super premissis culpabiles invenimus, in dicta processione processionaliter fenestras supra collum, vel hostia, deferentes, in

brachis et camisiis, discalciati incedant. Item, volumus, statuimus et ordinamus ut supra, contra scabinos et tailliatores predictos, quos culpabiles invenimus non modicum in premissis, ne tanti facinoris enormitas remaneat impunita, quod cum per venerabiles viros officiales remenses in ipsos, racione et occasione dictorum excessuum, excommunicacionis sentencia canonice fuerit fulminata, quam sentenciam villipendendo, claves sancte matris ecclesie per tres menses et amplius animo sustinuerint indurato, quod officiales prefati, in ipsos scabinos tailliatores prefatos excommunicacionis sentencias studeant aggravare, tam in uxoribus et familiis eorumdem, quam excommunicando nominatim participantes cum ipsis, loquendo, aliqua mercimonia contrahendo, barbas radendo, vestes suas faciendo vel reparando, operas faciendo, coram ipsis litigando, vel aliter quoquo modo; et si predictas excommunicacionis sentencias et earum aggravaciones per quindecim dies sustinuerint, volumus et ordinamus, quod auctoritate sedis remensis, per dictos officiales moneatur laicalis justicia, scilicet prepositus et baillivus remensis, necnon eciam dominus Guillelmus de Pruneio miles custos terre domini remensis, quod infra quindecim dies alios sequentes, inmediate compellant prefatos scabinos et tailliatores per capcionem corporum et saisicionem rerum, ut redeant ad gremium sancte matris ecclesie, et decano et capitulo remensi super dictis excessibus condignam prestent emendam; cujus emende taxacionem nostro arbitrio reservamus; et ad premissa agenda dicti prepositus, baillivus, et dominus Guillelmus, per censuram ecclesiasticam, compellantur. Insuper si presenti arbitrio.... seu ordinacione, sint aliqua verba ambigua vel obscura, retinemus nobis potestatem interpretandi vel eciam declarandi eadem, prout nobis visum fuerit expedire. Alios autem articulos, de quibus questio vertitur inter partes, determinabimus et decidemus loco et tempore oportunis, prout ordo dictaverit racionis. Retinemus insuper, quod si dominus remensis, vel sui [ministri?], ad implenda premissa negligentes vel remissi existerent, quod ad arbitrium nostrum et ordinacionem, eorum negligencia corrigatur. Volumus insuper et ordinamus, quod Stephanus Haimon, scabini et tailliatores predicti, concanonicis nostris remensibus de quorum domibus ostia amota

Digitized by Google

fuerunt, seu pignora capta, in eisdem factum predictum ipsis emendent; cujus emende seu pene nobis taxacionem reservamus. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo quarto, feria secunda post Assumpcionem beate Marie virginis.

CCCLXXI.

PRIVILEGIUM Gregorii papæ X, qui omnium jurium et bonorum ecclesiæ remensis confirmationem concedit [1]. 30 août 1274.

Marl., II, 568.

CCCLXXII.

NOTITIA de dominio, censu et juribus, ob quæ moniales S. Petri justitia potiuntur in vicis de Barbatre, Contrai, Rue-Neuve, ac juxta parochiam S. Stephani, acquisitis a Cecilia abbatissa. Ann. 1274.

Gall. christ., IX, 274.

CCCLXXIII.

CARTA scabinorum insulensium, de præjudicio archiepiscopo remensi non generando, si bannitos tantum ad annos, in jucundo suo adventu, in oppidum introduxisset. 12 mai 1275.

Suppl. de Rogier, p. 16. — Bibl. de Reims, mss., portef. K, n° 70.

Universis præsentes litteras inspecturis, scabini jurati et communitas oppidi insulensis, tornacensis diœcesis, salutem in Domino. Noveritis quod cum super introductione bannitorum in perpetuum de oppido insulensi, inter reverendum patrem nostrum P. Dei gratia remensem archiepiscopum ex una parte, et nos ex altera, orta esset materia quæstionis, dicto reverendo patre asserente, quod ipse dictos in perpetuum bannitos, in suo jucundo adventu, in dictum oppidum introducere poterat et debebat, cum non appareret quod banniti essent pro delicto vel crimine quod vulgariter *vilain fait* appellatur; nobis e contra asserentibus, scilicet quod nullum in perpetuum bannitum in-

[1] Voyez aussi la bulle par laquelle ce pape dispense l'archevêque de Reims du vœu qu'avait fait celui-ci, de se rendre à Rome tous les deux ans. (Marl., *ibid.*)

Digitized by Google

troducere in suo jucundo adventu poterat vel debebat, sed tantum bannitos ad dies vel ad annos, ex quacumque causa : volumus et consentimus, quod per hoc quod prædictus reverendus pater hac vice dictum oppidum intravit, et dictos in perpetuum bannitos non introduxit, sed tantum bannitos ad dies vel annos ex quacumque causa, ipsi prædicto domino seu ejus successoribus nullum penitus in posterum præjudicium generetur, sed jus suum et successorum suorum, et ecclesiæ remensis, si quidem in hoc habent, intactum maneat et illæsum, quod sibi et successoribus suis liceat prosequi, quandocumque sibi videbitur expedire. In cujus rei testimonium..... Datum anno Domini M° CC° LXX° V°, die dominica qua cantatur *Cantate*.

CCCLXXIV.

Juin 1275. EPISTOLA qua archiepiscopus remensis et ejus suffraganei rogant Gregorium X summum pontificem, ut Ludovicum IX Galliæ regem in album sanctorum referat [1].

Marl., II, 569, etc., etc.

CCCLXXV.

Juin 1275. [ARRESTUM quo pronunciatum fuit, quod burgenses capituli pro rata possessionum quas habent in banno archiepiscopi tenentur contribuere expensis coronacionum.] Parisius, in parlamento Penthecostes, anno Domini M° CC° LXX° V°.

Olim, II, fol. 29.

Non obstantibus racionibus et defensionibus capituli remensis, pronunciatum fuit, quod burgenses capituli et canonicorum remensium, pro rata possessionum et hereditatum quas habent in banno et jurisdicione archiepiscopi remensis, tenentur contribuere in tallia facta Remis pro expensis coronacionis domini regis, una cum aliis hominibus et hospitibus archiepiscopi memorati.

[1] Voyez aussi Marlot, II, 587.

CCCLXXVI.

CARTA [1] Philippi regis de prejudicio archiepiscopo aut capitulo remensi non generando, quod in burgenses jurisdictionem fecit exerceri pro expensis coronamenti. 11 août 1275.

Cart. A de l'Arch., fol. 43, verso. — Cart. C du chap., fol. 191. — Suppl. de Rogier, p. 18. — Bibl. de Reims, portef. K, nos 14 et 73.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis. Notum facimus, quod nos dilecto et fideli Petro archiepiscopo remensi, aut ejus successoribus futuris archiepiscopis, seu ecclesie sue, seu remensi capitulo, nullum in posterum generari prejudicium volumus, aut quod jus, vel justitia, sive jurisdictio ipsius archiepiscopi, vel ecclesie sue predicte, seu capituli, ledatur in aliquo, si in ipsius archiepiscopi, vel ecclesie predicte, seu remensis capituli, burgenses aut justiciabiles, in banno ejusdem archiepiscopi, pro exigendis ab eis impensis coronamenti nostri, jurisdictionem, seu coertitionem aliquam, fecimus exerceri. In cujus rei testimonium.... Actum Parisius, dominica post festum B. Laurentii, anno Domini Mo CCo LXXo Vo.

CCCLXXVII.

INJUNCTIO facta hominibus quarumdam villarum, ut presentent abbati S. Theoderici quendam clericum sufficientem ad officium matricularii. 5 septembre 1275.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 356.

Injunctum est per nos officiales remenses hominibus villarum et communitatum villarum S. Theoderici, de Poillon, de Tyl, de Villari subtus S. Theodericum, et de Merfeio, per procuratores eorumdem hominum et communitatum, videlicet Giletum dictum Pinegale, Theobaldum filium Robillardi, Walterum dictum le Ramploumeit, ut, infra feriam secundam post Nativitatem B. Virginis, presentarent domino

[1] Le cart. C du chapitre donne un acte absolument semblable à celui-ci, sous la date de 1274. Il donne également celui-ci. Marlot en a publié une leçon moins complète que la nôtre.

abbati S. Theoderici quendam clericum sufficientem ad legendum lectiones et epistolas, et ad deserviendum presbitero in divinis in parrochiali ecclesia de S. Theoderico, et ad faciendum ea que ad officium matricularii pertinent, ut instituatur matricularius in dicta ecclesia per abbatem memoratum; alioquin contra ipsos procedemus prout de jure fuerit faciendum. Actum anno Domini M° CC° LXX° quinto, feria secunda ante Nativitatem predictam.

CCCLXXVIII.

1er mai ou 25 juillet 1276.

LETTRES [1] originales en las de soye soubz le scel de l'official de Mgr le cardinal arcediacre de Reims, le jour S. Jacques et S. Christofle, l'an M. CC. LXX. VI, portant les statuz et ordonnances faicts entre les foulons et laveurs de draps de la ville de Reims; sur le doz desquelles est escript : Lettres de l'ordonnance faicte entre les foulons de Reims pour cause de leur obsèque.

Inventaire de 1481, p. 57.

CCCLXXIX.

23 juillet 1276.

EXCUSACIO Petri archiepiscopi super capcione bonorum, et infraccione terre capituli, pro expensis factis in coronacione regis.

Livre Blanc du chap., fol. 117, Liberté LXIX.

Universis presentes litteras inspecturis, Petrus miseracione divina remensis archiepiscopus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod taillia imposita servientibus remensis capituli communibus vel propriis, aut mansionariis ejusdem capituli, seu bonis predictorum, pro expensis factis in coronacione excellentissimi domini nostri Philippi Dei gratia regis Francorum, nec nobis procurantibus, nec mandantibus, inducta fuit aut levata. In cujus rei, etc..... Datum anno Domini millesimo CC° LXX° sexto, in crastino B. Marie Magdalene.

[1] Nous n'avons pu retrouver cet acte, non plus que celui qui est indiqué immédiatement auparavant dans l'inventaire, en ces termes : « Copie de la chartre des valetz de « la foulerie et laynerie, que l'en dit *la vieille* « *chartre de la drapperie*, faicts soubs le scel « de la court de Reims, et ne sont pas scellées, « sur le doz de laquelle est escript : Ce sont « les amiaus les varletz de la drapperie des « draps. »

CCCLXXX.

Epistola Johannis pape XXI, qua monachis S. Remigii dat in mandatis quatinus homines archiepiscopi forbanitos in banno suo non retineant. 5 janvier 1277.

Cart. C du chap., fol. 273, verso, n° 274.

Johannes episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati S. Genovefe cancellario, et Henrico dicto Tuebeuf canonico parisiensi, salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis venerabilis frater noster archiepiscopus remensis petitione monstravit, quod abbas et conventus S. Remigii remensis, et major ac prepositus et ministeriales et homines burgi seu banni dicti monasterii predicti, homines civitatis remensis ab eodem archiepiscopo forbanitos, in quos dictus archiepiscopus jurisdictionem obtinet temporalem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, in burgo seu banno ipso nullatenus retinere, sed eos tanquam forbanitos evitare penitus teneantur. Abbas tamen et conventus, major et alii predicti, quosdam homines dicte civitatis, ab ipso archiepiscopo suis culpis exigentibus forbannitos, non solum, ut tenentur, evitare non curant, verum etiam ipsos ibidem retinent in eisdem [*sic*, ejusdem?] archiepiscopi non modicum prejudicium et gravamen. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, dictos abbatem et conventus, majorem et alios, quod eosdem homines forbannitos seu [*sic*; in?] banno ipso non retineant, sed prout tenentur, evitent, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam,.... compellatis; proveso, ne in universitates dictorum burgi et banni excommunicationis vel interdicti sententiam proferatis, nisi a nobis super hoc mandatum receperitis speciale. Quod si non omnes hiis exequendis, etc.... Datum Viterbii, non. januarii, pontificatus nostri anno primo.

CCCLXXXI.

Privilegium Johannis pape, ne quis sub pretextu alicujus consuetudinis, inferre nobis molestias, vel occupare bona nostra, aut vadiare, seu quolibet modo detinere, presumat. 12 février 1277.

Cart. A de Saint-Remi, p. 20.

Johannes episcopus...., dilectis filiis abbati et conventui monasterii S. Remigii remensis..... Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli clerici et laici asserentes se in vos aliquid questionis habere, aliquando monachos, interdum conversos, et nonnunquam animalia et alia bona monasterii vestri, pretextu cujusdam prave consuetudinis, temeritate propria vadiare, invadere, ac tandiu detinere presumunt, donec sit eis de hujusmodi questionibus, juxta ipsorum beneplacitum, satisfactum; quanquam jurisdictionem qua hoc possint, in vos non habeant ordinariam, vel etiam delegatam. Cum itaque judicialis vigor sit ideo in medio constitutus, ut nemo sibi audeat presumere ultionem, et ob hoc id, tanquam nullo jure subnixum, non sit aliquatenus tolerandum, nos volentes quieti vestre consulere, ac predictorum maliciis obviare, auctoritate presentium districtius inhibemus, ne quis, occasione predicte consuetudinis, vobis memoratas inferre molestias, ac bona monasterii vestri memorati, absque juris ordine, occupare, vadiare, seu quomodolibet detinere, presumat. Nulli ergo....

Datum Viterbii, II id. februarii, pontificatus nostri anno primo.

CCCLXXXII.

Juin 1277. LETTRES de Guiot, dit de Germini, prévost de Reims, par lesquelles il donne congé et plein pouvoir à l'abbé et au couvent de Saint-Denis, de faire un *susei* jetant l'eau par un *brosson* de fer de demi-pied à l'entour de la saillie, sur le chemin Mgr l'archevêque, en une maison que lesdits abbé et couvent ont au bout du Change, vers la Cordonnerie. *Item,* faire un *voûte* ou *bouviaux* pour mettre douze conniaus en leur maison au Marché aux Draps. Fait en l'an M. CC. LXX. VII, au mois de juin.

Cart. de Saint-Denis, p. 236.

CCCLXXXIII.

Octobre 1277. [Emenda regi facta per custodes nundinarum Campanie, pro injuria baillivo viromandensi illata.] — In pallamento B. Marie Magdalene, anno Domini M° CC° LXX° VII°.

Olim, II, fol. 37.

Johannes de Montigniaco miles, et Guillermus d'Alemant, custodes nundinarum Campanie, scripserunt baillivo viromandensi, ut coram eis mitteret prepositum de Bestisiaco, loco cujusdam prisionarii qui dicto preposito evaserat, et quod dictus baillivus veniret coram eis, alioquin interdicebant omnibus de baillivia viromandensi nundinas Campanie. Et quia tenenti locum superioris taliter scripserant, retenti fuerunt in prisione Castelleti parisiensis, et satis cito liberati, facta pro dicto excessu emenda domino regi, de qua pro dicto milite et Guillermo fuerunt plegii Johannes dictus Gyenville senescallus Campanie, et Hugo de Coullans marescallus Campanie.

CCCLXXXIV.

De hiis que episcopi possunt admortire, [de civi remensi in centum libras parisienses condempnato, et de quibusdam aliis agitatis] in pallamento Epiphanie Domini, anno M° CC° LXX° VII°. Janvier 1278.

Olim, II, fol. 39, etc. — Ordonn. des Rois de Fr., I, 305, fragm. — Hist. généal. de la Mais. de Fr., II, p. 97.

Ordinatum fuit per consilium domini regis, rege presente, quod archiepiscopus remensis, et episcopi pares Francie, admortire non poterunt domanium suum, nec feoda que ab ipsis tenentur immediate, sed sua retrofeoda poterunt admortire. Alii vero episcopi, qui non sunt pares, nec domanium suum, nec feoda sua, nec retrofeoda poterunt admortire.

Condempnatus fuit Fulco de Burgundia, civis remensis, domino regi in mille libras parisienses, pro eo quod ipse imposuerat cuidam valleto, quod ipse sibi tradiderat quinquaginta duas marchas argenti, et non probavit, nisi viginti duas marchas; et fuit condempnatus dicto valleto in centum libras parisienses.

De emenda quam abbas et conventus S. Remigii remensis petebant sibi fieri ab archiepiscopo remensi, racione cujusdam resaisine sibi facte a dicto archiepiscopo; item pro hominibus ipsorum abbatis et conventus captis, contragagiando per gentes ipsius archiepiscopi, archiepiscopo dicente dictos homines non contragagiando, sed pro jure faciendo cuidam abbatisse, capi fecisse; dictum fuit quod [archiepi-

scopus?] emendaret regi aliquas obedientias quas domino regi fecerat occasione premissorum, et emenda abbatis et conventus in suspenso ponetur usque ad finem litis mote inter ipsos.

CCCLXXXV.

20 février 1278.

ARBITRIUM inter archiepiscopum remensem et ejus capitulum a Simone T. S. Cecilie cardinali prolatum [1].

Archiv. du chap., lay. 1, liass. 1, n° 8. — Livre Blanc du chap., fol. 179, cart. AB du chap., fol. 5. — Cart. E du chap., fol. 5.

Simon, miseratione divina, tituli S. Cecilie presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, ad futuram rei memoriam. Inter sollicitudinis nostre curas, commisse nobis legationis officium ex proprie conditionis onere [2] connexitate inseparabili comitantes, illa precipue nostrum perurget animum, mentem excitat, sensus commovet, stimulat intellectum, ut illius seductoris, qui mistici domini Jesu Christi corporis invidens unitati, congregata molitur dispergere, consolidata frangere, perdere restaurata, ut inconsutilis tunice Salvatoris integritate soluta, per rimas scismatum et dissensionis scissuras, ibi copiosius venenum sue diffundat nequicie ubi locum aptiorem invenerit ad ruinam, astuciis obviantes, opem demus et operam salutarem, ut subjecte nobis ecclesie, et maxime cathedrales, sublatis dissensionum quarumlibet, pacifici regis operante virtute, dispendiis, et rancorum vepribus extirpatis radicitus, in pacis pulcritudine requiescant, et tabernaculis opulente quietis fiducialiter residentes, pacis actori, qui nonnisi in humilibus et pacatis eligit sibi locum, serenatis cordibus debite servitutis continuum exhibeant famulatum; ad hoc enim cuncta nostre meditationis studia diriguntur, ad hoc nostre sedulitatis instancia continuatis laboribus invigilat indefessa, adeo nempe domus domini zelus nos comedit incessanter, quod voluntarios, nonnunquam etiam supra vires, conscientia perhibente testimonium, appetimus labores, ut nostre legationis ecclesiis quietem, divina favente clementia, taliter preparemus, quod per nostre jugis attentionis obsequium, pax Christi que sensum omnem exuperat, exultationis occasionem propinet in cordibus subditorum.

[1] Cet acte est célèbre dans l'histoire de Reims sous le nom de *Simonine*. Les partisans des archevêques le désignaient sous celui de *Simonie des chanoines*. Voyez Marlot, II, 571, et Labbe, concil., XI, 1027.

[2] Le cart. E du chapitre porte *honore*.

Sane gravis dissensionis materia, que dudum inter venerabilem in Christo patrem archiepiscopum ex una parte, et discretos viros decanum et capitulum remense ex altera, super nonnullis infrascriptis articulis, pacis hoste, seminatore litium, incentore malorum, superseminante zizania, suscitata extitit, intellecta; nos, nobilem remensem ecclesiam, jam non nove dilectionis ubere prosequentes, suique non levibus status dispendiis, que prefata detestanda, fugienda, fugandaque dissensio generavit et generat, intimo compacientes affectu, ac commisse nobis legationis officium exequentes, ad tollendam hujusmodi capitis et membrorum intestinam discordiam, et inter partes easdem pacis federa reformanda perpetuis, auctore Domino, duratura temporibus, deliberavimus nimirum interponere partes nostras, ac sollicitudinis intente dexteram non vitatis laboribus adhibere; sperantes in ejus, a quo omne datum optimum et donum perfectum descendit, misericordia, quod studii nostri piis auspiciis benignus adsisteret, ac in viam pacis nos dirigens, labores nostros, ipsius largiente clementia, felici exitu consummaret; unde nos remensem specialiter propter hoc adire curavimus civitatem, et tandem, archiepiscopo et decano et capitulo supradictis in nos sub certa forma inferius annotata compromittentibus concordi voto unanimique consensu super articulis memoratis, compromissum hujusmodi, ad laudem Dei, pro ejusdem ecclesie et partium predictarum statu prospero et tranquillo, suscepimus terminandum, eosdem articulos diligenter exponi, et in scriptis redactos exhiberi nobis a partibus facientes; reservata nobis, de consensu partium, et retenta nichilominus in omnibus et singulis supradictis dignitate et auctoritate nostri officii, et ordinaria potestate, prout, in litteris ipsorum archiepiscopi, decani et capituli, confectis super hoc, ac inferius annotatis, plenius continetur.

Fuit autem ex parte dictorum decani et capituli, contra prefatum archiepiscopum, propositum coram nobis, quod eis, auctoritate privilegiorum remensis ecclesie predicte, ac secundum ipsius consuetudines antiquas approbatas et hactenus observatas, et ab ipso archiepiscopo in forma inferius annotata juratas, licitum est habere, et habent, et etiam habuerunt a tempore cujus memoria non existit, in terra et de terra sive de banno archiepiscopi, servientes communes

et proprios, ab omnimoda jurisdictione archiepiscopi, roya terre duntaxat excepta, liberos et immunes, adeo quod in eos remensis archiepiscopus, vel officiales ejus, non possint jurisdictionem aliquam spiritualem vel temporalem quomodolibet exercere, nec ipsos censura quacumque ecclesiastica, vel etiam seculari, auctoritate propria cohercere nec etiam adjornare, nisi pro roya terre in jurisdictione archiepiscopi consistentis; sed in servientes eosdem, et eorum domos sitas in terra archiepiscopi, habent ipsi decanus et capitulum omnimodam jurisdictionem spiritualem et etiam temporalem, et sunt, et fuerunt in possessione vel quasi, excercendi in dictos servientes et domos, in casibus quibuslibet, nisi pro roya terre, ut dictum est superius, justiciam memoratam; dicentes hec omnia esse publica, manifesta atque notoria in civitate et suburbiis remensibus, seque habere litteras bone memorie Alberici et Guillermi quondam archiepiscoporum remensium super libertatibus et juribus memoratis.

Proposuerunt etiam, quod quando ipsos a divinis, juxta consuetudines prefate remensis ecclesie antiquas approbatas et hactenus observatas, suorumque privilegiorum tenorem, ex manifesta et rationabili causa cessare contingit, non licet archiepiscopo auctoritate sua cessationem ipsorum solvere celebrando in remensi ecclesia, contra voluntatem predicti capituli, per se ipsum, sive faciendo ibidem per alium celebrari; necnon quod introducte fuerunt libertates hujusmodi et concesse in favorem remensis ecclesie, et non eorumdem decani et capituli propriorum vel communium servientum.

Dicebant igitur memoratum archiepiscopum, pro sue libito voluntatis, contra consuetudines, libertates et privilegia memorata, que, sicut predicitur, in ejus consecratione se juraverat servaturum, per se suosque ministros, prout infra scribitur, in grave ipsorum et jam dicte remensis ecclesie prejudicium ac injuriam manifestam, attemptasse plurima, et multipliciter deliquisse; in primis Guillermus de Pruneyo miles, vices gerens archiepiscopi supradicti in civitate et comitatu remensi quantum ad ipsius jurisdictionem temporalem attinet, eodem archiepiscopo tunc in remotis agente, cepit minus rationabiliter Johannem Bovis francum servientem et justiciabilem remensis capituli, pro eo quod ipsum dicebat se habere suspectum de murtro

quondam Balduini dicti la Piche; ac propter suspitionem hujusmodi, aliquandiu carceri mancipatum, demum mandato seu nuncio dicti capituli, ipsum Johannem tanquam servientem francum atque justiciabilem ipsius capituli sibi restitui postulanti, reddidit sicuti francum servientem et justiciabilem eorumdem; quo per multa tempora, pro dicti suspitione criminis, in capituli prisione detento, per certas personas laicas, ad hoc auctoritate capituli deputatas, fuit per terram capituli publice proclamatum : Quod si aliquis forsan esset qui dictum Johannem accusare seu denuntiare vellet, vel aliquid proponere contra ipsum, occasione homicidii supradicti, capitulum seu ab eo super hoc deputati, parati erant exhibere de ipso cuilibet conquerenti justicie complementum, idipsum uxori, liberis, et amicis occisi, specialiter nunciantes; et cum, factis juxta terre consuetudinem proclamationibus et denunciationibus antedictis, non compareret aliquis qui super dicto crimine vellet aliquid prosequi contra eum, capitulum, ex officio suo, per dictas personas fecit solempniter et diligenter inquiri contra Johannem predictum super maleficio ac suspitione criminis memorati. Qua siquidem inquisitione secundum terre consuetudinem rite facta, cum inquisitores hujusmodi, habentes super hoc a dicto capitulo potestatem, Johannem ipsum a murtro ac suspitione prefatis, quem secundum iuquisitionem hujusmodi super hoc non invenerunt culpabilem, absolvissent, ipsum capitulum ab eodem Johanne, se juxta predictam absolutionem liberari petente, recepit ex habundanti fidejussores idoneos, qui pro ipso, corpora sua pro corpore, et bona pro bonis, specialiter obligarunt de stando juri in curia sepedicti capituli, si forte postmodum aliquis appareret, qui super murtro vel suspitione predictis contra eumdem Johannem ad proponendum vel faciendum aliquid se offerret. Ad hec memoratus archiepiscopus, dictum Johannem, in prisione sua per ministeriales ejus, ipso mandante vel ratum habente, postmodum propter suspitionem predictam, juxta sue beneplacitum voluntatis, in castro suo de Porta Martis detentum, iterum eidem capitulo vel ejus mandato, juxta quandam ordinationem factam Parisius per quosdam ab illustri rege Francorum in ipsius regis curia deputatos, secundo restituit; ipsumque capitulum, in capitulo Remis existens, post restitucionem hujusmodi requisivit ut in facto

suspitionis predicte contra ipsum Johannem taliter se haberent, quod non possent super hoc inculpari, ne forte propter ipsorum negligentiam seu defectum, prefatus rex ad hoc extenderet manus suas, ex hoc dictum Johannem justiciabilem esse capituli manifeste declarans, et ipsorum jurisdictionem comprobans in hac parte. Adjecerunt etiam, quod post restitucionem predictam, uxor quondam ipsius occisi apportavit litteras dicti regis Remis in pleno capitulo, continentes quod rex mandabat eisdem, quod tantum facerent contra dictum Johannem de suspitione murtri de dicto Balduino commissi, quod non possent super hoc reprehendi; ex quo relinquitur tam regem, quam uxorem predictos, jurisdictionem capituli quoad hoc approbasse. Capitulum vero eidem obtulit mulieri, quod si vellet dictum Johannem super murtro vel suspitione predictis, vel aliusquilibet, accusare, seu quicquam proponere contra Johannem prefatum, parati erant sibi et alii cuicumque, exhibere vel facere exhiberi de ipso justicie complementum; sed ipsa in eorum curia quoad hoc procedere recusavit. Porro prepositus ejusdem archiepiscopi, predictis consuetudinibus et privilegiis manifestis atque notoriis per ipsos archiepiscopum atque suos ministeriales sicut predicitur approbatis, non deferens ut decebat, predictum Johannem per terram archiepiscopi Remis transitum facientem, ad instancias seu accusationem Agnetis filie dicti quondam Balduini, cepit, ipsumque paratum stare juri coram dicto capitulo cujus erat justiciabilis offerentem, nichilominus in eodem castro Porte Martis occasione accusationis predicte, quamvis fugitivus non esset, nec a capitulo recepta dicta securitas expirasset, sed in suo perduraret et adhuc perduret robore, carceri mancipavit; ipsumque Johannem, ex parte capituli priusquam contra eum procederetur in aliquo tanquam suum justiciabilem requisitum, reddere denegavit, quamvis ipsum capitulum offerret se exhibere paratum de ipso justiciam Agneti predicte, et etiam cuilibet conquerenti. Sed ministeriales archiepiscopi, memoratis injuriis non contenti, dictum Johannem in curia ipsius archiepiscopi respondere ad accusationem predictam, per metum qui cadere poterat in constantem, indebite compulerunt, ipso tamen Johanne semper in suis responsionibus protestante, quod per responsiones easdem non intendebat a capituli jurisdictione recedere, vel

ipsius forum seu curiam declinare, nec in archiepiscopum seu ministeriales ipsius tanquam in suos judices, nisi de jure deberet fieri, consentire; sed nichilominus ministeriales predicti, inter dictos Johannem et occisi filiam, se ipsis mediantibus, pace facta cui jam dictus Johannes justo ductus timore consensit, athletas partium in archiepiscopi predicti curia, licet in eumdem Johannem nullam prorsus jurisdictionem haberent, nec quod duellum etiam debere fieri judicatum fuisset, ictus qui regis vulgariter appellantur reddere coegerunt; que quidem omnia et singula non erat dubium, ut dicebant, redundare in ipsius capituli et remensis ecclesie prejudicium manifestum, maxime cum predictus archiepiscopus, aut ejus predecessores qui fuerunt pro tempore, nunquam usi fuerunt jurisdictione quacumque in remensis ecclesie servientes proprios vel communes, in casu consimili illi de quo occasione predicti Johannis agitur in presenti. Et quia sepedictus archiepiscopus hujusmodi manifestas et evidentes injurias, quas ipsi capitulo dignoscitur intulisse, emendare seu facere emendari noluit, ex parte dictorum decani et capituli, sicut debuit, super hoc requisitus, ipsi decanus et capitulum, forma novelle constitutionis servata, cessaverunt et etiam tunc cessabant in remensi ecclesia a divinis, prout ipsis licet et competit, secundum consuetudines et privilegia supradicta; sed predictus archiepiscopus, qui remensi ac ceteris ecclesiis in remensi civitate atque suburbiis constitutis, ecclesia S. Remigii duntaxat excepta, ad mandatum capituli occasione predicta cessantibus, ut tenentur, more benigni pastoris compati debuisset, ex hujusmodi cessatione commotus, et injuriis injurias superaddens, Girardum dictum Cauchon, communem capituli, et Thomam dictum Manjuepois, magistri Simonis Matiffardi canonici remensis proprium, servientes, et dicti Johannis nepotes, duro et diro carceri mancipavit, et adhuc incarceratos turpiter sine causa rationabili detinebat; et quia ipsos, ex parte capituli super hoc requisitus, reddere recusavit, capitulum cessationem predictam, propter superinductas injurias, sicut sibi licuit, aggravavit; sed eo nichilominus non obstante, dictus archiepiscopus seras portarum ecclesie violenter avulsit, et convocatis processionibus civitatis, januis sic apertis, missarum solempnia, dicta cessatione durante, non absque gravi plurimorum

scandalo, celebrare presumpsit, in consuetudinum, privilegiorum ac libertatum remensis ecclesie prejudicium et gravamen.

Denuo memorati decanus et capitulum contra prefatum archiepiscopum proponere curaverunt, quod ipse in prima receptione sua, lectis sibi quibusdam que in quodam libro seu cedula continentur, que sic incipit : *Dei gratia Remorum archiepiscopus* [1], et sic finitur : *Et vobis nostre subjectionis debitum leti semper exsolvamus*, juravit in forma que sequitur : *Hanc ego Petrus consuetudinum vestrarum immunitatem, super hoc altare S. Marie Virginis, pono, offero et trado, et eam dum vixero, Deo annuente, super testimonio astantium fratrum, me observaturum promitto et juro; sic me Deus adjuvet.*

Petebant igitur ut eis faceremus predictas injurias emendari, et super gravaminibus sibi [per?] archiepiscopum predictum et suos ministeriales illatis, opportunum remedium per nostre provisionis studium adhiberi.

Ceterum pro parte ipsius archiepiscopi fuit propositum ex adverso, quod cum olim predictus Johannes Bovis, serviens communis capituli tunc existens, quoddam homicidium perpetrasset, et ob hoc ab ipso capitulo captus et carceri mancipatus fuisset, bone memorie Thomas tunc remensis archiepiscopus, dictum Johannem de carcere capituli tanquam justiciabilem suum extrahens, violenter ad Portam Martis deduxit, et in mille et septingentis libris parisiensibus occasione dicti maleficii condempnavit. Adjecit etiam archiepiscopi procurator, quod cum Johannes predictus, ex parte remensis capituli, tanquam eorum justiciabilis a domino rege qui tunc detinebat eumdem in ipsius regis curia, sibi restitui peteretur, archiepiscopo se restitutioni hujusmodi opponente, ac ipsum Johannem sibi restitui postulante, dictus rex, auditis hinc inde prepositis, prefatum Johannem archiepiscopo fecit restitui, tanquam illi ad quem de ipso Johanne jurisdictio pertinebat, et licet verba generalia in litteris predicti Alberici archiepiscopi contenta, videantur prima facie continere quod remensis archiepiscopus in servientes capituli communes vel proprios non possit jurisdictionem aliquam excercere, in casibus tamen certis, tam de jure communi quam consuetudine sive usu, de ipsius archiepiscopi jurisdictione consistunt,

[1] Voyez ci-devant, page 224.

videlicet tutele et cure, executionis testamentorum, matrimoniorum, de roya terre, captionis in presenti delicto, executionis alte justicie, et quando jurisdictioni archiepiscopi se supponunt, vel privilegio sergentarie renunciant, et in casu de quo presentialiter agitur inter partes, scilicet quando in terra archiepiscopi sive banno, de murtro vel alio enormi crimine accusantur. Est enim et fuit consuetudo Remis et in comitatu remensi, quod appellatus seu accusatus de murtro, vel alio enormi crimine, in judicis illius curia coram quo appellatur seu accusatur, et maxime si superior vel gardiator existat, deffendere se tenetur. Est etiam consuetudo in civitate et comitatu predictis, quod accusatus seu appellatus de enormi crimine, qui protinus non respondet factum denegando, vel se super hoc non deffendit, seu deffensioni non offert, habetur de illo crimine pro convicto; unde cum Johannes Bovis appellatus seu accusatus fuerit in terra archiepiscopi per filiam quondam Balduini dicti la Piche, de homicidio patris sui, ibi debuit stare juri, et quia instituta accusatione hujusmodi coram preposito archiepiscopi contra ipsum, tunc nec crimen negavit, nec se deffensioni duxerit offerendum, dicta filia postulante jus super hoc sibi reddi, haberi debuit et potuit, secundum terre consuetudinem, pro convicto. Et quamvis premissa ad justificandum processum per archiepiscopum ac suos ministeriales contra dictum Johannem habitum, sufficientia debeant reputari, adhuc tamen idem Johannes archiepiscopi forum sortitus est alia ratione; nam accusatione predicta in curia archiepiscopi contra predictum Johannem, per dictam filiam, a premissis que se probaturam obtulerat, minime recedentem, iterum recitata, ipse Johannes predictum homicidium perpetratum fuisse cognoscens, non solum se illud fecisse negavit, sed pro se ipso in eadem curia super hoc deffendendo, suum gagium sponte dedit. Quare prefatus procurator liquidum esse dicebat, quod cum licuerit archiepiscopo sive suis ministerialibus tam de consuetudine, quam de jure, dictum Johannem, in terra ipsius archiepiscopi et ejus curia de murtro, sicut predicitur, accusatum, capere, detinere, mancipare carceri, et paci facte postmodum inter ipsum et partem aliam, maxime ad ipsius Johannis instanciam, consentire, et ut athlete partium ictus redderent consuetos, nullam ex hoc remensi

capitulo injuriam irrogavit, nec juste cessationis causam aliquatenus ministravit; presertim cum idem Johannes, qui tunc in banno et justicia archiepiscopi morabatur, fuisset et esset super dicto murtro publice diffamatus, et juri seu libertati sergentarie capituli et ipsi sergentarie renunciasset specialiter et expresse, quod quidem facere poterat, etiamsi capitulum reclamasset; ex quibus manifeste relinquitur quod supradictum capitulum, occasione processus hujusmodi contra dictum Johannem habiti, cessare non debuit a divinis, nec propter detentionem predictorum Girardi et Thome cessationem hujusmodi aggravare, cum ipsi, fide prestita corporali, spontanee duxerint promittendum, quod castrum Porte Martis aliquatenus non exirent, donec de quadam summa pecunie, quam dictus Johannes Bovis ratione pacis predicte se soluturum promiserat, pro qua etiam ipsi Girardus et Thomas erga dictum archiepiscopum se principales constituerant debitores, fuisset integro satisfactum, juri seu libertati sergentariarum suarum renunciantes specialiter in hac parte, et se quantum ad hoc jurisdictioni archiepiscopi voluntarie supponentes.

Adjungebat etiam procurator predictus, quod remense capitulum, de terra archiepiscopi, recepta pecunia, servientes assumit usurarios manifestos, personas inhonestas, et alias diffamatas, in ipsius archiepiscopi non leve prejudicium et gravamen; propter que memoratus archiepiscopus petebat a nobis sibi super premissis justiciam fieri, et salubre remedium adhiberi.

Verum preter illos quos supra narravimus, quamplures articuli fuerunt propositi, et nobis in scriptis a partibus assignati, quos ad compromissum ab eisdem partibus in nos factum non est dubium pertinere; sed quia testes non fuerunt producti, nec alie probationes exhibite ab alterutra partium super illis, de consensu partium earumdem, ipsis articulis supersedere ad presens curavimus, reservata partibus probationes super eisdem articulis exhibendi, cum opportunum fuerit, potestate.

Nos autem ad suspensionem interdicti seu cessationis hujusmodi manus nostras, inprimis propter animarum periculum, extendentes, Johannem Bovis predictum, archiepiscopo idipsum ob nostram reverentiam tolerante, decano remensi nomine capituli restituendum

duximus, tanquam eorum francum ac justiciabilem servientem; predictos etiam Girardum et Thomam, quorum obligationem, que dicto archiepiscopo occasione fidejussionis vel constitutionis prefate quomodolibet competebat, idem archiepiscopus in nos de mera liberalitate transtulerat, a carcere quo tenebantur inclusi duximus liberandos, obligatione tamen predicta nichilominus nobis salva, et tunc remense capitulum interdictum seu cessationem, quod vel quam in sua et aliis ecclesiis supradictis posuerant usque ad certum tempus, ad precum nostrarum instanciam, suspenderunt. Nos autem articulos expressos superius, primo, sicut premisimus, ore tenus propositos coram nobis, ac postmodum in scriptis redactos, et nobis a partibus assignatos, discussimus et examinavimus sigillatim; super eisdem etiam cum partium procuratoribus ad plenum contulimus et disputavimus ad cautelam, et procuratores eosdem ad sancta Dei Evangelia jurare fecimus de veritate dicenda, et super quibusdam in facto consistentibus, in quibus non modicum discordabant, interrogare curavimus et respondere fecimus in virtute prestiti juramenti, eorumque responsiones redegimus in scripturam; litteras, instrumenta, privilegia, jura, rationes, defensiones, allegationes, que et quas partes exhibere, dare et proponere voluerunt, et testes ab ipsis productos recipi, ipsosque examinari, et eorum depositiones in scriptis redigi fecimus diligenter.

Auditis igitur et intellectis ac receptis confessionibus, juribus, allegationibus, rationibus, defensionibus, privilegiis, litteris et aliis probationibus partium earumdem, et exaratis sepius et cum diligentia recensitis, concluso in negocio quoad dictos articulos de voluntate partium ac assensu, ac omnibus que juxta formam compromissi seu commissi facti in nos, processus conditio et qualitas negocii requirebant, rite peractis, termino compromissi semel et iterum ac tercio a partibus prorogato, durante die sabbati quarto kalend. marcii a nobis ad audiendum, statuta, dictum, ordinacionem ac dispositionem nostram prefixa partibus antedictis, et ab ipsis concorditer acceptata, ipsa die procuratoribus partium presentibus coram nobis, et statuta, dictum, ordinacionem et dispositionem nostram proferri petentibus, communicato peritorum consilio, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, quoad eosdem articulos, ipsa statuta, dictum, ordinacionem

et dispositionem nostram, imponentes finem negocio, proferimus in hunc modum :

Inprimis dicimus, ordinamus, disponimus et pronunciamus quod decano et capitulo remensis ecclesie, auctoritate privilegiorum prefate remensis ecclesie, et secundum ejus consuetudines antiquas et probatas et hactenus observatas, ac ratione transactionum et conventionum olim inter nonnullos remenses archiepiscopos et eosdem decanum et capitulum super certis casibus tunc dubiis habitarum, quas quidem consuetudines, transactiones, conventiones prefati Albericus et Guillermus archiepiscopi remenses, confectis super hoc litteris, approbarunt, et nonnullas ex ipsis, causa cognita, sedes apostolica confirmavit per ipsius sedis litteras earumdem consuetudinum, transactionum, et conventionum seriem totaliter exprimentes, de quibus utique litteris, privilegiis, consuetudinibus, transactionibus, conventionibus et confirmationibus, facta nobis extitit ex parte dicti capituli plena fides, licitum est habere, et habent, et etiam habuerunt a tempore cujus memoria non existit, Remis, de terra et in terra sive banno et justicia remensis archiepiscopi, servientes communes et proprios ab omnimoda jurisdictione archiepiscopi, roya terre duntaxat excepta, liberos et immunes, adeo quod in eos remensis archiepiscopus, vel ejus officiales, non possunt jurisdictionem aliquam spiritualem vel temporalem quomodolibet excercere, nec ipsos censura quacumque ecclesiastica vel seculari auctoritate propria cohercere, nec punire etiam, preterquam in criminosos auctoritate capituli condemnatos solam et meram executionem alte justicie exercendo; sed in servientes eosdem et eorum domos in terra archiepiscopi sitas Remis, habent ipsi decanus et capitulum, preterquam in roya terre, omnimodam jurisdictionem spiritualem et etiam temporalem, et sunt, et fuerunt in possessione vel quasi, excercendi justiciam memoratam; nec obstant consuetudines, exceptiones, seu alia quelibet ex parte archiepiscopi super hoc allegata, cum ex parte capituli negata fuerint, et de ipsis per ipsum archiepiscopum fides nobis facta non fuerit, sed in eorum probatione defecerit, etiam in illis casibus quos nominatim ipsius exceperat procurator; quinimo si probata fuissent prout erant proposita, casum tamen presentem minime tetigissent, et ipsius capituli per consuetudines, transactiones,

conventiones, litteras et privilegia supradicta, depositiones testium, necnon per confessiones archiepiscopi et procuratoris ejusdem, intentio generaliter sit fundata. Dicimus etiam, ordinamus atque disponimus, statuentes, quod servientes capituli proprii vel communes, supponendo seu subjiciendo se jurisdictioni archiepiscopi, suorum officialium, seu ministerialium, vel renunciando libertatibus vel immunitatibus que sibi ratione suarum sergentariarum competunt, dummodo sergentariis non renuncient antedictis, sed remaneant servientes, non possunt capitulo vel suis specialibus dominis prejudicium generare, in casibus illis videlicet in quibus eorum dominis jurisdictio servientum nomine competit in eosdem, vel cum sua, ratione consuetudinum, immunitatum vel privilegiorum suorum, interest servientes suos suppositiones vel subjectiones seu renunciationes hujusmodi non fecisse; cum enim predicta jura, jurisdictio, libertates et immunitates, ecclesie remensi precipue sint concessa, et in ipsius favorem pariter et honorem, et non servientum propriorum vel communium principaliter introducta; licet servientes ipsi ex quadam sequela seu consequentia, ad ampliandum honorem ejusdem ecclesie predicte, quoad archiepiscopum ex hoc gaudeant libertate. A juris seu rationis tramite fore noscitur alienum, quod in eorum voluntate consistat, suis auferre dominis, et ad illos a quibus fuerat abdicatum transferre, quod in favorem, honorem et auctoritatem ipsius remensis ecclesie principaliter introductum extitit et concessum; unde, non obstantibus predictis suppositionibus, subjectionibus, vel renuntiationibus etiam sponte factis, capitulum vel speciales domini servientum possunt ipsos ab archiepiscopo vel ministerialibus ipsius repetere in casibus supradictis, et ad se cognitionem et jurisdictionem totaliter revocare, et iidem archiepiscopus et ministeriales eos tenentur restituere seu reddere dominis eorumdem; sed in illis casibus, si qui fortassis emerserint, in quibus per renuntiationem, suppositionem, vel subjectionem predictas, capituli jurisdictio et consuetudinum seu privilegiorum immunitas non ledatur, utpote si francus serviens remensis ecclesie proprius vel communis, alicujus qui de jurisdictione archiepiscopi remensis consistat, coram ipso archiepiscopo, officialibus vel ministerialibus ejus, in ipsius curia, sponte procurator extiterit vel defensor, renuntiando quoad hoc libertati seu sergentarie tacite vel expresse, vel si ipsius jurisdictioni se duxerit suppo-

nendum, non licebit capitulo jurisdictionem hujusmodi, consuetudinum vel privilegiorum suorum pretextu, ad suam audientiam revocare; et valebunt acta judicialia coram archiepiscopo, officialibus et ministerialibus ejus, volentibus et consentientibus servientibus memoratis, pro ipsis vel contra ipsos habita, etiamsi per definitivam sententiam lites sive negocia fuerint terminata; licet etiam in hoc casu sive similibus non possit archiepiscopus, officiales vel ministeriales predicti, in servientes ipsos interdicti vel excommunicationis promulgare sententias, vel eos alia quavis spirituali vel temporali censura, vel mulcta, cohercere quomodolibet vel punire, neque compellere quoquomodo ut inviti procedant in causis in quibus ipsorum examen sive judicium spontanei subierunt, quamvis in illis forsitan litem fuerint contestati; sed eisdem servientibus, predictis archiepiscopo, officialibus vel ministerialibus, sive in veniendo, sive in faciendo, aut alias nequaquam parentibus, remanebit in casu predicto servientum ipsorum contumacia sic contracta, quantum ad dictos archiepiscopum officiales et ministeriales attinet, impunita, cum tales sententie, censure, vel mulcte, in dictos servientes proferri vel eis imponi aliquatenus non valerent, absque manifesta et gravi consuetudinum, libertatum et privilegiorum remensis ecclesie lesione; sed tunc erit judici contra illum qui talem procuratorem constituit, si forte remanserit indefensus, et constituenti contra procuratorem suum coram ejusdem procuratoris judice, ad juris remedia recurrendum. Easdem autem seu similes, ut supradiximus, repetitionem hujusmodi servientum, et cognitionis ac jurisdictionis ad se revocationem, dominis ipsorum competere, et eorum restitutionem vel redditionem archiepiscopo, officialibus et ministerialibus suis, incumbere statuimus, disponimus et dicimus, quando servientes predicti in terra archiepiscopi in presenti delicto ab archiepiscopo vel ejus ministerialibus capiuntur, et quando in terra seu banno ipsius, de murtro vel alio enormi crimine pro quo banniti seu fugitivi non fuerint, accusantur.

« Sachent tuit que comme descorde [estoit] entre nous d'une part, et nos ameis et féables les eschevins et les bourjois demourans en nostre ban de Rains d'autre, seur ce que li devant dit eschevin disoient pour chascun de eus, et pour chascun de tous les bourjois,.... que il estoient greveit de ce que Robèle du Bourc, nostre prévos de Rains, en nom de l'office de la prévostei de Rains, que il tenoit de nous et de par nous, avoit pris et mis à gehine et martire II bourjois de nostre ban, dont li uns avoit nom Estevenins li Charpentiers, et li autres Dudin de la Couture, sans nul ajournement, sans droit, sans loi et sans jugement, et contre le point de la chartre de Rains et les usages et les coustumes anciens, notoires et approuveis, et nous nous opposiens en contraire. En la parfin, nous, veuillans gardeir les poins des chartres de nos devantiers faites seur les franchises de nos bourjois, et les anciennes coustumes et les usages, avons veu et esgardei diligemment les franchises contenues ès chartres de nos ancisseurs, que li bourjois et eschevins... ont de eus, et enquis diligemment des coustumes et des usages de la citeit de Rains, avons trouveit que nous, ne nostre menistre, n'avons pooir, ne devons avoir par nul droit, ne par usage, ne par coustume nule, de mettre ne de faire mettre à géhine, ne à martire, nul de nos bourjois demourans en nostre ban, et ce qui en a estei fait, nous le tenons pour fait contre droit et raison, ne ne volons que dès ores en avant chose qui en ait estei faite puisse greiveir as eschevins et as bourjois, ne à leur privileges, ne à leur coustumes, ne à leur usages; ainsois le denoussons et prononsons de nule valeur, comme chose qui a esté faite contre droit et contre raison. En tesmoignage de laqueil chose, etc., etc. (*sic*) »

[2] Cette note, dans le Livre Rouge, comme dans notre compilation, suit immédiatement le jugement que nous venons de transcrire, ce qui peut porter à croire que la consultation qu'elle contient est contemporaine de la sentence qui la précède.

CCCXCIV.

Janvier 1280

ARRESTUM pro D. remensi contra dominam de Taisiaco, super quadam emenda trecentarum librarum parisiensium, pro quadam injuria per ipsam illata D. Gaufrido Quiquot militi.

Cart. A de l'Archev., fol. 39.

Philippus.... Francorum rex, universis.... Notum facimus quod cum domina de Taissiaco in nostra curia diceret contra dilectum et fidelem nostrum archiepiscopum remensem, quod gentes ipsius archiepiscopi extraxerant violenter corpus ejusdem domine de domo sua de Taissiaco, et posuerant eam in vilissimum carcerem; dicto archiepiscopo confitente quod ipsa fuerat capta per gentes suas et imprisionata in Porta Martis, dicens tamen, quod capta fuerat in loco in quo ipse eam capere poterat, et pro casu pro quo sibi eam capere licebat; diceret etiam dicta domina, quod gentes dicti archiepiscopi ipsam desaisierant et spoliaverant bonis suis violenter, usque valorem duarum milium librarum et plus, in locis in quibus idem archiepiscopus dominium vel justiciam non habebat, dicto archiepiscopo ex adverso dicente, quod ipse fecerat capi per gentes suas de bonis dicte domine, non tamen usque ad valorem predictum, in locis in quibus hoc facere poterat..... videlicet apud Tassiacum in domo dicte domine, et extra apud Manillum, apud Chaumisy, apud Sepilly, apud Thuisi, apud Prunay et apud les Loges, et quod hoc fecerat juste, videlicet pro trecentis libris parisiensibus in quibus dicta domina tenebatur eidem, nomine emende, pro injuria et outragio quod ipsa fecerat et fieri fecerat Gaufrido dicto Quiquot militi, apud Tassiacum, in domino [*sic*, dominio?] et justicia ipsius archiepiscopi et in baronia sua; quam injuriam et quod outragium ipsa emendaverat eidem archiepiscopo tali modo, quod ipse fecerat super hoc inquiri per D. Guillelmum de Aissiaco decanum aurelianensem, et magistrum J. de Boy canonicum remensem, vocata ad hoc dicta domina; et visum fuerat sibi et consilio suo per ea quod inventa fuerant per illam inquestam, quod dicta domina bene tenebatur ei solvere trecentas libras parisienses, vel plus, pro emenda predicta; quas trecentas libras noluerat solvere, ex parte ipsius archiepiscopi super hoc requisita.

Visa inquesta super premissis facta, inventum fuit dictum archiepiscopum sufficienter probasse intentionem suam, et dictam dominam nichil probasse quod sibi debeat valere; et ideo pronunciatum fuit per curie nostre judicium, quod dicta domina ressaisiret dictum archiepiscopum de bonis de quibus fuerat ab eadem [*sic*, eodem?] per preceptum curie nostre ressaisita. In cujus rei.... Actum Parisius, anno.... M° CC° LXX° IX°, mense januario.

CCCXCV.

CARTA qua Th. Navarre rex quittat possidendum in manumortua, quicquid abbas et conventus S. Theoderici emerunt, in villa de Chalon, a comite de Rouci. 15 avril 1280.

Cart. de Saint-Thierry, fol. 342.

Nos Th. Dei gracia rex Navarre, Campanie et Brie comes palatinus, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos, ob remedium anime nostre et antecessorum nostrorum, religiosis viris abbati et conventui ac monasterio S. Theoderici remensis concessimus et concedimus, quittavimus et quittamus quicquid dilectus et fidelis noster nobilis vir comes Rouciaci tenet a nobis in villa et territorio ville de Chalon super Vidulam, in feodo, sive retrofeodo, necnon et quicquid alius sive alii in dictis villa et territorio tenet seu tenent in feodo seu retrofeodo a comite memorato, tenendam, habendam, et pacifice possidendam ab ipsis abbate et conventu ex tunc imperpetuum in manumortua, salvo jure in omnibus alieno, gardam in predictis nichilominus retinentes. In cujus rei, etc..... Datum per nos, apud Trecas, anno Domini M° CC° LXX° IX°, mense aprili, die lune proxima post Ramos Palmarum.

CCCXCVI.

CARTA concordiæ Petri remensis archiepiscopi, cum canonicis de Virtuto, pro jure procurationis. 3 juin 1280.

Marl., II, 574.

CCCXCVII.

SENTENTIA hominum vassalorum archiepiscopi remensis, super Octob. 1280.

quadam emenda, ratione quarundam inobedienciarum quas fecerant scabini remenses [1].

Cart. A de l'Archev., fol. 32, verso. — Cart. C du chap., fol. 133.

A tous ceulx qui ces présentes..... Nicolas cuens de Retest et sire de Charboigne, Henris cuens de Grant-Pré, J. de Villegardains chantres de Reims, Gobers de Aumoises, Jehan de Lude, Hues de Bainne, Guis de Sapoigne, Joffrois Quiinquin, Jacques Varraz chevaliers, Gautiers Buious bourjois, et Miles de Courmissy escuiers, homme l'archevesque de Reims, salut..... Sachent tuit que com en la court nostre chier seigneur l'archevesque, li eschevins de Reims eusrent esté traicts en cause sur le conte de la ville, et sur autres choses; et li dict eschevin n'eussent voulu respondre en la court l'archevesque pardevant ses francs-hommes, et il eussent esté deffaillant et désobéissant; en la parfin lesdicts deffaulx et désobédiances il amendirent à nostre seigneur l'archevesque à l'esgart et au jugement de ses hommes; et nous qui sommes et estiens si hommes, fumes conjurez de juger les amendes dessus dictes; lesquelles amendes, par le consel de bonne gens, nous jujames, et deismes par jugement : Que li eschevin estoient tenus à païer à nostre seigneur l'archevesque LX ℔ pour chascune des deffaulx et des désobéissances desur dictes. En tesmoignage de laquelle chose, nous avons scellées ces présentes lettres de nos sceaulx, qui furent faictes en l'an de grâce.... M. CC. LXXX. IV, ou mois de octobre.

[1] « L'archevesque, outre les juges ordinaires, comme estoit lors son bailly et son prévost, avoit ses hommes de fief quy jugeoient des causes concernantes son domaine et ses droicts féodaulx, par devant lesquels lesdicts eschevins estoient quelquefois appelés, mais ils n'y vouloient pas respondre. Et semble par ung ancien mémoire, lequel est cy-après transcript, qu'il y ait eu quelque proposition d'accord, sur ce subject, du moings fait-il mention de ces hommes de fief comme s'ensuict.

« L'acordance des eschevins est telle, que « s'il vuelent amender la désobéissance de « ce qu'il ne vausirent mie oir droict en la « court l'archevesque par les francs-hommes « fiéveis de luy, quy les debvoit jugier, ou ly « eschevins, ou autres.

« Et d'endroit dou conte de la vile que on « leur requéroit à faire à la vile, il le feront « au commun, ou à ceux cui ly communs « eslira; et quant cis contes sera faiz, il diront « l'estat de la ville à l'archevesques, ainsy « comme les autres bonnes villes le dient à « leur seigneur.

« Et d'endroit ceus quy furent mis a gé- « hine, l'archevesque désavouera le prévost * « que onques par luy ne fut faict, pardevant « tant de gens comme on y vorra appeler, et « parmy ce, et parmy le surplus que vous sa- « viez, nous entendons que ly pais se fera, « et se nous en a on mis jour à ce matin. » (Bibl. de Reims, mss. Rogier, II, fol. 7, verso).

* Voyez la note que nous avons mise plus haut, page 969.

CCCXCVIII.

CONVENCIONES inter conventum S. Nicasii, et capitulum S. Thimothei, de parte vici de Saubourc. Fevrier 1281.

Archiv. de Saint-Remi, liass. 13, n° 6.

Universis.... frater Guibertus, Dei permissione monasterii S. Nichasii remensis abbas humilis, totusque ejusdem loci conventus, salutem..... Noverint universi, quod cum venerabiles viri thesaurarius et capitulum ecclesie S. Thimothei remensis haberent quandam terram Remis in vico qui dicitur Saubourc, in quo habebant vigenti sex solidos parisienses, vel circiter, annui et perpetui census, ventas, investituras domorum et aliorum hereditagiorum in vico predicto existencium, sestellagium et quedam alia jura temporalia; nos autem, cum predicta terra esset nobis et monasterio nostro utilis et proficua, cum eisdem, ut eam monasterio nostro acquirere possemus, tractassemus pluries de permutacione ad aliam terram, seu redditum annuum, eisdem et ecclesie sue utiliorem facienda, ac super premissis ordinatores seu arbitratores certi electi fuissent....; qui arbitratores seu estimatores, onere dicte estimacionis seu arbitratus in se suscepto, arbitrati fuerunt, quod dicta totalis terra dicte ecclesie S. Thimothei de Saubourc, census vigenti sex solidorum parisiensium vel circiter, vente, investiture, sestellagium et alia quecumque jura predicta que habebat eadem ecclesia ibidem, que omnia ad valorem octo librarum parisiensium annui redditus estimarunt, in nos et monasterium nostrum transferrent, et nos in corporalem possessionem omnium premissorum ponerent, et dictum vicum de Saubourc claudi a nobis permitterent, quod sine permissione eorundem nullatenus facere poteramus; et iis mediantibus, nos abbas et conventus, predictis thesaurario et capitulo et eidem ecclesie, solvere, reddere, et deliberare, annis singulis in perpetuum per idem arbitrium, loco et nomine dictarum octo librarum parisiensium, teneamur triginta sextarios frumenti ad mensuram remensem, in grangia nostri monasterii, de decimis territorii remensis, que quidem decime S. Nicolai a Villezer vulgariter appellantur, infra festum B. Martini hyemalis, vel antea, si frumenta ejusdem contigerit triturari, sine omni fraude, commistione aliqua, sine dolo, et tale ad minus quale pro nobis percipiemus

ab emptoribus decimarum earundem, vel equivalentis frumenti, si forte frumentum dicte decime casu aliquo, quod absit, deperiret. Ipsi vero thesaurarius et capitulum, dicto arbitratui parere volentes, quantum in eis est, se de dicta totali terra quam habebant in dicto vico de Saubourc, censu annuo vigenti sex solidorum vel circiter, ventis, investituris, sestellagio et juribus temporalibus universis que habebant in dicto vico et ejus pertinenciis..... in manus nostras abbatis predicti devestierunt, ac nos abbatem presentem de omnibus et singulis predictis solempniter investiverunt, adhibitis solempnitatibus que in talibus solent et debent adhiberi....; de quibus.... se specialiter obligarunt, et eciam bona ecclesie sue, ad portandum legittimam garandiam nobis adversus omnes,... excepta tamen alta justicia, et aliis que asserit ecclesia S. Remigii in dicto vico de Saubourc se habere. Nos vero abbas et conventus S. Nichasii..... promittimus, etc., etc....[1]. Et premissa fecerunt dicti thesaurarius et capitulum, et facient sub ea conditione et modo, si dominus remensis archiepiscopus in predicta permutacione consentiat, et auctoritatem suam interponat et decretum, ita quod nisi auctoritatem suam et decretum interposuerit in premissis, quod absque contradiccionis obstaculo, dicta totalis terra eorum de Saubourc, amota clausura a nobis ibidem facta nuperrime, cum omnibus juribus, pertinenciis, et aysenciis antiquis, ad ipsos integraliter et libere revertatur.... In cujus rei.... Datum anno.... M° CC° LXXX°, mense februario.

CCCXCIX.

9 mars 1281. CARTA de sextellagio bladorum qui venduntur in vico S. Nichasii, et de XLV s. annui census in banno nostro [S. Remigii] et in quarteriis SS. Sixti et Sinicii, et Timothei, et de quinquaginta quinque solidis annui supercensus in eisdem locis.

Cart. A de Saint-Remi, p. 199.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Guibertus divina permissione S. Nichasii remensis abbas humilis, totusque ejusdem loci conventus, salutem in vero salutari. Noverint universi, quod ecclesia S. Nichasii predicta indigente clausura pro aliqua parte vici de Sau-

[1] Le reste de l'acte ne reproduit que les clauses ordinaires des contrats.

bourc, viris religiosis abbate et conventu S. Remigii remensis honestatem et utilitatem nostram in hujusmodi clausura intuentibus, clausuram dicti vici, quantum in eis erat [1], nobis fieri permiserunt, volentes et consentientes quod terra nostra a vico de Saubourc claudatur et fermetur, et clausura fiat in perpetuum pro necessitate et utilitate nostra et ecclesie nostre seu monasterii nostri, a jardino nostro, per mediam viam directe secus masuram que fuit Raberi quondam, usque supra fossata et muros nostros ibidem extantes; dum tamen nos mercatum, vel aliquod aliud eisdem prejuditiale, non possimus facere seu instituere inibi in futurum, facta tamen eisdem a nobis recompensatione legittima sui dampni. Nos vero in recompensationem premissorum, et dampni quod habebant et se habituros dicebant in futurum, damus et concedimus quod dicti religiosi de S. Remigio habeant et possideant in perpetuum, et percipiant sextellagium omnium bladorum et leguminum hominum extraneorum seu foraneorum, adductorum per eosdem Remis, hospitantium in vico nostro S. Nichasii, venditorum vel mensuratorum die dominica tantum in dicto vico, sine omni fraude et dolo. Dedimus etiam et concessimus eisdem de S. Remigio omnes census nostros annuos quos habebamus seu habere poteramus in omnibus domibus seu masuris sitis in quarteriis SS. Sixti et Tymothei remensium, et alibi, si quos in eorum banno habebamus, estimatos ad valorem quadraginta quinque solidorum parisiensium, annuatim tenendos, levandos, percipiendos in perpetuum ab eisdem, cum ventis, investituris, juribus et pertinenciis domorum et masurarum predictarum; necnon supercensus annuos ad summam et valorem quinquaginta quinque solidorum parisiensium tantum, quos habebamus in aliquibus domibus dicti quarterii S. Sixti inferius expressis et nominatis, tenendos, et habendos, ac percipiendos annis singulis in perpetuum ab eisdem; salvis et retentis nobis et ecclesie nostre aliis supercensibus quos habebamus, et habere et percipere consuevimus, in aliquibus domibus aliis predicti quarterii S. Sixti, quos nobis et ecclesie nostre retinuimus et retinemus

[1] L'original de la cession faite par l'abbé et le couvent de Saint-Remi se trouve Arch. de Saint-Nicaise, liasse 15, n° 5. Cet acte reproduit exactement les dispositions de celui que nous donnons; mais il ajoute ici : « quantum in nobis erat, precibus reverendi patris Symonis tituli S. Cecilie presbyteri cardinalis, necnon Margarete illustrissime regine Francie, inclinati, eisdem fieri permisimus.... »

possidendos, percipiendos, et habendos a nobis in perpetuum, sicut antea percepimus et habuimus; hoc tamen adjecto inter nos et dictos religiosos S. Remigii specialiter, et convento, quod si dicti muri vel clausure vie vici de Saubourc, a nobis nuper facti, starent et perdurarent in eodem statu sicuti modo sunt, et eos possideremus pacifice et quiete per decem annos continuos a die confectionis presentium litterarum vel plus, premissa omnia in stabilitate perpetua irrevocabiliter perdurarent. Si vero exigente justicia, citra complectionem dictorum decem annorum, clausura vel muri hujusmodi diruerentur, nec stare possent vel deberent, dictum sestellagium, prout antea possidebamus, sine acquisitione aliqua novi juris, et dicti census, supercensus, cum ventis, investituris, et juribus aliis, eisdem a nobis concessis, ut est dictum, ad nos et proprietatem ecclesie nostre libere revertantur integraliter, sicut ante. Nomina autem domorum dicti quarterii S. Sixti summam quinquaginta quinque solidorum parisiensium annui supercensus debentium, et a nobis eisdem assignatorum, hec existunt : videlicet domus Thome dicti Govion, decem solidos parisienses; domus Ysaberonne Papelarde dicte la Cerceliere, viginti solidos; domus Doineti Tallebos, decem solidos..... Item, domus Hemoneti Fagot et Helote matris sue, quinque solidos; item, domus que fuit Thome Buesart contigua eidem domui la Fagote, quinque solidos; item, domus Gosseti filii Golini, quinque solidos. In quorum omnium testimonium et munimen, et ut predicta clausura ut est facta a nobis perpetuo remaneat et perduret, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, mense marcio, die dominica qua cantatur : *Reminiscere*.

CCCC.

13 mars 1281.

Convenciones inter conventum S. Nicasii et capitulum remense, de parte vici de Saubourc.

Archiv. de Saint-Nicaise, liass. 13, n° 9. — Archiv. du chap., lay. 46, liass. 112, n° 5.

Universis..... magistri Symon Mathyphardi et Ruffinus de Fiteclo canonici et officiales remenses, salutem.... Noverint universi quod cum abbas et conventus S. Nichasii remensis, ad tollendum quasdam deho-

nestates que quasi continue fiebant in via que nuper erat retro seu ad caput ecclesie S. Nichasii, claudere intenderent dictam viam, quod facere non poterant sine consensu venerabilium virorum decani et capituli remensis ecclesie, prefati decani et capitulum ad instantem instanciam dictorum abbatis et conventus, ac ob eorum evidentem utilitatem, in claudenda dicta via consensum prebuerunt, et consenserunt expresse quod clausa perpetuo remaneat dicta via; pro dicto consensu autem habendo, in restitucionem dampnorum que dictis decano et capitulo poterant provenire ex clausura dicte vie, dicti abbas et conventus quandam terram quam habebant in vico de Saubourc, censum, ventas et investituras, et quedam alia jura, dictis decano et capitulo dederunt, prout in litteris hinc inde confectis plenius vidimus contineri. Nos autem diligenti super premissis cognicione prehabita, ad instantem instanciam parcium predictarum, quia premissa reperimus ad utilitatem utriusque ecclesie facta esse, communi utilitate pensata, premissa omnia approbamus, et in eis auctoritatem nostram interponimus et decretum. In cujus..... sigillum curie remensis fecimus apponi. Datum anno..... M° CC° LXXX°, feria quinta post dominicam qua cantatur *Reminiscere*.

CCCCI.

CARTA qua Petrus remensis archiepiscopus Nicasianis concedit, ut spacium inter eorum monasterium et fossata urbis, muro claudi valeant [1]. 1er avril 1281.

Archiv. de Saint-Nicaise, liass. 13, nos 4 et 8. — Marl., II, 573.

Universis.... Petrus..... remensis archiepiscopus. Decet domum Domini sanctitudo, decet eciam ut in sanctis ecclesiis, et locis ecclesiasticis conversacio sit habitantibus Deo grata, inspicientibus placida, et frequentantibus locum illum sit et videatur honesta, que non solum residentes instruat et reficiat, sed et convenientibus ibidem proficiat ad salutem. Attendentes itaque quod prope monasterium et ecclesiam gloriosissimi martiris B. Nicasii remensis, locus est quidam respectu ecclesie altitudinis eminentis, super fossata videlicet ville nostre remensis, ex quo infra predicti septa monasterii per locum eundem transeuntibus patet aspectus, multaque sicut intelleximus que referre non ex-

[1] Voyez plus haut, pages 806 et 807.

pedit, committuntur ibidem turpia et alia inhonesta, preter immundicias ex fetoribus circumquaque provenientibus que non competunt loco tante sanctitatis et nominis honestato; ideoque propter premissa, et ob reverenciam martiris antedicti, ac ipsorum religiosorum obtentu, et ad preces excellentissime domine, domine Marie Dei gracia regine Francie illustris, que et locum et inhabitantes eundem dilectione prosequitur speciali, abbati et conventui loci ejusdem concedimus ut ipsi predictum locum, prout protenditur, a vico de Saubourc, usque ad vicum S. Nicasii juxta portam, et ab edificiis ipsius monasterii usque ad murum antiquum qui est supra dicta fossata in latitudine, dummodo super dicta fossata edificare non possint, nec aliud facere per quod pejorari seu diminui possint ipsa fossata, claudere valeant, et propriis usibus applicare. In cujus rei, etc..... Datum anno Domini M° CC° LXXX°, mense aprili, die martis ante Ramos Palmarum.

CCCCII.

Juin 1281. [ARRESTUM quo injunctum fuit comiti Campanie, quod erga archiepiscopum remensem contragagiaciones non attemptaret] in parlamento Penthecostes, anno M° CC° LXXX° I°.

Olim, II, fol. 55, verso.

Archiepiscopus [1] remensis cepit quosdam homines quos dicebat esse suos burgenses remenses, et cubantes et levantes in banno suo remensi. Gentes comitis Campanie dicentes eosdem homines esse burgenses suos de Castellione, pecierunt eos sibi reddi, et quia sibi redditi non fue-

[1] C'est sans doute à l'affaire dont il est question dans cet acte, ou à une affaire semblable, que se rapporte la pièce suivante, qui se trouve Arch. du Royaume, J, cart. 206, n° 8 « Universis presentes litteras inspecturis, Petrus, miseratione divina remensis archiepiscopus, in Domino salutem. Noveritis quod cum excellens dominus noster dominus Philippus, Dei gratia Francorum rex illustrissimus, homines et bona nostra....., per gentes Campanie capta in terra archiepiscopatus et ecclesie remensis, precipiat et faciat libere reddi, homines vero et bona capta per gentes easdem infra comitatum campanensem per suam manum superiorem recredi, nolumus quod per hoc, ista vice, nobis et ecclesie remensi novum jus acquiratur quoad proprietatem vel possessionem, nec dominis campanensibus prejudicium aliquod generetur; quin potius negotium quod habemus in curia predicti domini nostri contra dominos Campanie, in eodem statu in quo est, die lune ante Purificationem beate Marie, quo die comparere tenemur in dicta curia, resumatur. Datum anno Domini M° CC° octogesimo sexto, die martis post Nativitatem Domini. »

runt, de rebus ipsius archiepiscopi contragagiando ceperunt; super quo conquestus fuit dictus archiepiscopus, et petebat dictas capciones contragagiando factas liberari et sibi emendari. Gentibus Campanie ex adverso dicentibus, se esse in longa possessione contragagiando capiendi, quando ex parte ipsius archiepiscopi de rebus hominum Campanie capiebatur, et conveniendi postmodum ad stalla ad tractandum inter se, ut unicuique jus suum dimitteretur. Auditis hinc inde propositis, pronunciatum fuit per jus, hujusmodi contragagiaciones non esse tolerandas, utpote in prejudicium domini regis factas, cum ad ipsum tanquam superiorem pertineat inter suos subditos jus tenere, et justiciam excercere; propter quod fuit preceptum gentibus Campanie, quod erga dictum archiepiscopum paratum coram domino rege stare juri, hujusmodi contragagiaciones amodo attemptare non presumant; et preceptum fuit gentibus dicti comitis Campanie, quod res per eos taliter capte, libere redderentur, salvo jure heredis Campanie.

CCCCIII.

JUDICIUM curie regie quo archiepiscopus remensis ad restituenda dampna monasterio S. Remigii illata, condempnatur. Août 1281.

Archiv. de Saint-Remi, liass. 17, n° 8. — Archiv. du Roy., L, cart. 22, n° 265.

Philippus..... Notum facimus, quod cum abbas et conventus S. Remigii remensis in nostra curia proposuissent, et dicerent..... contra dilectum et fidelem nostrum archiepiscopum remensem, quod cum ipsi abbas et conventus possiderent quandam domum cum orto, arboribus et fossatis, aqua, muro, ponte et clausura, et aliis ad dictam domum pertinentibus, dictus archiepiscopus, seu gentes ejus ipso mandante, vel ratum habente, predictam destruxerunt injuste, manu armata, vexillis elevatis, et magna multitudine gentium congregata; gentibus predicti archiepiscopi dicentibus, quod premissa fecerant juste, et utendo jure ipsius archiepiscopi. Tandem visa inquesta de mandato nostro super premissis facta, et auditis et intellectis rationibus utriusque partis [1], pro-

[1] Nous avons retrouvé l'exposé des moyens de l'abbé et du couvent de Saint-Remi dans une liasse de renseignements des archives de l'abbaye. Nous le transcrivons ici :

Hii sunt articuli abbatis et conventus S. Remigii remensis.

« Procuratores dictorum abbatis et conventus

nunciatum fuit per curie nostre judicium, quod dictus archiepiscopus, nobis et dictis abbati et conventui, emendabit predicta, et quod restituet dictis abbati et conventui omnia dampna eisdem illata occasione

dicunt, quod quando rex Ludovicus primo arripuit iter transmarinum, erat in saisina seu possessione gardie abbatie, seu custodiendi abbatiam S. Remigii remensis cum proventibus ipsius infra banleucam constitutis.

« Item, quod dicti abbas et conventus tunc temporis erant in possessione seu saisina, ut dictus rex custodiret eos et dictam abbatiam cum pertinenciis, ut dictum est.

« Item, quod post recessum dicti regis, regina Blanqua, que custodiebat regnum Francie loco domini regis, continuendo predictam saisinam seu possessionem, usa fuit predicta gardia, et primogenitus filius dicti regis post mortem dicte regine.

« Item, quod dicta regina usa fuit dicta gardia, et vacante * monasterio S. Remigii, et non vacante.

« Item, quod antequam idem rex rediret in regnum Francie, mortua dicta regina, Thomas tunc archiepiscopus remensis, dicto monasterio tunc abbate carente, intravit injuste dictam abbatiam [contra voluntatem] ** prioris et majoris partis conventus.

« Item, quod dum idem rex reverteretur de ultramarinis partibus, ex parte dicti prioris et majoris partis conventus, dicto monasterio adhuc vacante, missum fuit ad dominum regem, ut ostenderetur quod factum erat per dictum archiepiscopum in dicta abbatia ***.

« Item, quod post petitionem et ostentionem, defecit idem archiepiscopus, et fuit positus in deffectu ****.

« Item, quod post deffectum, idem archiepiscopus perdidit per judicium curie domini regis dictam gardam talem qualem habebat ante.

« Item, quod post dictum judicium, idem rex Ludovicus usus fuit dicta gardia in pace *****, vivente dicto archiepiscopo, et post mortem ipsius, per multos annos.

« Item, quod dictus rex usus fuit dicta gardia in pace, post mortem dicti Thome archiepiscopi, usquequo Johannes archiepiscopus remensis fuit; et tempore ipsius J. archiepiscopi, quousque idem rex remisit eidem Johanni dictum deffectum, quantum in se fuit *****, cui remissioni dicti abbates et conventus non consenserunt, nec adhuc consenciunt.

« Item, quod idem rex predictam remissionem fecit eidem archiepiscopo, salvo jure

* « Primo vacavit M° CC° L° I°, mense octobri. » Note marginale.

** Ces mots sont ajoutés par une main postérieure.

*** Dans la liasse à laquelle nous empruntons ce factum des moines de Saint-Remi, se trouve la réplique qu'y fit le procureur de l'archevêque. Ainsi, à cet article il répond :

« Credit [procurator archiepiscopi] quod quidam monachi, tres vel quatuor, iverunt ad regem, sed non credit eos missos fuisse ex parte dictorum prioris et majoris partis conventus. »

**** « Petit procurator archiepiscopi, declarari peticionem et ostensionem, et super quibus;.... nec credit quod archiepiscopus post peticionem et ostensionem defecerit, aut fuerit positus in defectu, cum semper paratus fuerit jus audire per pares suos, et judicari per pares, vel jus audire an per eos judicari deberet; nec credit ostensionem factam tempore domini Thome....; credit tamen quod quia archiepiscopus Thomas dixit, quod nolebat judicari sine suis paribus....., dominus rex saisinam seu possessionem dicte gardie accepit in manu sua, pro sue libito voluntatis...., et quod dicta saisina per eundem regem fuit postmodum D. Johanni archiepiscopo successori dicti Thome restituta.... »

***** « Dicit procurator archiepiscopi, quod non credit judicium latum fuisse, nec quod rex pacifice usus fuerit. »

****** « Non credit procurator archiepiscopi, archiepiscopum fuisse in defectu; credit tamen quod dictus rex amovit manum suam quam apposuerat, pro eo quod dicebat archiepiscopus se non debere judicari, nisi per pares. »

seu ratione violentie supradicte. In cujus rei..... Actum Parisius, anno M° CC° IIII^xx° I°, mense augusto.

ipsius regis et cujuslibet alterius, tam in possessione, quam in proprietate; et voluit quod per dictam remissionem, nichil juris acquireretur eidem archiepiscopo in possessione nec in proprietate.

« Abbas et conventus S. Remigii remensis intendunt probare contra archiepiscopum remensem, quod ipsi pacifice possidebant quandam domum, que Domus Vinarii vulgaliter dicitur, [cum?] orto, arboribus, fossatis, et aqua, muro, clausura, et ponte, et aliis, ad dictam domum pertinentibus et ad aquam, non est adhuc annus elapsus.

« Item, quod ipsi, et illi a quibus predicta habuerunt in banno et dominio suo existencia, possederint predicta a longissimo tempore, seu longo, pacifice et quiete.

« Item dicunt, quod archiepiscopus remensis, seu gentes ejus auctoritate et nomine ejus, congregata et vocata multitudine hominum per preconem, vexillis apertis, cum armis, eo tempore quo predicti religiosi possidebant premissa, predicta destruxerunt, scindendo arbores, destruendo et dilaniando dictam domum, rumpendo fossata et pontem, ita quod pisces evaserunt, frangendo archas hominum dicte domus, pannos, capones et galinas, et alia utensilia domus predicte, violenter absportarunt, et seminata cuncta vastaverunt.

« Item dicunt, quod predicta fuerunt facta, postquam fuerunt capta in manu domini regis per baillivum viromandensem, seu per servientem ejus auctoritate ejus seu mandato; qui serviens inhibuit eidem archiepiscopo, ex parte domini regis, ne aliquid attemptaret in predictis contra dictum abbatem, et dixit quod predicta capiebat in manu domini regis.

« Item dicunt, quod in predictis locis ipsi religiosi habent omnimodam justiciam, altam et bassam, et erant predicta sita in banno et dominio ipsorum religiosorum.

« Intendunt hoc probare, vel quod sufficiat.

« Petunt quod archiepiscopus reficiat destructa, et dampna restituat ad estimationem ducentarum marcharum argenti, et injuriam emendet domino regi, et ipsis, ad estimationem curie.

« Negant factum propositum a parte adversa, in quantum contradicit intentioni eorum.

« Et protestantur quod si archiepiscopus probaret quod proposuit, quod sibi non valeat, nec eisdem religiosis noceat, tum quia predicta erant in manu domini regis, cum quia facta fuerunt contra inhibitionem ex parte domini regis factam, cum quia sine cause cognitione, licet predicti religiosi antea diu fuissent in possessione predictarum.

« Intendunt probare abbas et conventus S. Remigii remensis, contra archiepiscopum remensem, quod eo tempore quo Thomas quondam archiepiscopus remensis fecit, seu fieri fecit, quoddam stagnum et unum molendinum cum calceia, inter S. Martinum le Hurex et Duntriel, predicti abbas et conventus habebant prope unum molendinum cum duabus piscariis, et diu ante habuerant.

« Item dicunt, quod per stagnum, vivarium, calceiam facta per dictum archiepiscopum, molendinum dictorum religiosorum factum est totaliter inutile, et piscarie similiter. Ita, dicunt, aqua dicti stagni occupat prata et terras censuales eisdem religiosis, propter quod ipsi amittunt census suos, et jam annis plurimis amiserunt. Si altera pars prescriptionem pro se alleget, predicti religiosi negant, et dicunt se interruptionem fecisse.

« Petunt dicti religiosi, quod dicta calceia, stagnum et vivarium, cedant, et adnichilentur, et revertantur ad antiquum statum; quod ipsi habeant suum molendinum et piscarias, sicuti habebant, a tempore quo predicta facta fuerunt.

« Petunt eciam dampna sua quod propter hoc sustinuerunt, ad estimationem ter centum marcarum argenti.

« Injuriam petunt emendari domino regi, et sibi, ad estimationem curie. »

CCCCIV.

Août 1281. JUDICIUM curie regie quo pronunciatum fuit, regem in possessione custodie monasterii S. Remigii remansurum fore.

Archiv. de Saint-Remi, liass. 17, n° 8. — Arch. du Roy., L, cart. 22, n° 264.

Philippus..... Notum facimus quod cum abbas et conventus S. Remigii remensis in nostra curia proposuissent, et dicerent nomine suo et monasterii sui predicti, contra dilectum et fidelem nostrum archiepiscopum remensem, quod nos et predecessores nostri eramus et fueramus in possessione et saisina garde seu custodie dicte abbatie S. Remigii, cum ipsius pertinentiis infra banleucam remensem constitutis, et quod dicti abbas et conventus erant in possessione et saisina quod nos et predecessores nostri dictum monasterium cum predictis pertinenciis custodiremus; predicto archiepiscopo contrarium dicente, et asserente se esse in possessione dicte garde seu custodie, et amovendi violentias, et emendandi injurias que fiebant dictis monachis in eorum personis vel rebus, et disponendi et dispensandi de bonis dicti monasterii, et ponendi ibidem custodes seu administratores; dictis abbate et conventu premissa negantibus; tandem visa inquesta super hiis de mandato nostro facta, visis etiam cartis, litteris, privilegiis [1], rationi-

[1] Nous avons trouvé, dans une liasse de renseignements des archives de Saint-Remi, deux instruments assez mal conservés, dont l'un contient l'indication des autorités invoquées par l'archevêque; l'autre, quelques unes des raisons alléguées par son procureur pour combattre les témoignages qu'a produits la partie adverse. Voici ces fragments :

§. I.

« Anniversarium Arnulphi archiepiscopi « remensis, qui dedit nobis burgum istud, et « furnos, et bannum; et justiciam. »

« Anniversarium Sulphi archiepiscopi, qui « Sulphus fecit fieri murum circa burgum « istud. »

Ista duo precedentia continentur in collectario nobis exhibito pro collectario S. Remigii, in quodam kalendario quod est ibi.

In cronicis :

« Sulphus episcopus. Hic presul, monaste- « rium S. Remigii cum adjacentibus ecclesiis « vel domibus muro cingens, castellum ibi- « dem instituit [*]. »

In libro S. Dyonisii (?) [**] :

« Basilica igitur gloriosi confessoris Christi « Remigii corpore insignata, que usque ad « hec moderna duravit tempora, rémensium « quondam archiepiscoporum studio in- « choata, et a venerabilis memorie Hycmaro « eorum successore consummata, anno in- « carnati Verbi octingentesimo L° II° ab ipso « est dedicata. Que quidem non adeo operosi « edificii sollidata est munitione, quoniam

[*] Flodoardi lib. IV, cap. 19.

[**] « Liber iste itinerarium est Leonis IX, ab Anselmo. » Cette note est d'une écriture postérieure à celle du corps de l'acte, en marge duquel elle se trouve. Voyez l'itinéraire de Léon IX imprimé par fragments dans Marlot, II, 88, dans les Bolland., octob., I, 176; et complétement, dans Mabillon, Acta SS. secul. VI, part. I, p. 712.

Digitized by Google

bus et instrumentis que predicte partes dicere, producere, et proponere voluerunt, pronuntiatum fuit per curie nostre judicium, quod nos re-

« barbare nationes per id temporis hanc in-
« festantes provinciam frequenti incursione,
« prefatos presules ab hujusmodi impedie-
« bant intentione. »

Item exhibuit nobis pars archiepiscopi alium librum antiquiorem de ecclesia S. Remigii, ut prima facie videbatur quod esset antiquior, et pars archiepiscopi asserebat ita esse; in quo continebantur illi duo primi articuli in principio istius cedule recitati de Arnulpho et Sulpho.

Item exhibuit pars archiepiscopi legendam antiquam et autenticam de ecclesia S. Remigii, ut pars archiepiscopi asserebat, et prima facie videbatur quod esset liber antiquus, in ea parte que incipit : « Ceterum « cujus funus, etc. » Usque ibi : « Tandem « coacti, quoniam parva ecclesiola erat in ho-
« nore B. martiris Christophori, sed nullum
« corpus nominati sancti in ea jacebat, et in
« qua eique circumadjacentibus atriis ex an-
« tiquo erat cymiterium remensis ecclesie,
« petierunt ut dominus declararet, si in
« eadem ecclesia vellet illud corpus sanctis-
« simum poni; et sic tanta facilitate motum
« est feretrum, ut nullum honus portantes
« sentirent. Sepultum est autem illud vene-
« rabile corpus in eadem ecclesia, in loco ubi
« altare est in honore S. Genovephe que fa-
« miliarissima extitit B. Remigio; quod ma-
« nifestum est actum fuisse divina disposi-
« tione, atque ipsius voluntate, ut sicut res
« suo nomine acquisite, juxta sacras leges
« episcopio ecclesie remensis erant unite, ita
« et que ipsius meritis erant de cetero acqui-
« rende, remensi ecclesie in cujus jaceret
« territorio, unirentur *. »

Predictos autem omnes et singulos libros quatuor, asseruit pars archiepiscopi esse libros antiquos et autenticos de ecclesia B. Remigii, et in eadem pro talibus haberi, et eosdem esse approbatos ab abbatibus et monachis ipsius monasterii; et fides adhibetur ab eisdem monachis rebus que in ipsis libris continentur; et utuntur dicti monachi dictis libris publice in capitulo, et in choro suo, et claustro, et refectorio, et pro veris et autenticis.

[Pro rege.] Quantum ad articulos predictos, credit pars regis dictos quatuor libros esse antiquos. Credit quod sint de ecclesia B. Remigii; nec credit quod sint autentici, nec credit quod sint approbati ab abbatibus et monachis S. Remigii, precipue quantum ad clausulas suprascriptas. Dicit etiam, quod si essent approbati a dictis monachis, quod tamen non credit, tamen approbatio monachorum non debet prodesse archiepiscopo, nec nocere regi, maxime quod illi libri non sunt compositi a sanctis viris quod sciatur, nec a talibus auctoribus quorum scripta recipiantur pro veris vel pro autenticis communiter et publice; nec credit quod illis libris utantur pro veris in illa parte, nec quod utantur publice. Adjecit etiam procurator regis, pleniori habita deliberatione, quod monachi utuntur illo libro pro vero in ea parte que continet legendam B. Remigii; sed non credit quod abbatia S. Remigii sit sita in illo loco in quo corpus B. Remigii fuit sepultum primo, in tempore de quo loquitur legenda; quantum ad alios libros respondet ut prius.

Replica.

« Epistola fratrum remensis monasterii ad
« fratres monasterii in monte Cassino con-
« stituti :

« Exigui ac permodici regularis vite secta-
« tores fratres qui sunt Remis constituti, in
« monasterio beati et gloriosi confessoris
« Christi Remigii archiepiscopi, sanctis ac
« Deo dignissimis fratribus Cassini. Summe
« divinitatis, etc. »

Item : « Temporibus Clisperici regis
« Francorum, etc. Ibi divertit in monaste-
« rium B. Remigii Francorum apostoli, quod
« est constructum in suburbio Remorum
« prepotentis urbis, ubi ipse dominus et
« confessor Christi egregius pretiosissimo
« requiescit corpore, etc. »

Item exhibuit [pars archiepiscopi?] lit-

* Hincm., Vit. S. Remigii, Bolland., 1er octob., p. 161.

manebimus in possessione dicte garde seu custodie, et quod dicti abbas et conventus remanebunt in possessione hujusmodi quod nos custodia-

teras Tho. archiepiscopi. Item transcriptum littere de restitutione saisine facta Johanni archiepiscopo. Item testamentum S. Remigii in parvo libro. Item collectarium S. Remigii. Item alium librum antiquiorem de ecclesia S. Remigii. Item producemus baillivum viromandensem super saisina facta Johanni archiepiscopo.

§. II.

..... De hiis que in facto consistunt, et aliis jam propositis in produccionibus dictorum testium coram auditoribus, offert se procurator archiepiscopi que sufficiant legitime probaturum, petens se ad probandum admitti, offerens eciam se declaraturum de premissis, si que fuerint declaranda; dicens et proponens idem procurator, quod premissa proposita, quatenus non fuerint alias proposita, de novo venerunt ad sui noticiam, et ad noticiam D. archiepiscopi, de quibus paratus est idem procurator fidem facere juramento, vel alias prout justum fuerit.

Insuper ad vestri informacionem pleniorem et exhoneracionem vestram, considerato tenore peticionis dictorum religiosorum, seu clami sui in quo prefati religiosi prosequuntur de gardia abbacie et membrorum abbacie, nichil prosequuntur de gardia eorum que sunt extra abbaciam infra civitatem et banleucam remensem, prout ex tenore peticionis eorum liquidius apparet; unde quantum ad gardiam eorum que sunt extra septa monasterii, non debent dicta testium vos movere.

Item quantum ad abbaciam que est infra civitatem remensem, et infra baroniam suam, que ecclesia fuit fundata in cimiterio proprio ecclesie remensis cujus idem archiepiscopus dominus esse dignoscitur, et fuerunt sui predecessores, nec debent aliqua dicta testium ab adversa parte productorum vos movere, cum si unquam alique garde fuerint ibi posite, sit pocius verisimile hoc fuisse racione gardie generalis, tempore guerrarum archiepiscoporum pro tempore existencium, quam racione gardie specialis.

Item dicti testes in suis sunt deposicionibus varii, discordes, singulares et contrarii ad invicem, prout apparet ex inspeccione ipsorum deposicionum subtiliter intuenti, et istud per vos plenius est inventum.

« Item cum protestatus fuerit procurator D. remensis archiepiscopi de dicendo in instrumenta ex parte dictorum religiosorum in modum probacionis exhibita, et de petendo sibi fieri exhibicionem eorum, petit dicta instrumenta sibi exhiberi, ut ea plene videre possit idem procurator et ejus consilium, et contra ea proponere que sibi viderit expedire. Proponit tamen, quatenus potest instrui ex inspeccione copie dictorum instrumentorum, quod dicta instrumenta non faciunt fidem, nec debent facere, considerato tenore eorum; nec per ea probatur intencio monachorum. Cum enim certum sit, et plene appareat omnibus videre volentibus, dictam abbaciam situatam infra civitatem et muros civitatis remensis cujus idem D. archiepiscopus esse dominus temporalis dignoscitur, et fuisse predecessores ipsius, nec religiosos posse exire de ipsa civitate quoquomodo, nisi per districtum et jurisdiccionem domini remensis, certum est si D. rex, immo si DD. reges qui fuerunt pro tempore, dictis religiosis de S. Remigio fecerunt aliquas concessiones [quod?], in dictis concessionibus si facte fuerunt, semper jus alienum, et specialiter jus ecclesie remensis et D. archiepiscopi, remaneret salvum, nullomodo per concessiones regias immutatum, maxime cum reges Francie nullum domanium infra civitatem et banleucam remensem habuerint temporibus retroactis. Unde cum certum sit, ut predictum est, dictam abbaciam situatam in dominio remensis archiepiscopi, item in cimiterio ecclesie remensis, item eciam appareat fundatam abbaciam et ecclesiam et castrum ex concessione archiepiscoporum, et hec eciam appareant per libros antiquos, et plenius posset instrui regia magestas per libros quos habent dicti monachi antiquos, et cronicas, ubi premissa apparent et jus clarum dicti

mus eos et monasterium predictum, cum pertinenciis predictis. In cujus rei testimonium..... Actum Parisius, anno Domini M° CC° IIII^xx^ I°, mense augusto.

CCCCV.

SENTENCE arbitrale rendue sur l'indemnité due à MM. du chapitre, pour [une partie de?] la rue de Saubourc, [acquise de MM. de S.-Timothée, et?] que MM. de Saint-Nicaise n'avoient pu garantir au chapitre après la lui avoir cédée. Octobre 1281.

Le Moine, cat. des archiv. du chap., II, 248. — Archiv. du chap., lay. 56, liass. 166, n° 1.

.....Ordinaverunt et arbitrati fuerunt, quod nos [Nicasiani], singulis annis de cetero, in recompensacionem dicti vici quem dimiserunt nobis, tenemur reddere dictis decano et capitulo in perpetuum, triginta

archiepiscopi, supplicat et petit procurator eosdem libros, et specialiter librum qui Floart nuncupatur, ubi hec fere continentur expresse, exhiberi. Igitur premissis presuppositis de quibus fecit D. archiepiscopus mencionem in processu, et ad que probanda, et ad alia, prout potest, exhibet libros antiquos et instrumenta, et petit alios predictos libros exhiberi, et quod offert se probaturum; proponente idem procuratore, quod instrumenta a parte adversa producta que incipiunt : In nomine Sancte et individue Trinitatis, etc.... Item instrumentum quod incipit : In nomine Patris*.... fidem non faciunt, cum de aliis concessionibus, seu alia concessione faciant mencionem de quibus non apparet; et eciam si appareret, tamen immunitatem seu concessionem non possent fecisse dicti reges in prejudicium archiepiscopatus et ecclesie remensis... : et semper quando princeps aliquid concedit, jus cujuslibet alterius intelligitur et debet intelligi esse salvum, nec intendit princeps in concedendo jus alterius absorbere.

« Item non obstant confirmaciones Adriani et Alexandri que videntur esse facte in forma communi; cum nichil voluerint Adrianus et Alexander confirmasse, nisi quatenus primo concessum a regibus valebat.

« Item non obstant nec obstare possunt littere prepositi laudunensis si que essent; item nec littere baillivi, cum sua scriptura nichil potuerit agere in prejudicium dicti archiepiscopi, presertim extra bailliviam et prepositurum eorum.

« Item pocius videntur fecisse pro gardiandis rebus que erant extra civitatem et banleucam, quam pro eis que erant infra banleucam et civitatem, cum hoc fecissent tempore guerrarum, cum illa custodia extra civitatem et banleucam forte pertineret ad regem duntaxat, et non alia; quare dicte littere fidem non faciunt, presertim in prejudicium archiepiscopi.

« Item littere bone memorie Ludovici regis Francie, genitoris vestri **, non obstant, cum facte fuerint eo tempore quo idem dominus rex tenebat in manu sua gardiam, ob defectum bone memorie Thome archiepiscopi remensis, que gardia fuit postmodum archiepiscopo restituta; propter que non faciunt prejudicium dicto archiepiscopo, nec possunt opitulari abbati et conventui predictis.

« Et de hiis que in facto consistunt offert se probaturum procurator, quod sufficiat, petens et supplicans ad probandum admitti. »

* « Instrumenta Ludovici IV et Hugonis regum. » Note marginale.

** « Ergo processus iste fuit tempore regis Philippi III, filii Ludovici IX. » Note marginale.

quinque sextarios frumenti boni et puri, ad mensuram remensem, in grangia nostra, de decimis nostris de territorio remensi, que decime S. Nicholai de Villezert vulgariter appellantur.....

CCCCVI.

Novembre 1281. CHARTA qua capitulum remense ratam habet concessionem archiepiscopi remensis, qui Nicasianis claudendi spatium inter eorum monasterium et fossata urbis existens, facultatem impertiverat.

Archiv. de Saint-Nicaise, liass. 13, n° 10.

Universis..... H. prepositus, H. decanus, J. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres, salutem..... Notum facimus quod cum reverendus pater P..... remensis archiepiscopus, concesserit viris religiosis abbati et conventui S. Nichasii remensis ut ipsi vicum de Saubourc, prout protenditur, usque ad vicum S. Nichasii, juxta portam S. Nichasii, et ab edificiis ipsius monasterii, usque ad murum antiquum qui est supra fossata in latitudine, claudere valeant et propriis usibus applicare, nos concessionem hujusmodi ab archiepiscopo factam, prout in litteris suis continetur, laudamus et approbamus, et quantum in nobis est confirmamus. In cujus rei.... Datum anno Domini M° CC° LXXX° I°, mense novembri.

CCCCVII.

1er juillet 1282. EPISTOLA Guillelmi rothomagensis archiepiscopi, et Guillelmi ambianensis episcopi, ad remensem, senonensem, turonensem, archiepiscopos, de privilegiis a fratribus minoribus et predicatoribus impetratis.

Marl., II, 579. — Bessin, concil. rothom. prov., part. I, 155.

CCCCVIII.

Août 1282. CONCLUSIONS du chapitre général, qui rappelle tous les anciens statuts de l'église de Reims et en promulgue de nouveaux [1].

Le Moine, cat. du chap., I, 139.

[1] Le texte latin de ces statuts se trouve dans les Archiv. du chap., lay. 10, liass. 18.

CCCCIX.

CARTA Philippi regis, carte Petri archiepiscopi pro Nicasianis confirmatoria. Décembre 1282.

Archiv. de Saint-Nicaise, liass. 13, n° 11.

n° 4. Nous les donnons en entier dans nos Archives législatives. Voici l'analyse qu'en fait Le Moine :

Anciens statuts.

« 1°. Il y aura tous les ans un chapitre général qui se tiendra le lendemain de l'Assomption Notre-Dame, pour traiter des affaires spirituelles et temporelles de l'église, et les délibérations qui y seront prises ne pourront être abrogées ou changées que dans un chapitre général, avec distribution manuelle à chaque chanoine assistant, les trois premiers jours.

« 2°. Tous les ans sera montré aux chanoines le trésor de l'eglise, avec distribution manuelle aux chanoines présens, pendant les trois premiers jours.

« 3°. Le diacre assistera toujours le prêtre célébrant à l'autel pour prévenir les inconvéniens.

« 4°. L'on sonnera pour tous les chanoines decédés hors la ville de Reims, excepté la grosse cloche appelée *aboie-mort*, qui ne se sonne que pour les chanoines présens.

« 5°. Chaque chanoine dira une messe s'il est prêtre, ou un psautier s'il ne l'est pas, pour les chanoines défunts présens ou absens.

« 6°. Après le décès d'un chanoine, son exécuteur testamentaire gardera les clefs de la maison canoniale pendant un mois, etc.

« 7°. L'anniversaire se célébrera dans l'année du décès.

« 8°. Des deniers provenans de la vente d'une maison du chapitre à vie, ou d'une sergenterie, ou des amendes, il n'en sera distribué à chaque chanoine que 10 liv. par.; et si la somme étoit petite, à la volonté du chapitre, sauf toujours les 40 s. accoutumé être répartis à chaque chanoine dans toutes distributions; le surplus de la somme employé aux besoins de l'église.

« 9°. Nul chanoine ne sera nommé à un office ou une prévôté, s'il n'est résident en l'église de Reims; et l'on ne pourra occuper deux offices en ladite église.

« 10°. Tout chanoine nommé à une prévôte prêtera serment de bien gérer et rendre compte.

« 11°. Tout prévôt sera tenu de visiter sa prévôté tous les mois, ou si elle est éloignée, tous les deux mois.

« 12°. Tous les ans, au chapitre général, seront nommés deux chanoines pour visiter les maisons, moulins et autres bâtimens du chapitre, avec des experts; faire faire les réparations, etc.

« 13°. Cet article regarde la distribution du pain au refectoire, en nature ou en argent.

« 14°. Tous ces anciens statuts seront lus, relus, confirmés ou changés tous les ans au chapitre général.

Voicy les nouveaux statuts.

« 15°. Tout chanoine qui sera débiteur envers le chapitre d'une somme ou d'une rente, sera tenu de la solder sous peine de privation de son entrée au chœur, et de la perte du pain, etc.

« 16°. Il s'agit dans cet article des chanoines suspectés de foranéité, de leur assertion par serment, et de la perte du pain, etc.

« 17°. Nul chanoine ne peut être dispensé par grâce, en chapitre, de faire son stage....

« 18°. Le chapitre ne pourra accorder à aucune femme un lieu ou prébende dans l'hospice Notre-Dame ou Hôtel-Dieu, jusqu'à ce que celles qui sont nommées aient obtenu une place ou prébende; si ce n'est pour le roi et la reine (à leur recommandation).

« 19°. Le chapitre ne pourra faire un don ou grâce de 100 s, si ce n'est en chapitre général.

« 20°. Un chanoine qui demandera pour

Philippus, Dei gracia Francorum rex. Notum facimus..... quod nos litteras.... archiepiscopi remensis vidimus in hec verba :

Universis.... Petrus [1], etc., etc.

Nos autem premissa rata et grata habentes, volumus et concedimus quantum in nobis est, quod dicti religiosi locum predictum perpetuo tenere possint et possidere, absque coaccione vendendi, vel extra manum suam ponendi, salvo tamen in aliis jure nostro, et jure in omnibus quolibet alieno. Quod ut ratum..... Actum Parisius, anno..... M° CC° LXXX° II°, mense decembri.

CCCCX.

Ann. 1282. REMONTRANCES faites par le bailly de Vermandois, au nom du roi, contre l'évêque de Laon et ses entreprises pour étendre la justice et ressort de son duché.

Hist. généal. de la maison de Fr., I, p. 143. — Rec. de pièces concern. les Pairs, pr., p. 72.

CCCCXI.

Novembre 1283. JUDICIUM, Petro remensi archiepiscopo presente, prolatum, de comitatu Pictaviæ et terra Alverniæ regi Francorum adjudicatis.

La Roque, Hist. de la maison d'Harcourt, III, 206.

CCCCXII.

Novembre 1283. MANDATUM curiæ regis ad baylivum viromandensem, ut manum suam amoveat de quadam terra capituli remensis, a comite Campaniæ amortisata.

Laurière, Amortiss., pr., p. 34.

Cum baillivus viromandensis, ratione statuti a domino rege facti, de acquisitis ab ecclesiis et ecclesiasticis personis in feudis et retrofeudis suis, extra manum suam ponendis, terram quæ fuit de Stephani bonis [*sic*, D. Stephani Bovis?] sitam in villis de Ausoncia et de Villanova

lui, ou pour un autre, une grâce au chapitre, sera obligé de se retirer avant la délibération qui accordera ou refusera.

« 21°. Enfin le chapitre statue que l'argent qui appartient aux anniversaires sera entièrement distribué aux chanoines qui l'auront gagné par leur présence à la célébration desdits anniversaires, selon la coutume. »

[1] Voyez plus haut, la charte du 1er avril 1281.

Digitized by Google

in Campania, quam capitulum remense titulo emptionis acquisierat, saysivisset, et in manu domini regis cepisset; procurator capituli, nomine dicti capituli, proposuit dictam terram sibi amortisatam a comite Campaniæ, de cujus feudo dicta terra movebat, chartam dicti comitis confectam super dicta amortisatione ostendens. Visa dicta charta, et rationibus dicti capituli intellectis, præceptum fuit baylivo a dicta curia, ut manum suam amoveret.

CCCCXIII.

[Sentencia lata] in pallamento Omnium Sanctorum, anno M° CC° LXXX° III°. Novembre 1283.

Olim, II, fol. 69, verso.

Burgenses remenses quos archiepiscopus remensis ceperat et captos tenebat, recredentur sibi ipsis per manum dicti archiepiscopi.

CCCCXIV.

Epistola Petri remensis archiepiscopi ad Philippum regem Francorum, qua eum supplicat quatinus regalia electo tornacensi, a se, auctoritate metropolitani, confirmato, restituat. 2 mars 1284.

Preuves des Lib. de l'égl. gall., 2e part., p. 107.

CCCCXV.

Charta Philippi regis de præjudicio, per homagium a Johanna regina Navarræ archiepiscopo remensi apud S. Germanum in Laya præstitum, archiepiscopis remensibus non generando. 16 avril 1284.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. III.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis præsentes litteras inspecturis, salutem. Cum dilectus et fidelis noster archiepiscopus remensis, a dilecta nostra Johanna, Dei gratia regina Navarræ, comitissa Campaniæ et Briæ, apud S. Germanum in Laya, de gratia speciali, homagium recepit ad nostram requisitionem; idem archiepiscopus protestatus fuit, quod nolebat quod sibi, aut successoribus suis, per hoc in posterum præjudicium generetur, quin futuris temporibus, ipsa, vel hæredes ejus, aut successores dictæ Johannæ in dicto comitatu, teneantur in loco ubi consuetum est ab antiquo, videlicet in palatio suo remensi, ut dicebat, homagium facere consuetum; nec nos etiam volu-

mus quod per factum istud sibi aut successoribus suis præjudicium aliquod generetur.....; in hoc etiam, quod hujusmodi homagium recipiatur in loco consueto, consensit expresse dicta Johanna. Ad ejus requisitionem, eidem archiepiscopo præsentes litteras dedimus, sigilli nostri munimine roboratas. Actum apud S. Germanum in Laya, dominica in octavas Paschæ, anno Domini milles° ducent° octoges° quarto.

CCCCXVI.

4 mai 1284. **Main-levée** de la saisine de la garde de l'abbaye Saint-Nicaise, donnée par le bailli de Vermandois au profit de l'archevêque.

Livre Rouge de l'Échev., p. 74. — Cart. A de l'Archev., fol. 31, verso.

Gautiers Bardins, bailliz de Vermendois, au prévost de Loon salut. Comme li rois nous eust mandeit par sa lettre, que se nous estiens certain que l'arcevesques de Rains fust en la saisine de gardeir les biens temporeuz et les persones de l'église Saint-Nichaise de Rains, et, ou de nouvel, ou en manière qui ne fust mie souffisans, li religieus de ladite église se fussent avoueit de la garde le roi, jà soit ce chose que l'arcevesques en nule défaute desdiz religieus et de leurs biens temporez gardeir, et nous soions enfourmeit de ladite garde, nous vous mandons que, selonc l'enfourmement que nous en avons fait par bonne gent et par les erremens que nous en avons veuz, la saisine de la garde des biens temporeuz de ladite église dedans la vile, la citeit et la banliue de Rains, vous délivrez audit arcevesque, et il en face ce que raisons sera. Donneit à Cerni en Laonnois, le juesdi apreis la feste de l'Invention Sainte-Crois, l'an mil deus cens quatre-vint et quatre.

Et à ce furent apeleit comme eschevin [1], Garniers Helluyns, Jakes li Nains, Thoumas Erars, Colars li Escos, à Rains en la court de l'osteil Otin, le venredi apreis la feste de l'Invention Sainte-Crois; et là furent encore maistres Estesvènes de Bétignivile, Guios de Germons prévos de Rains, Rogiers Jambette, et pluseur autre, là où Robers de Champangne en osta la main le roi.

[1] Cette note importante, qui ne se trouve que dans le Livre Rouge de l'Échevinage, nous révèle à quel titre nous voyons depuis long-temps figurer au bas des actes les plus importants le nom de différents bourgeois de Reims dont on ne désigne pas la qualité, mais qui, sans nul doute, assistaient comme échevins aux transactions qu'autrefois la curie romaine insinuait dans ses registres.

CCCCXVII.

MANDATUM regis pro informatione super saisina garde monasterii S. Nichasii remensis. 28 juin 1284.

Cart. C du chapitre, fol. 130, n° 125.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, baillivo viromendensi salutem. Cum tibi dedissemus alias in mandatis, quod te informares utrum simus et essemus in saisina custodiendi abbatiam S. Nichasii remensis, et utrum abbas et conventus dicti loci essent in saisina custodiri per nos; et similiter, utrum fidelis et dilectus noster [archiepiscopus remensis] sit et fuisset in saisina custodiendi abbatiam dictam, cui informationi dicti abbas et conventus non fuerint vocati; iterato tibi mandamus, quatinus, saisina dicte garde in manu nostra tanquam in manu superioris detenta, vocato tecum aliquo presbitero probo viro, neutri parti suspecto, quem duxeris eligendum, vocatis etiam dictis abbate et conventu, et aliis qui fuerint evocandi; et sive dicti abbas et conventus venerint, sive non, pro parte nostra, et pro parte dicti archiepiscopi, super saisina dicte garde, prout melius poteris, te informes; et informationem seu apprisiam quam super hoc feceris, quam citius commode poteris ad curiam nostram refferas, vel remittas. Actum Parisius, die mercurii post festum B. Johannes Baptiste, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto.

CCCCXVIII.

[SAISINA garde abbatie S. Nichasii archiepiscopo remensi deliberata], in pallamento Penthecostes, anno Domini M° CC° LXXX° IV°. Juin 1284.

Olim. II, fol. 69, verso.

Saisina garde corporis abbatie S. Nichasii remensis, et bonorum suorum infra banleucam remensem, deliberata fuit archiepiscopo remensi; et preceptum fuit baillivo viromandensi, ne de dicta garda amplius se intromitteret.

CCCCXIX.

6 juillet 1284.

Vendage soubz le seel de la court de Reins donné le juedi après les octaves saint Pierre et saint Pol, l'an mil cc quatre-vins et quatre, par lequel appert que Colin Du Hammel, freppier, et Ydron, sa femme, vendirent aux eschevins de Reins la maison près de la porte Régnier-Buiron.

Livre Blanc de l'Hôtel-de-Ville, fol. 329, verso.

Universis..... magistri Ruffinus de Fiteclo canonicus, et N. de Ferrariis officiales remenses..... Noverint universi quod coram Lamberto de Calvomonte, clerico fideli curie remensis ad hoc specialiter deputato, propter hoc personaliter constituti Colinus de Hommello freparius, et Aderonna uxor ejus, Remis manentes, in burgo Vidule, recognoverunt se vendidisse bene et legitime....., et eorum quilibet in solidum, scabinis remensibus, ad opus scabinatus, et pro eodem scabinatu, quandam domum..... in Cultura, sitam prope ulmum illum qui situs est juxta portam illam que dicitur porta Reneri Buiron, ex nunc ab eisdem scabinis et scabinatu, seu ex parte eorundem, inperpetuum tenendam et habendam, tanquam suam propriam, liberam et immunem ab omni onere servitutis, census videlicet et supercensus, et alterius cujuscumque oneris, obligacionis...., exceptis duodecim denariis parisiensibus recti census et annui, singulis annis inperpetuum majori majorie de Cultura..... solvendis et reddendis; in domo predicta vendita nichil penitus retinentes venditores predicti, sed ex nunc in predictos scabinos et scabinatum totaliter transferentes iidem venditores, sua spontanea voluntate, ac eciam eis expresse cedentes, quicquid juris, accionis, possessionis et proprietatis, in domo predicta vendita, vel ejus occasione, contra quoscumque habebant, vel habere poterant ipsi venditores, vel alter eorum, racione quacumque sive causa. Et facta fuit, et est, predicta vendicio domus predicte vendite, et ejus appendiciorum, predictis scabinis et scabinatui a venditoribus memoratis, precio viginti et quatuor librarum et decem solidorum parisiensium, de quo precio predicto recognoverunt iidem venditores, se creantum suum a predictis scabinis recepisse et habuisse, et de precio eodem sibi

ab ipsis scabinis ad plenum satisfactum fuisse et esse, in pecunia numerata sibi ab ipsis scabinis, propter hoc tradita, soluta, et deliberata, et de precio predicto quittantes et liberantes iidem venditores expresse predictos scabinos et scabinatum, et de precio eodem se tenentes et habentes pro bene pagatis, et eciam pro contentis. Insuper firmiter promittentes iidem venditores, fide super hoc ab ipsis prestita corporali, quod in domo predicta vendita et ejus appendiciis legitimam in futurum portabunt garandiam, et eorum quilibet in solidum, adversus omnes juri et legi parere volentes; pro qua garandia predicta, ut predictum est, portanda, obligaverunt iidem venditores, et eorum quilibet in solidum, eisdem scabinis et scabinatui, omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura, ubicumque fuerunt et poterunt inveniri, et specialiter quandam domum cum ejus appendiciis quam habebant iidem venditores, ut dicebant, Remis in burgo Vidule, sitam inter domum Willermi Parmentarii ex una parte, et domum Jessonis dicti Ginguandoi ex altera; quam eciam domum, cum ejusdem domus appendiciis, pro predicta garandia, ut predictum est, portanda, dederunt et exposuerunt iidem venditores, et eorum quilibet in solidum, in contravadium, pignus, et ypothecam, scabinis et scabinatui supradictis; et eos ad predicta bona omnia et singula, propter hec predicta, specialiter et in solidum assignarunt. Qui eciam venditores de domo predicta vendita et ejus appendiciis, tanquam de re legitime vendita [se] devestierunt in manu majoris predicte majorie de Cultura, et per eundem majorem grifarios [1] dicti scabinatus, nomine ejusdem scabinatus, et pro ipso, de dicta domo et ejus appendiciis, tanquam de re legitime vendita, fecerunt investiri, prout decet. Et sciendum est, quod quantum ad premissa pertinet, renunciaverunt expresse predicti venditores, fide super hoc ab ipsis prestita corporali, omni excepcioni rei non vendite, non tradite; precii predicti non traditi, non soluti, non deliberati; excepcionibus doli, mali, fraudis in factum, lesionis, decepcionis, et circonvencionis cujuscumque, licet ultra dimidium justi precii; beneficio obligacionis dividende, et specialiter predicta A., de auctoritate mariti sui

[1] Voici la première mention que nous ayons rencontrée des greffiers de l'Échevinage, et la première trace de la distribution et de la répartition des fonctions administratives entre les divers membres de ce corps.

predicti, omni beneficio dotis, dotalicii, donacionis propter nupciis, reportagii; et auxilio ac excepcioni senatus consulti velleiani, omnique juris et legis auxilio in favorem mulierum introducto; iidem vero conjuges insimul, omnibus exceptis et auxiliis, tam juris quam facti, que possent obici contra premissa, vel aliquid premissorum. In quorum omnium testimonium..... Datum anno Domini M° CC° LXXX° IV°, feria quinta post octabas festi beatorum apostolorum Petri et Pauli.

CCCCXX.

23 août 1284. MANDEMENT du bailli de Vermandois au prévôt de Laon, pour la main-levée du corps et des biens de l'abbaye de Saint-Nicaise, au profit de l'archevêque.

Cart. A de l'Archev., fol. 22, verso.

Gauchier Bardin, bailly de Vermandois, au prévost de Laon salut. Nous vous mandons du commandement le roy, que vous ostez la main que vous avez mise de par le roy au corps de l'abbaye de Sainct-Nicaise de Reims et ès biens que ilz ont dedans la banlieue, et en laissiez l'archevesque joyr comme souverain; car le roy a de ladicte abbaye et desdictz biens sa main ostée par raison de garde, et commandé à vous sergent qu'ilz ne s'entremettent de l'abbaye, ne desdictz biens, par raison de garde. Donné à Paris, lendemain des octaves Nostre-Dame en my-aoust, en l'an de grâce M. CC. IIII^xx et IV.

CCCCXXI.

25 août 1284. EXPLOIT de montrée et de vue de lieux contentieux entre les échevins et l'archevêque, savoir, des chaussées de la ville et du bureau de la recette.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, domaine, liass. 24, n° 1.

A tous ceus qui ces présentes lettres verront et orront, Estesvènes Chastelains, serjans le roi en la prévosteit de Loon, salut. Nous faisons à savoir à tous, que com jours fust assenés de par la court le roi as eschevins de Rains, contre l'arcevesque de Rains, au lendemain de feste Saint-Bertremmi l'apostèle, en l'an de grâce M. CC. IIII^xx et IIII, à faire

Digitized by Google

monstrée des chaucies de Rains, dont contens est entre ledit arcevesque et ices eschevins, et des lius où on a acoustumeit à recevoir le chauciage, et de la maison au change, dont contens est ensement entre ledit arcevesque et ices eschevins; nous, ou dit jour, fûmes à Rains; et adonc, de par les devant dis eschevins, as gens ledit arcevesque, c'est à savoir à Haymart dit le Frison, et Guiot de Germens prévost de Rains, qui là estoient, de à ce faire pour l'arcevesque et en son non, fu faite monstrée des devant dites choses; et cele monstrée souffist à ices Haymart et Guiot, qui à ce faire, einsi com il est desseur dit, estoient pour ledit arcevesque et en non de lui. En tesmoing de laqueil chose.....

CCCCXXII.

Noticia de jurisdicione capituli remensis in hospitali B. Marie remensis; et de consensu ejusdem capituli, quod dictum hospitale libere et in manu mortua imperpetuum tenere possit quedam acquisita. Ann. 1284, et 2 mai 1285.

Livre Rouge du chap., fol. 327, verso.

..... Eodem anno [M° CC° IIII^XX° IV°], circiter dominica qua cantatur: *Esto michi,* officialis venerabilis viri domini Alberici de Lavania majoris archidiaconi remensis, monuit de facto dominum Radulphum presbiterum, et fratres Adam et Petrum conversos, hospitalis nostri B. Marie remensis, ut ipsi quendam excessum, quem eos perpetrasse dicebat, curie dicti domini archidiaconi emendarent; et pro eo quod iidem moniti monicioni predicte parere noluerunt, idem..... officialis eos fecit per parochias civitatis remensis de facto excommunicatos publice nunciari. Demum vero suscitata discordia super hoc inter capitulum remense ex una parte, et dictum archidiaconum ex altera, dicto capitulo asserente quod ad ipsum solum, et non ad dictum archidiaconum, pertinebat jurisdicio secularis et ecclesiastica in hospitali predicto, venerabilis vir magister Johannes de Villari-Sicco, dominica in Ramis Palmarum, in cimiterio B. Dyonisii, publice, in pleno sermone, astante ibidem cleri et populi multitudine numerosa, prefatas sentencias de mandato capituli clara voce denunciavit, declaravit, et protulit, esse nullas, utpote a non judice promulgatas; inhibens omnibus subditis

capituli, ne predictas sentencias aliquatenus observarent. Postmodum vero placuit capitulo et archidiacono supradictis, et in hoc eciam consenserunt expresse, quod venerabiles viri magistri Symon Matiffardi archidiaconus, et Ruffinus de Fiteclo canonicus, remensis ecclesie, auditis racionibus parcium, de plano, sine strepitu judicii, super dicta discordia arbitrarentur et ordinarent, prout eis racionabile videretur. Qui quidem Symon archidiaconus, et Ruffinus, in pleno capitulo, presente ibidem magistro Nicholao de Tali Loco, sigillifero majoris archidiaconi supradicti, qui partem pro ipso archidiacono faciebat, attendentes jus capituli in premissis adeo esse notorium quod non poterat aliqua tergiversacione celari, declaraverunt, pronunciaverunt et arbitrati sunt, omnimodam jurisdicionem in hospitali predicto ad dictum capitulum pertinere, ad archidiaconum vero nullam. Denunciaverunt eciam predictas excommunicacionis sentencias nullas esse. Ordinaverunt eciam, quod archidiaconus mandaret sacerdotibus civitatis remensis, quod ipsi de cetero a denunciacione predicta cessarent, et quod dictos fratres ad communionem admitterent, excommunicacione hujusmodi non obstante; quod fecit archidiaconus supradictus parendo ordinacioni predicte. Actum anno Domini M° CC° octogesimo quinto, feria quarta post dominicam qua cantatur : *Vocem jocunditatis.*

Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, tali die, facta fuit composicio et ordinacio inter capitulum remense ex una parte, et venerabiles viros magistros Symonem Matiffardi archidiaconum, et Johannem de Villagardana cantorem ecclesie remensis, provisores hospitalis nostri B. Marie remensis, de voluntate et consensu expresso fratrum et sororum hospitalis ejusdem, in modum qui sequitur. Cum enim dictum hospicium multas terras arabiles, vineas, prata, domos, et alias possessiones ac redditus annuos, in villis et territoriis de Salcia, de Vergny, et de Tali Loco acquisivisset de novo, quos sine gravi prejudicio capituli supradicti retinere non poterant (*sic*), quia dampnosum fuisset plurimum hospitali predicto, si opportuisset eos (*sic*) extra manum ponere hujusmodi acquisita, pro evidenti utilitate ipsius capituli, consensit capitulum, quod dictum hospitale, libere et in manu mortua, imperpetuum tenere possit hujusmodi acquisita, salva justicia capituli et gardia in omnibus supradictis; et ne de cetero possit in pre-

Digitized by Google

missis aliqua fraus committi, ordinatum fuit, quod fratres dicti hospitalis traderent capitulo in scripto omnes et singulas pecias acquisitorum ipsorum. Ordinatum eciam est, quod de cetero dictum hospitale nullas possessiones vel redditus acquirere possunt (*sic*) in terra capituli; et si forte eis alique possessiones vel redditus pietatis intuitu relinquantur, vel inter vivos donentur, quod idem hospicium hujusmodi acquisita infra annum extra manum suam ponere teneatur, alioquin anno elapso, sine alia monicione vel precepto, dicta bona in voluntate et disposicione capituli remanebunt. Et in recompensacionem premissorum, concordatum fuit et ordinatum, quod capitulum remense illam partem quam dictum hospicium habebat in domo de Clarissel et pertinenciis, quam ad presens tenet magister Adam scolasticus remensis, illam eciam porcionem et omne jus quod habebat dictum hospicium in domo in qua ad presens manet magister Symon Matiffardi archidiaconus supradictus, necnon et domum in qua moratur magister Johannes de Villari Sicco canonicus remensis, habebit et imperpetuo possidebit; ita quod ex nunc tota domus de Clarissel cum pertinenciis, domus eciam in qua moratur dictus archidiaconus, et illa in qua manet dictus magister Johannes, ex nunc pertinebunt ad dictum capitulum, pleno jure; ita quod in eis, dictum hospitale nichil juris, viventibus, cedentibus, vel decedentibus, dictis archidiacono, scolastico, vel magistro Johanne, de cetero sibi poterit vendicare.

CCCCXXIII.

Littera Philippi regis, de prejudicio burgensibus remensibus pro donatione facta non generando. 5 février 1285.

Bibl. de Reims, Rogier, 1, fol. 62.

Philippus..... Notum facimus, quod cum burgenses de banno..... Petri archiepiscopi remensis, ex mera gratia nobis quadringentas libras turonenses dederint, nolumus quod ratione hujusmodi donationis prejudicium aliquod generetur, et nobis novum jus aliquod acquiratur. In cujus..... Actum Parisius, die lune post festum Purificationis B. Marie virginis, anno..... M° CC° LXXX° IV° (scellé en queue du grand scel).

CCCCXXIV.

5 mars 1285. LITTERA primogeniti regis Franciæ, Campaniæ, Briæque comitis, quod homagium [1], per eum Parisius D. archiepiscopo remensi prestitum, nullum ejus successoribus generet præjudicium.

Marl., II, 576.

CCCCXXV.

6 mai 1285. CARTA Petri remensis archiepiscopi de cessatione a divinis.

Cocquault, tom. III, p. 240, verso.

Universis præsentes litteras inspecturis, Petrus, permissione divina remensis archiepiscopus, salutem in Domino. Pateat universis quod, ecclesia remensi, et nonnullis aliis ecclesiis, cessantibus a divinis contra nos, occasione cujusdam discordiæ super diversis articulis inter nos et dilectos filios decanum et capitulum remensis ecclesiæ subortæ, nuper accidit, pro jucundo adventu excellentissimi domini nostri Philippi Dei gratia Franciæ regis illustris, in honorem ipsius, et ad preces ejusdem, organa divinæ laudis fuerunt cum solemnitate resumpta. Nos autem proinde non modico lætantes applausu, nolentes prædictis decano et capitulo occasione resumptionis hujusmodi nocumentum aliquod, vel nobis juvamen quodcunque, quomodolibet afferri; quibuslibet auxiliis et commoditatibus omnibus quæ nobis possent acquiri ex organorum resumptione prædicta contra decanum et capitulum memoratos, renunciamus expresse, et promittimus nos dictis aliquatenus non usuros. In cujus rei.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo.... (*sic*) die dominica post festum Inventionis S. Crucis.

CCCCXXVI.

Juillet 1285. SENTENCIA a locum tenentibus regis prolata, in causa D. re-

[1] Nous indiquons ou nous donnons quelques pièces relatives à l'hommage que devaient les rois de France, comme héritiers des comtes de Champagne, pour divers fiefs relevant de l'archevêque de Reims; mais nous nous sommes dispensé de donner les actes de foi et hommage des autres feudataires du premier pair de France, quel que fût leur rang; ces actes eussent trop considérablement grossi notre collection, à laquelle ils n'appartiennent que d'une manière accessoire.

mensis archiepiscopi ex una parte, et abbatis et conventus S. Nichasii remensis ex altera.

Cart. A de l'Archev., fol. 32. — Marl. II, 576.

Matheus miseratione divina ecclesie B. Dionisii in Francia abbas humilis, et Simon dominus Nigelle, locum tenentes domini regis Francie, universis..... Notum facimus, quod cum in curia domini regis contentio verteretur inter dilectum et fidelem domini regis archiepiscopum remensem ex una parte, et abbatem et conventum S. Nichasii remensis ex altera, super eo videlicet, quod dictus archiepiscopus dicebat se et predecessores suos...., esse et fuisse in possessione custodie sive gardie monasterii S. Nichasii, et bonorum ejusdem in civitate et banleuca remensi; predictis religiosis premissa negantibus, et e contrario asserentibus dominum regem esse et fuisse in possessione custodie sive gardie monasterii S. Nichasii et bonorum ejusdem; ad requisitionem dictorum religiosorum, a curia domini regis datum fuit in mandatis Goberto de Luliaco militi, et Galtero Bardin baillivo viromandensi, quantinus super premissis se informarent, receptis testibus [quos partes predicte] super premissis producendos ducerent. Visa informatione predicta, auditis racionibus hinc et inde, saisina custodie sive gardie monasterii supradicti, et bonorum ejusdem in civitate et banleuca remensi, fuit adjudicata et reddita archiepiscopo supradicto. In cujus rei..... Actum Parisius, anno M° CC° IIII^XX^X V°, mense julio.

CCCCXXVII.

TESTAMENTUM Hugonis Le Large remensis decani. 22 septembre 1285.

Bibl. Roy., Cab. des Chartes, Reims, cart. III.

In nomine Patris...., etc., etc. Lego ecclesiæ B. Mariæ remensis, redditum meum quem emi a Johanne armigero apud S. Memmium.... Item lego capellanis ejusdem ecclesiæ remensis, jardinum quem emi apud Bodillum ab executoribus testamenti seu ultimæ voluntatis Petri quondam succentoris ecclesiæ remensis. Item lego canonicis S. Nutricis remensis, decem libras parisienses ad emendum annuum redditum... Item lego hospitali B. M. remensis, sexaginta libras paris. ad emendum annuum redditum, de quo singulis annis in die anniversarii mei

pauperibus hospitalis ejusdem pitanciam fieri volo in ovis et caseis, vel rebus aliis, secundum arbitrium dominorum ejusdem hospitalis, ipsis pauperibus distribuendam per manus conversarum ibidem deservientium. Item ecclesiæ S. Dionysii remensis, viginti libras parisienses ad emendum redditum annuum et perpetuum.

Item jampridem ecclesiæ B. M. sylvanectensis dedi viginti libras parisienses, ad emendum annuum redditum..... Item diu est quod..... capitulo B. Reguli sylvanectensis dedi decem libras parisienses.

Item fabricæ ecclesiæ B. M. remensis lego viginti libras paris. Item fabricæ ecclesiæ S. Nichasii remensis, sexaginta sol. parisienses. Item fabricæ ecclesiæ S. Jacobi in Cultura rem., viginti sol. par. Item fabricæ ecclesiæ B. Mariæ Magdalenæ rem., viginti sol. paris. Item fratribus prædicatoribus remensibus, viginti et quinque libras paris. in cibo, potu et vestibus ipsorum fratrum convertendas. Item fratribus minoribus remensibus, lego viginti libras paris. in eorum cibo, potu et vestibus similiter convertendas. Item fratribus de ordine Carmeli remensibus, lego viginti sol. par. pro sibi necessariis. Item sororibus ordinis S. Damiani remensibus, decem libras paris. pro sibi necessariis. Item Filiabus Dei remensibus, centum sol. paris. in communi pro sibi necessariis. Item Bonis Pueris remensibus, sexaginta sol. paris. Item hospitalibus pauperum S. S. Remigii, Nichasii, Anthonii, Petri ad Moniales, et Dionysii remensium, cuilibet eorum viginti sol. paris. pro pitantia ipsis pauperibus facienda. Item hospitali Alberici le Creveit, sito in parochia S. Petri veteris remensis, decem sol. paris., similiter pro pitantia pauperibus clericis in ipso hospitali manentibus facienda. Item pauperibus clericis scholæ B. M. remensis, viginti sol. per manus magistri ejusdem scholæ ipsis clericis distribuendos. Item hospitali de Diu-li-Mire remensi, centum sol. paris. in necessariis ejusdem hospitalis convertendos. Item fratribus hospitalis Montis Jovis, viginti sol. paris. pro pitantia. Item pauperibus Beguinis domus de Cantiprato sitæ in parochia S. Dionysii remensis, decem libras paris..... Item lego pauperibus Beguinis de Cantiprato in parochia S. Thimothei remensis, viginti sol. paris. Item leprosis S. Lazari ad homines remensibus, quinquag. sol. paris. Item leprosis S. Lazari ad mulieres, quinquag. sol. paris. Item leprosis de S. Medardo juxta Remis, decem sol. paris.

Item leprosis habitantibus juxta viam quæ ducit Cathalaunum, prope Diu-li-Mire, quinque sol. paris.

Item pauperibus hospitalis regitestensis, viginti sol. paris.

Item pauperibus, carcerariis, infirmis, verecundis mendicantibus, et aliis mendicare erubescentibus civitatis et suburbiorum remensium, ducentas libras paris. quas eisdem distribui volo in modum qui sequitur : videlicet in initio hyemis, diem obitus mei continue et immediate subsequentis, centum et decem libras paris. in carbonibus, et hoc modo videlicet : in parochia S. Sthephani remensis, decem libratas carbonum...., etc., etc. De quater viginti et decem libris paris. residuis, emi volo tunicas et sotulares, in qualibet dictarum parochiarum distribuendas, in initio hyemis diem obitus mei proxime et immediate subsequentis, etc.... Item minutis pauperibus in Mandato Adalberonis quondam remensis archiepiscopi congregandis, de bonis meis prædictis distribui volo viginti libras paris. per manus executorum meorum, etc.....

Item fratribus Vallis Scholarum remensibus, viginti solid. paris. pro pitancia ipsis fratribus facienda.

Item fratribus de Landaives ejusdem ordinis, viginti sol. paris. similiter pro pitancia. Item fratribus de Monte Dei ordinis cartusiensis, viginti sol. paris. similiter pro pitancia. Item hospitali S. Spiritus cathalaunensi similiter, etc. Item hospitali de Bodillo decem sol. paris. Item hospitali de Maubertifonte, decem sol. paris. Item Terræ Sanctæ hierosolymitanæ, viginti lib. paris.

Item ecclesiæ de Claromarisco juxta Remos, lego vineam meam sitam in territorio de Chalon, ita quod ejusdem vineæ vinum, quamdiu durare poterit, in infirmaria et conventu, et non alibi, bibatur, nec aliis detur, nec alienari possit, neque vendi..... Volo etiam quod de vino prædicto in die anniversarii mei, si tantum duraverit, ipsum vinum bibatur in conventu et in infirmaria ecclesiæ supradictæ.

Item conventui de Argenteolis lego centum sol. paris..... Item sorori Berthæ, meæ sorori, moniali ejusdem ecclesiæ, lego decem libras paris. Item quatuor neptibus meis monialibus ejusdem ecclesiæ de Argenteolis, decem libras parisienses lego, pro earum necessariis. Item monialibus de Jardino cisterciensis ordinis lego viginti solid. pro pitan-

cia, etc..... Item monialibus de Trosseio, quadrag. sol. paris. Item monialibus dou Confort juxta Macerias, quadrag. sol. paris. Item monialibus de Rosariis, viginti sol. paris. Item monialibus de Prato juxta Trecas, vig. sol. paris. Item monialibus de Longa Aqua, sexag. sol. paris. Item monialibus de Pratella, vig. sol. paris. Item monialibus dou Vineel juxta Cathalaunum, vig. sol. paris. Item monialibus de Cressy juxta Chaleranges præmontratensis ordinis, vig. sol. paris. Item monialibus de Aureo Monte, L sol. paris.....

Item ecclesiæ S. Petri ad Moniales remensi, xx lib. paris. ad emendum redditum annuum pro pitancia. Item canonicis ecclesiæ S. Symphoriani rem., XVI lib. paris.....

Item volo quod imago mea, quæ est de ebore, quæ quondam fuit Blanchæ reginæ, quam mihi dedit bonæ memoriæ R., quondam parisiensis episcopus, tradatur monialibus de Gratia, ponenda super illud altare quod est in earum choro, in mei memoriam, et matris. Tradi etiam volo eisdem tabulam meam majorem, in qua insculpta est imago crucifixi, et auriculare meum coopertum serico rubeo.....

Hujus autem testamenti mei, seu ultimæ voluntatis meæ, executores meos constituo..... viros venerabiles et discretos magistros Robert de Lorriaco, Petrum de Caturco, canonicos remenses, necnon dominum Petrum capellanum meum, et Johannem servientem meum..... In quorum omnium præmissorum testimonium et munimentum, sigillum curiæ palatii, et meum, una cum sigillis prædictorum magistrorum, etc.....

Datum anno Domini mil. ducent. octog. quinto, crastino festi B. Matthæi apostoli.

CCCCXXVIII.

23 septembre 1285.

PROCURATIO abbatis et monachorum S. Nichasii remensis, in causa que vertebatur inter eos et archiepiscopum remensem.

Cart. C du chap., fol. 210, verso, n° 208.

Universis presentes litteras inspecturis, prior et conventus monasterii S. Nichasii remensis, eternam in Domino salutem. Noverint universi, quod nos dominos Thierricum thesaurarium, Gerbertum de Passiaco, et Thomam de Basochiis commonachos nostros, exhibitores

Digitized by Google

presentium, nostros facimus, constituimus, et ordinamus, de assensu et auctoritate venerabilis in Christo patris G., Dei gratia abbatis monasterii nostri predicti, procuratores legitimos ad tractandum, componendum, pacificandum et transigendum cum reverendo patre ac domno domino nostro P., Dei gratia remensi archiepiscopo, super custodia sive gardia monasterii nostri, et bonorum nostrorum in civitate et banleuca remensi consistentium; necnon super quibusdam custibus, dampnis et expensis, quos, que seu quas, dictus dominus archiepiscopus asserit se fecisse et incurrisse occasione litis et cause inter ipsum ex parte una, nosque et abbatem nostrum ex altera, super saisina seu possessione custodie sive gardie predicte, in curia illustrissimi principis domini regis Francye habitarum, et aliis articulis quibuscumque, super quibus fuit et esse potuit et potest questio super premissis....[1].

Datum anno..... M° CC° IIII^XX° V°, feria VI^a in festo B. Mathei apostoli.

CCCCXXIX.

LITTERA pacificationis et arbitrii inter dominum remensem archiepiscopum ex una parte, et abbatem et conventum B. Nichasii remensis ex altera, super facto gardie dicti monasterii ad predictum dominum archiepiscopum spectantis, et super pluribus controversiis. 3 octobre 1285.

Cart. A de l'Archev., fol. 10. — Marl., II, 577, fragm. breviss.

Universis..... magistri Simon Matisfardi remensis ecclesie archidiaconus et Rusfinus de Fisteclo canonicus et officialis remensis, salutem..... Noverint universi, quod nobis propter hoc constitutis personaliter in presencia reverendi patris ac domini nostri, domini Petri Dei gracia remensis archiepiscopi, in palacio suo remensi, astantibus ibidem multis magnis viris et fide dignis, tam religiosis, quam secularibus, religiosus vir dominus Guibertus abbas monasterii S. Nichasii remensis ordinis S. Benedicti, necnon et fratres Theodoricus thesaurarius, Gerbertus de Painiaco (*sic*), et Thomas de Bazochiis, procuratores prioris et conventus dicti monasterii, habentes ad infrascripta speciale

[1] Le reste de la procuration est dressé d'après les protocoles ordinaires.

mandatum a priore et conventu,..... eidem domino archiepiscopo verba talia, vel hiis similia, clara voce dixerunt, et dici fecerunt :

« Reverende pater, quidam procurator ecclesie nostre S. Nichasii, « ductus malo consilio, advocavit illustrem dominum regem Francie « superiorem et immediatum gardianum monasterii S. Nichasii et « bonorum omnium suorum sitorum infra bannileucam remensem, et « vos deavoavit, dicens quod non vos, sed dictus dominus rex erat im- « mediatus superior in temporalibus et gardianus monasterii et bono- « rum omnium predictorum.... Ratione cujus advocationis, necnon et « pro controversia que erat inter nos et vos super molendinis et vivariis « de Dontrian et de S. Hillerio Manasseri, multe lites et controversie « inter nos et vos exorte sint in curia domini regis predicti et alibi, « testesque producti super dicta gardia, et instrumentum quoddam « exhibitum, sive carta, que in eadem curia fuisse dicitur reprobata, et « in tantum processum, quod in curia ejusdem domini regis super sai- « sina gardie predicte contra nos, et pro vobis, sentencia lata fuit. Modo « nos perpendimus quod male fecit predictus procurator faciendo ad- « vocacionem predictam, et quod injuste in prefata curia domini regis « fecimus super dicta gardia vos vexari et gravari laboribus et expensis : « et idcirco saniori consilio ducti, ut [*sic*, ne?] de cetero inter nos et « vos restet aliqua materia questionis, nos abbas, et nos procuratores « predicti, pro nobis et conventu predicto, advocacionem predictam, « et alias injurias, et dampna que vobis occasione premissorum intu- « limus, vobis ad vestrum beneplacitum emendamus; et promittimus « bona fide, quod quicquid vos nobis, vel per vos, vel per alios, quibus « arbitrium nostrum committere volueritis, injungetis, vel precipietis « facere, de alto et basso tenebimus et observabimus toto posse, suppli- « cantes quod misericorditer nobiscum velitis agere in premissis. »

Quibus dictis, eidem domino archiepiscopo prefati abbas et procuratores nomine procuratorio emendarunt premissa, et emendam sibi manualem fecerunt. Prefatus vero dominus Petrus archiepiscopus, recepta emenda predicta, protulit ista, vel consimilia verba :

« Nos nolumus quod aliquis suspicetur, quod nos contra istos abba- « tem et conventum, qui nobis occasione premissorum dampna gravia « et injurias intulerunt, velimus procedere animose. Novit Deus

« [quod] multum compatimur ecclesie S. Nichasii, et dolemus de eo « quod ipsi contra nos, et contra remensem ecclesiam, excesserunt; et « ut omnis suspicio tollatur omnino, nos super hiis arbitrari per nos « nullatenus intendentes, arbitrium nostrum committimus magistris « Simoni Matisfardi..... et Rusfino....., et promittimus bona fide nos « servaturos quicquid ipsi duo duxerint ordinandum super omnibus et « singulis supradictis..... »

Quibus sic actis, prefati abbas et procuratores, eidem domino archiepiscopo super hoc gracias refferentes, dixerunt :

« Et nos, domine, promittimus bona fide, et sub pena mille marcha- « rum argenti, quod nos plene et integre observabimus, et faciemus, « omne id quod dicti archidiaconus et officialis nobis occasione premis- « sorum duxerint injungendum; obbligantes ad eorum observacionem « et ad pene solucionem, si, quod absit, nos in eam contingat incidere, « nos et bona omnia ecclesie nostre predicte, exceptis tantummodo « quibusdam redditibus ad conventus nostri pitanciam deputatis. »

Nos vero archidiaconus et Rusfinus predicti, pro bono pacis, ad magnam instanciam parcium predictarum, et precipue predictorum abbatis et procuratorum, assumentes in nos onus hujusmodi arbitratus, secessimus in partem, et deliberavimus super negocio memorato; et deliberato consilio, ordinacionem nostram et arbitratum protulimus, presentibus partibus, in hunc modum :

« Nos Simon Matisfardi et Rusfinus predicti, arbitramur, dicimus et « ordinamus inprimis, quod vos abbas et procuratores S. Nichasii, ne « de cetero super dicta gardia controversia moveatur, domino archiepi- « scopo, et ecclesie sue remensi, dictam gardiam recognoscetis quoad « proprietatem et possessionem, in monasterio predicto, et in bonis « omnibus supradictis, et quod infra instans festum Omnium Sanctorum, « super hoc eidem archiepiscopo patentes litteras, sigillatas sigillis ab- « batis et conventus, competentis forme, ad arbitratum nostrum conce- « datis. Item, quia muri cum crenellis de consuetudine patrie designare « videntur fortalicium vel immediatam subjectionem regie dignitati, « pronunciamus et dicimus, quod omnes crenelli qui de novo facti sunt « in clausura murorum dicti monasterii, infra dictum festum Omnium « Sanctorum cadant et diruantur omnino, ita quod ibidem de cetero

« sine assensu archiepiscopi crenelli non fiant, sicut nec alibi Remis « fieri possunt in dominio domini archiepiscopi. Ordinamus etiam, « quod super tectum nove capelle que est in porta monasterii, ubi sunt « lilia in signum armorum regalium, ponatur in medio liliorum una « crux alba in signum armorum archiepiscopi, ut per hoc appareat « quod abbacia predicta debet in gardia domini archiepiscopi rema- « nere, et ut vos [*sic*, omnis?] materia litis cesset, ordinamus et di- « cimus, quod dicti abbas et conventus, a lite quadam contra dominum « archiepiscopum mota in curia domini regis Francie, super molendinis « et vivariis supradictis, et dampnis que petebat ecclesia S. Nichasii a « domino archiepiscopo, quamdiu vixerint prefati archiepiscopus et « abbas, vel alter eorum, cessabunt....; et quod abbas et conventus su- « per hoc patentes concedent litteras suas, infra dictum festum, domino « archiepiscopo. Super dampnis vero et injuriis ac expensis, et eorum « estimacione et condempnacione, necnon et super hoc, quod arbitra- « tui nostro addere, diminuere, et supplere et declarare possimus, si « opus fuerit, usque ad dictum festum Omnium Sanctorum, nos arbi- « tratores predicti reservamus nobis, de consensu expresso et voluntate « parcium, potestatem; et hiis mediantibus, omnes actiones, et con- « troversie, ac injurie, occasione premissorum exorte, hinc inde par- « tibus sunt remisse..... »

Quibus actis et ordinatis a nobis, ambe partes..... ordinacionem nostram predictam approbaverunt et emologarunt expresse. In quorum omnium testimonium, nos Simon, sigillo nostro, et ego Rusfinus, sigillo curie remensis, una cum sigillo meo proprio, fecimus presentes litteras sigillari. Premissis etiam interfuerunt presentes religiosi viri dompni Regnauldus S. Dionisii remensis ordinis S. Augustini, Johannes S. Theodorici, et Stephanus S. Basoli, abbates ordinis S. Benedicti remensis dioceseos, et venerabiles viri Albertus de Lavania remensis archidiaconus, magistri Johannes de Villagardana cantor, Petrus de Caturco, Petrus de Pontetremulo, et Regnauldus de S. Memmete, canonici remenses, et aliorum proborum virorum, tam religiosorum, quam secularium, multitudo. Acta fuerunt premissa in palacio remensi, anno.... M° CC° octogesimo quinto, mense octobris, feria tercia [1] post festum B. Remigii.

[1] Marlot a lu *sexta* la pièce suivante prouve qu'il s'est trompe

Digitized by Google

CCCCXXX.

LITTERA arbitrii prolati inter remensem archiepiscopum ex una parte, et abbatem et conventum B. Nichasii remensis ex altera, super dampnis, injuriis, expensis, que sustinuerat dominus remensis archiepiscopus, ob injustam vexacionem et culpam dictorum abbatis et conventus. 4 octobri 1285.

Cart. A de l'Archev., fol. 9, verso. — Marl., II, 577, fragm.

Universis..... magistri Simon Matisfardi remensis ecclesie archidiaconus et Rusfinus dé Fiteclo canonicus et officialis remensis, salutem.... Noverint universi, quod cum nos super diversis controversiis habitis inter reverendissimum patrem..... Petrum..... remensem archiepiscopum ex parte una, et religiósos viros abbatem et conventum S. Nicasii remensis ex altera, protulerimus ordinacionem nostram et sentenciam arbitralem; et de consensu expresso et beneplacito ambarum parcium, nobis usque ad instans festum Omnium Sanctorum, retinuerimus potestatem ordinandi et arbitrandi super injuriis, dampnis, et expensis, que prefatus.... archiepiscopus sustinuerat, et fecerat, et incurrerat, propter injustam vexacionem dictorum religiosorum et culpam ipsorum,..... sicut in patentibus litteris nostris sigillis et aliis pluribus sigillatis plenius continetur; tandem ut de cetero nulla prorsus maneat inter partes materia questionis, nos Simon archidiaconus, et Rusfinus predicti, super dictis dampnis, injuriis et expensis arbitramur, dicimus, ordinamus, partibus presentibus, in modum qui sequitur; videlicet quod dicti abbas et conventus, pro prefatis dampnis, injuriis, et expensis, eidem domino archiepiscopo reddant duo milia librarum turonensium parvorum, de quibus infra dictum festum Omnium Sanctorum satisfacient, ad arbitrium nostrum, mercatoribus nundinarum quibus obligatus est dominus archiepiscopus; et hiis mediantibus, et aliis que alias inter partes fuimus arbitrati, prefati abbas et conventus, omnes et singuli de conventu, erga dictum archiepiscopum ab omnibus injuriis, dampnis, querelis et controversiis...., liberi remanebunt.... Cui nostre arbitrali sentencie partes acquieverunt expresse. In cujus rei testimonium, presentibus litteris; nos Simon archidiaconus, sigillum nostrum,

et ego Rusfinus, de speciali beneplacito et voluntate dicti domini archiepiscopi, sigillum curie sue remensis, una cum sigillo meo proprio, duximus apponenda. Premissis autem interfuerunt presentes in palacio ejusdem domini archiepiscopi, religiosus vir dompnus Johannes abbas S. Theodorici juxta Remis..... venerabiles viri dominus Albertus de Lavania archidiaconus remensis, magistri Petrus de Pontetremulo et Reginaldus de S. Mammete canonici remenses, et Gerardus de Marla canonicus ariensis (?) et quam plures alii probi viri. Acta fuerunt premissa omnia in palacio remensi, anno M° CC° IIII^XX° quarto, [*sic*, quinto?] mense octobris, et feria quinta post festum B. Remigii.

CCCCXXXI.

30 octobre 1285.

LITTERA super gardia et superioritate monasterii B. Nichasii remensis, ac abbatis, conventus, et bonorum ejusdem infra bannileucam remensem existentium.

Cart. A de l'Archev., fol. 12, verso.

Universis..... Guibertus..... abbas humilis S. Nichasii..... totusque ejusdem loci conventus..... Notum fieri volumus universis..... quod cum olim, ad suggestionem quorumdam qui nobis pravo consilio suggesserunt, quod monasterium nostrum S. Nichasii, cum pertinenciis omnibus et bonis, tam Remis, quam alibi infra remensem bannileucam constitutis, excellentissimo principi D. regi Francorum, nullo medio quoad temporalem jurisdictionem et custodiam, subesse debebat, et inter nos ex una parte, et reverendum patrem et D..... Petrum..... remensem archiepiscopum ex altera, fuisset suscitata discordia super saisina gardie monasterii nostri predicti, et bonorum omnium sitorum infra bannileucam supradictam; tandem cum per sentenciam curie D. regis contra nos, D. archiepiscopo adjudicata fuisset saisina gardie memorate, nos qui postmodum deliberato consilio super predicta gardia et veritate negocii fuimus plenius informati, prefatam sentenciam contra nos latam super saisina dicte gardie tanquam justam et rationabilem approbantes, ne de cetero inter nos et prefatum D. archiepiscopum vel ejus successores, quod absit, occasione premissorum aliqua oriatur materia questionis, quia secundum rei veritatem comperimus quod

remenses archiepiscopi qui fuerunt pro tempore, prefatum nostrum monasterium erexerunt, et ab initio fundaverunt, sicut antique scripture et autentice plenius nos informarunt, quia etiam remenses archiepiscopi qui fuerunt pro tempore, a temporibus a quibus non estat (*sic*) memoria, pacifice usi sunt jure et saisina gardie supradicte; ideirco nos abbas et conventus supradicti..... recognoscimus et confitemur spontanee, ac in veritate testamur, quod nos et monasterium nostrum predictum, ejusque bona omnia infra remensem bannileucam constituta, sumus immediate de temporali custodia sive gardia archiepiscoporum remensium, et quod tam prefatus D. archiepiscopus, quam ejus successores, sunt et esse debent, quoad monasterium et bona predicta, nostri gardiani immediati, et superiores domini temporales. Et in testimonium veritatis omnium premissorum, ad eternam rei memoriam, presentes litteras, etc., etc..... Actum et datum anno..... M° CC° octogesimo quinto, feria tercia post festum B. B. Simonis et Jude appostolorum.

CCCCXXXII.

LITTERA renunciacionis facte per abbatem et conventum S. Nichasii remensis, ad opus domini archiepiscopi remensis, de quibusdam litibus, causis et processibus, per ipsos abbatem et conventum motis adversus predictum dominum remensem archiepiscopum. 30 octobre 1285.

Cart. A de l'Archev., fol. 11, verso.

Universis.... Guibertus.... abbas humilis S. Nichasii, totusque ejusdem loci conventus..... Noverint universi, quod cum nos causam moveremus contra reverendum patrem dominum Petrum..... remensem archiepiscopum, in curia illustrissimi domini regis Francie, super quibusdam vivariis, molendinis, et pascuis, et pluribus dampnis que dicebamus nobis et nostro monasterio irrogatis per dominos remenses archiepiscopos qui fuerunt pro tempore, in villis et territoriis de S. Hilario parvo, et de Dontrian, remensis dioceseos, et aliorum locorum vicinorum, occasione quorumdam vivariorum que facta erant in locis predictis per dominos archiepiscopos remenses qui fuerunt pro tempore; nos pro bono pacis et concordie, et ut prefati domini archi-

Digitized by Google

episcopi qui nunc est, cum nostro monasterio concordiam quantum possumus, foveamus, prefatis causis et litibus incoatis in curia domini regis, quoad presens, renunciamus omnino, et promittimus bona fide, quod quamdiu prefatus dominus Petrus..... vixerit, et quandiu nos Guibertus abbas predictus vivemus, vel alter nostrum..... prefatam litem, seu controversiam, nullatenus prosequemur, sed eisdem liti et controversie renunciamus omnino.... In cujus rei.... Datum anno.... M° CC° IIII^XX^° quinto, feria tercia post festum B. B. Simonis et Jude appostolorum.

CCCCXXXIII.

31 octobre 1285.

LITTERA recognicionis gardie et salvamenti de S. Hilario Manasseri, ad opus domini remensis archiepiscopi.

Cart. A de l'Archev., fol. 10.

Universis.... Guibertus.... abbas S. Nichasii.... Quod (*sic*) dissencionis materiam et controversias omnes libenter amputaremus ex quibus nostrum monasterium verisimiliter posset ledi, idcirco ad eternam rei memoriam, et ne per nos, aut successores nostros, inter nostrum monasterium et reverendum patrem, ac dominum nostrum, dominum remensem archiepiscopum qui nunc est, aut ejus successores imposterum suscitari valeat materia questionis; nos Guibertus abbas predictus, deliberato consilio cum prudentibus viris, et super veritate hujusmodi negocii plenius et diligencius informati, recognoscimus, dicimus, et in veritate testamur, quod villa nostra de S. Hillerio Manasseri remensis dioceseos, cum omnibus bonis que ecclesia nostra in eadem villa habere dignoscitur, sunt et fuerunt de speciali et immediata gardia et salvamento reverendi patris ac domini, domini remensis archiepiscopi qui nunc est, et antecessorum suorum a temporibus retroactis, et esse debent de speciali gardia et salvamento temporali successorum ejusdem domini archiepiscopi.....; quodque idem dominus archiepiscopus immediatus est gardianus noster, et salvator ejusdem ville, et bonorum predictorum; et hoc recognoscimus, salvo in omnibus jure ecclesie nostre, et quolibet alieno. In cujus rei..... Actum anno..... M° CC° octuagesimo quinto, in vigillia Omnium Sanctorum.

CCCCXXXIV.

LITTERA recognicionis gardie monasterii et bonorum S. Nicasii remensis, ad opus domini remensis archiepiscopi; et quod abbas et conventus dicti monasterii dicto archiepiscopo plures injurias emendarunt. 31 octobre 1285.

Cart. A de l'Archev., fol. 12.

Universis.... magistri Simon Matisfardi archidiaconus remensis ecclesie et Rusfinus de Fisteclo canonicus et officialis remensis..... Noverint universi, quod cum nos super diversis controversiis olim motis et habitis inter reverendum patrem ac dominum nostrum, D. Petrum.... remensem archiepiscopum, ex parte una, et religiosos viros abbatem et conventum S. Nicasii.... ex altera, presentibus partibus, juxta formam compromissionis facte in nos a partibus, seu commissionis, arbitrati fuerimus et ordinaverimus, et nostram arbitralem sentenciam protulerimus....; tandem processu temporis, prefati abbas et conventus volentes ordinacioni nostre parere, ne forte super peticione pene mille marcharum in compromisso apposite, possent ab eodem D. archiepiscopo imposterum molestari, sentencie nostre et ordinacioni paruerunt omnino; recognoverunt enim, quoad possessionem et proprietatem, eidem domino archiepiscopo gardiam monasterii, et bonorum suorum infra bannileucam remensem, et causam quam habebant in curia D. regis similiter remiserunt, et super hiis patentes litteras ad nostrum arbitrium concesserunt, sicut per nos fuerant condempnati. Item crenellos diruerunt, et albam crucem super tectum capelle posuerunt, sicut fuimus arbitrati. Mercatoribus insuper nundinarum, quibus D. archiepiscopus erat obligatus de duobus millibus libris...., ad liberacionem dicti D. archiepiscopi satisfecerunt integraliter et ad plenum, et adeo quod prefatus dominus archiepiscopus plenam liberacionem consecutus est erga mercatores predictos. Et quia nobis de hiis omnibus constat, et constitit evidenter; constitit eciam, et constat nobis, quod dicti religiosi omnino paruerunt nostre ordinacioni et sentencie arbitrali; idcirco nos Simon..... sigillum nostrum et ego Rusfinus, de speciali beneplacito et voluntate dicti D. archiepiscopi, sigillum curie sue remensis, una cum sigillo meo proprio, etc., etc..... Datum anno....

M° CC° octogesimo quinto, feria quarta festum [*sic*, ante festum?] Omnium Sanctorum.

CCCCXXXV.

6 janvier 1286.

Cahiers de la taille du couronnement de Philippe-le-Bel.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, sacres, liass. 1, n° 2, et regist. intitulés : Tailles de l'Échevinage, tom. II.

Véci les cohiers [1] de l'assise de la taille dou couronnement monsigneur le roi de France, laquele taille fu faite et getée en l'an de l'Incarnacion N. Signeur M. CC. IIII^xx et VII.

PARROCHE SAINT-HYLAIRE DE REINS.

Le compte de cette paroisse est entier. Il offre les noms de 246 contribuables laïques, qui versent en tout 1410 liv. 6 s. ; et ceux de 21 clercs, qui contribuent pour 117 liv. 14 s. 8 d. ; total : 1528 liv. 8 d. Voici les laïques compris sous la lettre A, et la désignation des cotes de 9 clers seulement :

Anciés li pouliers, VI liv. VI s. et III d. — Aubris de l'Ostel, XLI liv. XVII s. et IX d. — Aelis la Coquelete, VIII liv. XII d. — Aubers li macécriers, XVI s. — Aubris de Saci, VI liv. — Agnès la Grimaude, XIIII s. — Aubris li harigniers, VI s. — Aubrée, V s. et VII d. — Agnès la saineresse, X d. — Agos Aligos, XIIII liv. et XIIII d. — Aubuyns Niers-Bueue de Maisières, XXXIII s. et II d.

Somme, LXXIX liv. XIX s. et IX d.

. . . . . .

[1] Ce cahier, petit in-4°, est le plus ancien de ceux qui renferment des comptes de l'Échevinage. Il était dressé avec beaucoup de soin ; mais il a été lacéré depuis peu par une main ignorante. Il se composait de six fascicules dont nous n'avons pu retrouver qu'une partie. L'un de ces fascicules, le sixième, avait été réuni par les soins de M. Hivert, notre prédécesseur dans les fonctions d'archiviste, aux cahiers des tailles ordinaires, et relié avec ces cahiers dans le deuxième volume de la collection. Les autres fascicules n'existaient plus qu'à l'état de feuilles séparées, dispersées dans divers cartons, souvent déchirées par fragments. En nous aidant de l'ordre alphabétique dans lequel sont rangés les noms des paroissiens et des clercs des diverses églises, nous sommes parvenu à ramener un peu d'ordre parmi les feuilles qui restent, et à rétablir la distribution générale du compte dans lequel il ne subsiste plus que des lacunes de noms propres et de chiffres. La statistique locale a sans doute à regretter de trouver incomplets ces documents sur la population et les fortunes rémoises à la fin du XIIIe siècle ; mais dans ce qui reste nous avons fait en sorte de ne rien négliger de ce qui devait mettre cette science sur la voie de conjectures plausibles. Ne pouvant toujours donner le texte du compte dans son étendue, nous en avons recueilli avec soin les résultats ; seulement, pour ne pas rejeter continuellement dans des notes les récapitulations sommaires du texte, nous les avons laissées dans le texte même, en y employant le petit caractère des notes pour les y faire découvrir au premier coup d'œil.

Digitized by Google

Ce sont li clerc de la parroche Saint-Hylaire.

Hues clers do Temple, IX s. et VII d. — Robers li cointiers, IIII liv. et XVI s. — Evrars de Air, LXVIII s. et III d. — Li prestres de Saint-Hylaire, LXV s. et V d. — Ellaus clers, genres Challet le frépier, VI s. et V d. — Waleppes, XIIII liv. et XIX d. — Lavau-le-Roi, XXI liv. et XV s. — Signis, XX liv. — Li Temples, XXXIIII liv. III s. et VI d., etc., etc.

Somme de tous ces clers, C et XVII liv..... (*Arraché.*)

Somme de toute la parroche Saint-Hylaire, laies et clers ensemble, XV^c XXVIII liv. et VIII d.

[PARROCHE SAINT-SIMPHORIAN DE REINS.]

Toute la paroisse de Saint-Symphorien manque, sauf la dernière feuille.

Li prestres de Saint-Simphorian, VII s. et demi. — Colars, chapelains de Saint-Simphorian, XIX d. — Jehans, li coutres de Nostre-Damme, LXIIII s.

Somme de tous ces clers, III^c liv. C et II s.

Somme de toute la parroche Saint-Simphorian, layes personnes et clers ensemble, mil liv. VIII s. et VIII d.

[PARROCHE SAINT-PIERRE DE REINS.]

Les noms des contribuables laïques de cette paroisse manquent jusqu'à la lettre E. Ces contribuables sont imposés pour 1258 liv. 7 s. 3 d. en tout. Il ne reste que 214 cotes indiquées. Il y a de plus 22 clercs dont la cote subsiste; la fin manque.

. . . . . .

Somme de toutes ces layes personnes deseur dites, XII^c et LVIII liv. VII s. et III d.

Ce sont li clerc de la parroche Saint-Pierre.

B. li Larges, XLVIII s. — Li prestres de Saint-Michiel, VI liv. XV s. IX d. — Li mez de Auviler, LX liv. VI s. et V d. — La maison de l'ospitail, XX liv. — Li escolastres de Reins, XII liv. et XVIII s. — Li mari la fille P. le Keu, XXIIII s. — Li prestres de Saint-Pierre, XXXIII s. VIII d. — Moriaus li mires, XXXII s. — Maistres J. li Buef, VIII liv. — Messires Jehans Engermeiz, IIII liv.....

[PARROCHE SAINT-ESTÈNE ET SAINT-MORISE DE REINS.]

Les noms des contribuables laïques de ces paroisses manquent jusqu'à la fin de la lettre C. Il en reste 223 qui versent 386 liv. 15 s. 5 d. Il y a 88 cotes de clercs; les dernières manquent ainsi que la somme totale.

. . . . . .

Somme de toutes ces layes personnes, IIII^c IIII^xx et VI liv. XV s. et V d.

Ce sont li clerc des parroches Saint-Estène et Saint-Morise.

Li vaus des escoliers, VIII liv. XIIII s. et VII d. — Maistres Willaumes fius le maieur de Saint-Pierre, XVI s. — Li channoine de Saint-Pierre-as-Nonnains, XXVII s. et VII d. — Saint-Pierre-as-Nonnains, C et VII liv. VIII s. et III d. — Saint-Anthoines, XLVI liv. IX s. et VI d. — Saint-Morises, XVI liv. V s. et III d. — Li aumosne Saint-Pierre, VII liv. VII s. et III d. — Li prestres de Sarnai, XVI s. — Li niers Richeu la Veve, XXXVI d. .....

VÉCI LA PARROCHE SAINT-DENISE.

Le compte de cette paroisse est entier. Il y a 180 cotes de laïques, et 34 cotes de clercs.

. . . . . .

Somme de tous ces layes de la parroche Saint-Denise, VIII^xx et VII liv. et VI s.

Ce sont li clerc et les franches gens de la parroche Saint-Denise.

Adenés Vervins, XI. s. — Emmelène de Chévrigni, franche, XII s. — Ysabiaux de Courbon, VI s. et V d. — L'aumosne Saint-Denis, XIIII liv. IIII s. et X d. — La maisons de Igni, XX liv. — Les Cordelières, IX liv. et XIX d. — Les Praachéeurs, LXXV s. II d. — La maison de Vaucler, en rue Sarri, XLVIII s. — Marie li Converse, IX s. et VII d., etc., etc.

Somme de tous ces clers et ces franches-gens, II^c et XVI liv. et XIIII d.

Somme de toute la parroche Saint-Denise, layes personnes et clers ensemble, XXX^xx liv. LXVII s. et I d.

SAINT-JAQUE ET LA MAZELAINNE.

Le compte de ces paroisses est entier; il offre 258 cotes de laïques, et 10 cotes de clercs.

. . . . . .

Somme de toutes ces layes personnes.... (*Déchiré.*)

Ce sont li cler.

Li prestres de Saint-Jaques, XVI s. VI d. — Li prestres de la Mazelaine, VIII d. — Clermarés, XIX liv. et II s. — Li chartriers de Saint-Jaques, XX s. — Li chartriers de la Mazelaine, XXX s., etc., etc.

Somme de ces clers, XLI liv. VIII s. et XI d.

Somme de toute la parroche Saint-Jaque et la Mazelainne, clers et lais ensemble, IX^c liv. C et XV s. et XIIII d.

Ici commence la dernière partie du compte qui se trouve consignée dans quelques feuilles lacérées, et dans le sixième fascicule réuni par M. Hivert aux tailles ordinaires. Elle concerne, 1°. les lais forains demeurant à Reims; leur compte est entier, et offre 263 cotes; 2°. les vilois, dont la liste s'arrête à la lettre L, et contient cependant encore 259 cotes; mais ces cotes sont très faibles; la plus élevée est de 36 s.; la moins élevée, de 11 d.; 3°. enfin les clercs forains. Une seule feuille de leur compte est conservée; elle contient 49 cotes.

Véci les lais forains demourans à Reins.

Ammeline, femme Huesson le Large, XII liv. VII s. et VII d. — Anjorrans li taincturiers, XIII s. et VII d. — Adans li Flammains, XVIII s. et V d. — Baudessons de Pissechien, VII s. — B. do puis de Saint-Remi, XVIII d. — C. li oliers, de Rilli, XVII s. et VII d. — G. fius la Franche, de Coursalain, VII liv. et XIII s. — La femme Mgr Jehan Oison, chevalier, XIIII s. et V d. — La femme Mgr Bertran de Chanterainne, chevalier, XIIII s. et V d. — Li hoir le Roi Artus, IIII liv. — Li chartrier de Saint-Thimotheu, VI s. I d. — Li chartrier de Reins, X s. — Li chartrier de Saint-Julian, XIX d. — Maistres Remis, taillierres de pierre, XXIIII s. — Messires Bernars de Louvoies, chevaliers, XXXVIII s., etc.

Somme de tous ces lais forains de Reins, V^c et LXII liv. XIIII s. et IIII d.

Vez-ci les persones des vilois pour le couronnement.

Agnès de Courcelles, VII d. — Adans Tayons, V s. et VII d. — Aelis, mère Gringot, XV d. — Alars, III d. — Bertrans li cherretons, VI s., etc., etc.

[Véci les clers forains demourans à Reins.]

Belevol, VII liv. et IIII s. — Longueyaue, C et XVI s. — Li chapelain des parroches de Reins, VII d. — Saint-Syxtes, XIX d. — Saint-Remis, XXIII s. et I d. — Li prestres des parroches de Reins, XVIII liv. et XI d. — Li prious de Saint-Morice, IIII s. et IIII d., etc.

Somme de toutes ces églises et ces clers forains, II^c et VIII liv. XII s. et II d.

Somme de toutes les layes personnes do ban, de forains, et des vilois ensemble. (*Non indiquée.*)

Somme de toutes les églises et de tous les clers de Reins, do ban et de forains ensemble. (*Non indiquée.*)

Somme de toute la taille, layes personnes et clers ensemble. (*Déchiré.*)

CCCCXXXVI.

1er février 1280. PRIVILEGIUM Honorii papæ IV, qui archiepiscopo remensi concedit, ut si remensem provinciam visitantem, aliquam ipsius provinciæ diœcesim, postquam illam visitare incœperit, ea non plene visitata, ex aliqua rationabili causa exire contingat, ad loca non visitata in ipsa diocesi visitanda, iterato redire valeat.

Marl., II, 575.

CCCCXXXVII.

11 juin 1286. CHARTA qua Philippus rex clausuram parvi vici qui vulgariter appellari consuevit vicus Principis, Parisius, factam per archiepiscopum remensem, gratam et ratam habet.

Bibl. Roy., Cab. des Chartes, Reims, cart. III.

Philippus Dei gratia Francorum rex..... Notum facimus, quod nos clausuram parvi vici, quondam prorsus inutilis et immundi, qui vulgariter appellari consuevit vicus Principis, in terra S. Germani a Pratis, factam per dilectum et fidelem nostrum Petrum, Dei gratia archiepiscopum remensem, juxta domum ejusdem Parisius, et versus Fratres Minores, ratam et gratam habentes, eam sic volumus perpetuo remanere. In cujus rei..... Actum Parisius, die martis post Trinitatem, anno.... M° CC° LXXX° VI°.

CCCCXXXVIII.

ARTICLES extraictz du testament de Sibille, feme de Jehan la Pance, citoien de Reims, demeurant en la paroisse de Saint-Jacques, faict et passé au mois de may mil deulx cents soixante et dix (*sic*), par devant Lambert de Chaulmont, clercq de la court de Reims [1]. 14 mai 1287.

Bibl. Roy., mss. Suppl. franç., 1515-2; Rogier, I, fol. 19, et Reims, cart. VII.

Magister Philippus de Bretiniaco, canonicus remensis, et Simon Matisfardi, officialis remensis, universis præsentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverit unusquisque, quod coram Lamberto de Calvomonte clerico fideli curiæ remensis, ad hoc specialiter deputato, propter hoc personaliter constituto, Sibilla, uxor Johannis de la Panse, civis remensis, in lecto jacens ægritudinis, mentis suæ tamen bene compos, sciens morte nihil certius, et nihil incertius hora mortis, et quoniam breves sunt hominis dies super terram, timensque mortis casus fortuitos et improvisos, qui præcaveri et evitari non possunt, animæ suæ saluti cupiens providere, testamentum suum, seu ultimam voluntatem suam, condidit, et de rebus et bonis suis mobilibus quæ in maritagium cum prædicto Johanne apportavit, disposuit et ordinavit in hunc modum :

Imprimis siquidem revocavit eadem Sibilla omnia alia testamenta et legata ab eadem, seu per ipsam Sibillam, alias facta seu ordinata

[1] Ce titre est de Duchesne; la copie qui le suit ne contient pas les notes chronologiques de l'acte, de sorte que nous n'avons pu vérifier s'il y avait erreur dans la date donnée par le titre de Duchesne, ou dans celle que nous offre la copie complète du cart. VII.

quandocumque ante diem confectionis præsentium, et eadem nullius esse valoris ac momenti, nullum robur firmitatis obtinere, voluit, ordinavit et præcepit. Quo facto, de bonis suis mobilibus prædictis, quæ, ut prædictum est, in maritagium cum prædicto Johanne apportavit ipsa Sibilla, Jehessonio filio suo quem suscepit cum dicto Johanne, legavit eadem Sibilla, dedit et concessit, de voluntate, assensu et authoritate ejusdem mariti sui, duodecim scutellas argenteas, tres sciphos argenteos quorum duo sunt sine pedibus argenteis, et unum cum pede argenteo : item omnes sciphos de myra [1], tam cum pedibus argenteis, quam sine pedibus existentes; item tres scrutas; item unum buffetum; item unum armarium, quod vulgate dicitur *aumaire* : necnon et octo lectos integros de culcitra et pulvinari.

Item de bonis suis mobilibus, quæ tempore conffectionis præsentium habebat eadem Sibilla, legavit eadem Sibilla fabricæ remensis ecclesiæ pellissonium suum de grisis. Item hospitali B. Mariæ remensis, unum lectum de culcitra et pulvinari, de mediocribus lectis suis. Item fabricæ ecclesiæ S. Stephani [2] remensis, coopertorium suum foratum de pleschés de escurieus. Item confraterniæ S. Petri Veteris remensis, mantellum suum de perso. Item Fratribus Prædicatoribus Remis, ad opus sanctæ concordiæ, unum pannum de serico deauratum seu de auro operatum.

Residuum vero omnium bonorum suorum mobilium, quæ in maritagium prædictum cum dicto Johanne apportavit, necnon et omnia bona tam mobilia quam immobilia, constante matrimonio inter dictam Sibillam et prædictum Johannem maritum suum quæcumque acquisita, alia a prædictis bonis de quibus, ut prædictum est, disposuit et ordinavit ipsa Sibilla, prædicto marito suo Johanni de la Panse legavit eadem Sibilla, dedit irrevocabiliter et concessit, ab eodem Johanne post decessum ipsius Sibillæ integre tenenda, habenda, seu etiam possidenda, absque reclamatione et contradictione quibuscumque.

Super bonis autem, et in bonis hæreditariis prædictis, quæ, ut prædictum est, cum prædicto Johanne in maritagium apportavit eadem

[1] Du Cange, verb. *mira*, cite tout ce passage comme extrait du testament de *Sibille*, comtesse de Flandre, testament dressé en 1270, comme celui de *Sibille*, bourgeoise de Reims.

[2] La copie de Duchesne porte *S. Nicasii*.

Sibilla prædicta, cepi, percipi, et haberi voluit, ordinavit, et præcepit ipsa Sibilla, per executores suos infra nominandos, septies centum libras pruvinensium fortium, et ad hoc ipsa bona hæreditaria, omnia et singula obligavit eadem Sibilla, et constituit obligata; volens, præcipiens, et ordinans dicta Sibilla, quod prædictæ septies centum libræ pruvinensium fortium..... locis et personis inferius nominandis, et de quibus inferius fiet mentio, et ita prout inferius continebitur, per manus executorum suorum inferius nominandorum, pro remedio et salute animæ ipsius Sibillæ, et prædecessorum suorum, in modum qui sequitur distribuantur, et etiam erogentur.

Imprimis siquidem de septies centum libris pruvinensium fortium, supradictis bonis hæreditariis capiendis, ut prædictum est, et percipiendis, legavit et dedit eadem Sibilla, ob animarum prædictarum remedium et salutem, Fratribus Prædicatoribus remensibus centum libras pruvinensium fortium seu turonensium, ad opus cujusdem capellæ Remis in eorum ecclesia construendæ et ædificandæ; in qua quidem capella suam eligit sepulturam.

Item de prædictis septies centum libris turonensium legavit eadem Sibilla Petro dicto Theotemico [*sic*, Theutonico?], fratri suo, civi remensi, centum libras turonenses. Item liberis Johannis dicti Burgen, civis remensis, centum libras turonenses.

Item Fratribus Minoribus remensibus, viginti libras turonenses. Item fratribus Pœnitentiæ Jesu Christi qui dicuntur de ordine Saccorum, centum solidos turonenses. Item sororibus Minorum remensium, qui dicuntur de ordine S. Damiani, centum solidos turonenses. Item fratribus Vallis Scholarum remensium, quadraginta solidos turonenses.

Item hospitali B. Mariæ remensis, viginti et quinque libras turonenses. Item hospitali Ardentium, centum solidos turonenses [1]. Item hospitali S. Antonii remensis, sexaginta solidos turonenses. Item hospitali S. Petri ad Moniales remensis, sexaginta solidos turonenses. Item hospitali S. Dionisii remensis, sexaginta solidos turonenses. Item hospitali quod dicitur Albrici le Crevé, quadraginta solidos turonenses.

Item pauperibus carcerariis et verecundis parochiæ ecclesiæ S. Hilarii remensis, duodecim libras et decem solidos turon. Item pauperibus

[1] Duchesne omet cet hôpital, mais sa copie porte : « Item hospitali de Dieu-li-Mire, centum sol. tur. »

carcerariis et verecundis parochiæ S. Petri Veteris remensis, duodecim libras et decem sol. turon. Item consimilibus pauperibus parochiæ S. Jacobi remensis, duodecim libras et decem sol. turon. Item consimilibus pauperibus parochiæ S. Symphoriani remensis, sex libras et quinque sol. turon. Item consimilibus pauperibus parochiæ S. Stephani remensis, sex libras et quinque sol. tur. Item consimilibus pauperibus parochiæ S. Dionisii remensis, sex libras et quinque sol. turon. Item consimilibus pauperibus S. Thimothei remensis, sex libras et quinque sol. turon. Item consimilibus pauperibus parochiæ S. Juliani remensis, sex libras et quinque sol. turon. Item consimilibus pauperibus parochiæ S. Martini remensis, quatuor libras. Item consimilibus pauperibus parochiæ S. Mauritii remensis, quatuor libras turon. Item consimilibus pauperibus parochiæ S. Johannis remensis, quinquaginta sol. turon. Item consimilibus pauperibus parochiæ S. Mariæ Magdalenæ, quinquaginta sol. turon.

Item monialibus de Claromarisco juxta Remos, duodecim libras et decem sol. turon.

Item leprosis S. Lazari ad homines, et S. Lazari ad mulieres remensium, sex libras et v sol. turon. pro pitancia.

Item viginti abbatiis pauperum monialium quas executores sui, inferius nominandi, nominare seu eligere voluerint, cuilibet earumdem xx sol. turon.

Item pauperibus hominibus et mulieribus de parentela sua, quadraginta libras turon.

Item præsbitero suo, curato parochiæ S. Jacobi remensi, tam ratione legati quod eidem præsbitero facit eadem Sibilla, quam pro annuali ejusdem Sibillæ ab eodem præsbitero in dicta ecclesia S. Jacobi remensis faciendo, novem libras turon. Item capellanis ejusdem parochiæ S. Jacobi remensis, viginti solidos turon. Item clericis ejusdem parochiæ S. Jacobi remensis, decem sol. turon. Item fabricæ ejusdem ecclesiæ, quadraginta solid.

Item pauperibus beguinis de Cantiprato remen., viginti sol. turon.

Item aliis pauperibus beguinis civitatis et suburbiorum remensium, quadraginta sol. turon.

Item Bonis Pueris remensibus, quadraginta sol. turon.

Item Filiabus Dei remensibus, quadraginta sol. turon.

Digitized by Google

Item leprosis de S. Medardo juxta Remos, tredecim sol. turon.

Item pueris inventis in ecclesia remensi expositis, tredecim sol. turon.

Item fratribus de ordine Carmeli rem., qui dicuntur fratres Barrati, viginti sol. turon.

Item fabricæ S. Petri Veteris remensis, viginti sol. turon. Item fabricæ S. Hilarii remensis viginti sol. turon.

Item Gerardo quondam servienti suo, quadraginta sol. turon. Item Poncetæ pedissequæ suæ, viginti sol. turon. Item Bonnettæ nutrici Jehessonis filii sui, viginti sol. turon. Item Laurentiæ pedissequæ suæ, viginti sol. turon. Item Johanni servienti suo, decem sol. turonenses. Item Melino aurigæ suo, decem sol. tur. Item Gobino servienti suo, quinque sol turon. Item Theobaldo filiolo suo, decem sol. turon. Item Genero de Anchenero clerico suo, decem sol. turon. Item Havidi Papelarde, decem sol. turon.

Item pro uno homine, vel duobus, mittendis in Terram Sanctam jerosolymitanam, pro remedio et salute animæ ipsius Sibillæ, viginti et quinque sol. turon.

Item sorori Isabellæ consanguineæ suæ, moniali de Argenteolis, viginti sol. turon.

Item Willelmo dicto Buiron, civi remensi, sexaginta et quindecim sol. turon.

Item domui Dei de Sancto Spiritu de episcopatu catalaunensi, decem libras turon. Item domui Dei de Pruvino sitæ ante fontem, centum sol. turonenses. Item hospitali de Joncherio, viginti sol. turon. Item hospitali de Novocastro, viginti sol. turon. Item hospitali de Bodillo, viginti sol. turon. Item hospitali de Castroportuensi, viginti sol. turon.

Item Helvidi dictæ la Buironne, relictæ Baudonis quondam dicti l'Enfumé, viginti et quinque sol. turon.

Item minutis pauperibus et aliis mendicare erubescentibus civitatis et suburbiorum remensium, quadraginta libras turon. communicandas in primum sæcularibus pauperibus, eisdem per manus executorum præsentis testamenti seu ultimæ voluntatis, illo anno quo dicta testatrix diem clausura [*sic*, clauserit?] extremum, distribuendis (*sic*) et erogandis (*sic*), prout ipsi executores saluti ipsius testatricis viderint expedire.

Residuum vero bonorum suorum hæreditariorum prædictorum, legavit eadem Sibilla testatrix, et dedit irrevocabiliter, et concessit

prædicto Jehessonio filio suo, quem, ut prædictum est, suscepit a prædicto Johanne de la Panse marito suo, ab eodem Jehessonio filio suo, post decessum testatricis ejusdem, tanquam quid proprium tenendum, habendum, seu etiam possidendum pacifice et quiete, et etiam tanquam suam propriam hæreditatem; hoc tamen salvo, quod prædicta Sibilla testatrix..... considerans, ut dicebat, bona quamplurima sibi hactenus a prædicto marito suo multipliciter impensa, voluit, ordinavit et præcepit et etiam in hoc consensit expresse, quod si prædictum Jehessonium filium suum sine proprii corporis hærede decedere contigerit, quod idem Johannes maritus suus in recompensationem bonorum prædictorum, sibi ut prædictum est, ab eodem Johanne impensorum, et præcipue in recompensationem centum libras parisienses [*sic*, librarum parisiensium?] redditus annui, et decem.... (*sic*) similiter redditus annui ad vitam, quem redditum et quos redditus idem Johannes de bonis suis propriis, ut dicebat et affirmabat ipsa Sibilla, pro eadem Sibilla, et ad opus et commodum ipsius Sibillæ, comparaverat et emerat, certo et exiguo pretio mediante, in bonis et super eisdem bonis hæreditariis quæ dicto Jehessonio filio suo ex successione ejusdem Sibillæ provenire contigerit, anno illo quo ipse filius diem clauserit extremum, percipiat, levet et habeat per se, vel per mandatum suum, octies centum libræ [*sic*, libras?] parisienses, omni contradictione interposita (?) vel remota; et ad hoc eadem bona hæreditaria obligavit eadem Sibilla, et constituit obligata; volens insuper, præcipiens, et ordinans ipsa Sibilla, quod prædictus Jehessonius filius suus, donec idem Jehessonius ad ætatem pervenerit legitimam, sub maniburnia, custodia, et tutela prædicti Johannis patris sui, sic remaneat et existat, ita tamen, et etiam sub hac forma, quod idem pater, eodem (*sic*) Jehessonio filio suo, vel alii seu aliis, de his quæ de bonis ejusdem filii sui, per se, vel per alios, receperit, levaverit vel habuerit, rationem nullam reddere teneatur, nec etiam tenebitur in futurum; et ita etiam quod idem Johannes pater, prædicto Jehessonio filio suo, quandiu sub maniburnia, custodia et tutela ejusdem patris sui remanebit et erit, vitæ necessaria in omnibus, tam in vita, quam in vestitu, sufficienter, præmissis mediantibus, administrabit et administrare teneatur; quod se facturum promisit dictus Johannes, bona fide, in præsentia clerici supradicti.

Voluit insuper et ordinavit Sibilla prædicta, et etiam præcepit ex-

Digitized by Google

presse, quod si aliquis vel aliqui ex suis hæredibus seu successoribus, seu donatariis, seu etiam aliis quibuscumque, per se, vel per alios, contra præmissa, vel aliquid præmissorum venerit, seu venire præsumpserit, seu etiam acceptare quoquo modo, vel præmissa laudare noluerit, vel recusaverit, seu distulerit super hoc requisitus, bonis ex parte ipsius Sibillæ provenientibus privetur et careat, et alienus habeatur; et donationes, et legata, si quæ talibus fecit ipsa Sibilla, revocavit eadem Sibilla, et nulla esse voluit ac præcepit.

Voluit præter hoc ipsa Sibilla, et etiam ordinavit ac præcepit, quod Hospitalarii fratres militiæ Templi, dominus comes pictavensis, vel alii quicumque prætextu alicujus indulgentiæ sibi a domino papa, sive ejus legatis, domino rege [*sic*, regi?] vel alio (*sic*) quocumque (*sic*) jam indultæ, vel in posterum indulgendæ, in rebus seu bonis prædictis, seu etiam in testamento præsenti, nihil penitus habeant, nec habere, nec reclamare in eis aliquid valeant, nisi id de executorum eorumdem beneplacito processerit, et etiam de executorum ipsorum opportuna voluntate.

Hujus autem testamenti, seu ultimæ voluntatis, executores constituit prædicta Sibilla priorem Fratrum Prædicatorum remensium qui pro tempore fuerit, necnon prædictos Johannem dictum la Panse, et Petrum dictum Theutonicum fratrem suum, volens, præcipiens, et ordinans eadem Sibilla, quod executores prædicti in executione hujus præsentis testamenti procedant, et præmissa omnia et singula, prout superius sunt expressa, de concilio et assensu fratris Odonis de Orbaco, ordinis Fratrum Prædicatorum remensium exequantur, et executioni demandare teneantur; volens insuper, et concedens, et etiam ordinans et præcipiens ipsa Sibilla, quod si aliquem vel aliquos dictorum executorum decedere vel abesse contigerit antequam præmissa executioni debitæ fuerint demandata, quod loco illius, vel illorum qui decesserit, vel decesserint, absens, vel absentes, fuerit, vel fuerint, vel alius executor, vel alii executores, ad exequendum præmissa, ut prædictum est, per priorem fratrum remensium qui pro tempore fuerit, vel per dictum fratrem Odonem, vel eorum altero (*sic*), substituatur, constituatur..... qui consimilem exequendi præmissa habeant vel habeat potestatem; et hoc fuit ultima prædictæ Sibillæ voluntas, quam tenere voluit eadem Sibilla, et valere, aliqua contradictione non obstante.

Præsentibus, ad præmissa vocatis, fratre Theobaldo de Attigny de ordine Fratrum Prædicatorum remensium, necnon præfato Johanne dicto de la Panse. In quorum omnium testimonium et munimen, præsentes litteras sigillo curiæ remensis prædictæ fecimus sigillari. Actum anno Domini mill. duc. octog. sept.; et triplicata est hæc littera. Actum ut supra, mense maio, in vigil. Ascensionis Domini. Datum per copiam in aula domini archidiaconi remensis, eodem anno, sabb. ante festum B. Laurentii martyris.

CCCCXXXIX.

Remonstrance faicte au roy Phelippe-le-Bel que les autres roys n'avoient pris que 1000 liv. pour le prest des préparations [et note des dépenses dont l'archevêque et les bourgeois demandent à être déchargés].

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, sacres, renseign., liass. 1, n° 4.

Ce sont les parties des frais dou couronnement le roy, lesqués li arcevesques de Rains et si bourgois soupplient estre rabatues de la somme doudit couronnement. S'est à savoir, si comme li diz bourgois croient et entendent, qu'il demeure de la feste VII^xx tonniaus de vin, la pièce, dou pris de VI lib. parisis, dont la plus grant partie fu ramenée d'Orliens, et furent à Paris ramenées arrière; si monte la somme VIII^c et XL lib. parisis.

Ancore croient et entendent li diz bourgois, qu'il demoura de la feste XII^c livrées de poisson et plus, dont une grant partie fut ramenée de Rains à Compaingne.

Ancore croient et entendent li dis bourgois, qu'il demoura que pors, que bués, que bacons, que poulaille, que autres viandes, qui montent bien à III^c lib., ou plus.

Ancore croient-il, que les hales qui furent données à l'euvre de l'iglise, et vendues, coustèrent à faire IX^c libres, ou plus, si comme il croient.

Ancore croient-il que les tables, que les planches, que tretel, valoient III^c lib., qui furent amenées de Chaalons, et qui demeurent à Reins, et ancore y sont.

Ancore croient-il que li luminaires, que cire, qui en furent remené, valoient II^c lib., ou plus.

Digitized by Google

Furent ancore remené que vaissiaus de cuisine, napes, et autres menues choses, et bûche vendue, et charbon, qui monte à III^c libres, ou plus.

Et furent donné dras d'or en pluseurs liés aux yglises de Rains, si comme il croient, qui monte à VIII^xx lib., et plus.

Croient que cil qui vinrent devant son couronnement despendirent bien VIII^c lib., ou plus, et vinrent à Rains devant le couronnement bien III mois.

Et pluseurs autres frès et despens firent l'agent noutre seigneur le roy, de quoi li bourgois ne seivent mie bien parler, car il n'en ont mie les parties des despens; si soupplient à noutre seigneur le roy que il veuille metre atrenpement à ceste besoinne, car la vile de Rains seroit destruite, ne ne pourroit telle chose souffrir.

Et que noutre seigneur le roy veuile regarder les faiz de ses devantiers, car li bons roys Lois qui fu mort en Aubijois n'ent print que mille libres de tornoi, et li sains roys Lois n'en print unques nient. Sires, si ne vous mouve mie que noutre sires li rois Phelippe voutre père en prinst V^m lib., car la vile de Rains en fu si grevée, que ancore il en doivent une grant partie à usure.

Et si vous, sires, vous veuliés enformer de pluseurs autres et fraiz et despens, dont li bourgeois ne seivent mie bien parler, il croient bien que vous controuveriés plus de choses dont vous ne les voudriés mie cargier.

CCCCXL.

RECORDATUM judicii, anno M° CC° LXX° II°, in curia regia prolati, de expensis coronationum [1]. Juillet 1287

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville de Reims, sacres, liass. 1, sans numéro. — Cart. A et B de l'Archev., fol. 128 et 135.

CCCCXLI.

ARREST donné en parlement, par lequel les eschevins de Reins furent condempnez à paier leur part de la despense des couronnemens.... Juillet 1287.

Livre Blanc de l'Échev., fol. 235. — Olim, II, fol. 75, verso. — Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, sacres, liass. 1, n° 1 *bis*. — Cart. A de l'Archev., fol. 131. — Chopin, du Domaine, liv. III, tit. VIII, au mois de juin.

[1] Voyez plus haut, p. 922, note 1.

Cum scabini [1] et cives remenses nobis conquesti fuissent, quod dilectus et fidelis noster archiepiscopus remensis plures cives remenses ceperat et tenebat contra punctum carte sue, et ideo petebant dictum archiepiscopum compelli ad liberandum dictos cives quos tenebat, vel saltem ad recredendum, plures raciones ad hoc proponendo. Archiepiscopus, de curia sua alias requirenda de ipsis primitus protestans, proposuit ad defensionem suam, quod scabinos remenses ceperat et

[1] « Le roi Phelippes-le-Bel, succédant au roy Phelippes-le-Hardy, fut sacré à Reims en l'an mil deux cens quatre-vingts-six, les officiers duquel, en imitant les officiers du roy précédent en l'exès qu'ilz commirent en la despence de son sacre, continuèrent en augmentans tousjours ladicte despence, en telle sorte qu'ilz la firent monter à la somme de sept mil cincq cens soixante-six livres parisis, que le roy advança en la manière accoustumée, et manda puis après à l'archevesque dudit Reims le remboursement de ladicte somme, et que pour ce faire il fit contraindre ses bourgeois, lequel archevesque pour cest effect fict appeller les eschevins dudit Reims par devant son bailly avecq plusieurs autres bourgeois, ausquelz ledit bailly proposa que le roy nostre sire avoit despendu à son sacre et couronnement la somme cydessus spécifiié, et qu'il avoit mandé audit sieur archevesque qu'il en vouloit estre remboursé, et qu'il contraignît ses subjectz ad ce payer, et que eux estans les subjectz dudict archevesque, qu'ilz estoient tenuz desdictz despens, et leur commanda de eslire des tailleurs pour asseoir sur le ban dudit archevesque la partye à eux afférante desdictz despens, et que les chastellenyes dudit archevesque en avoient payé la somme de mil livres, et qu'ilz pouvoient bien payer le rest; auquel bailly fut respondu de la part desdictz eschevins qu'ilz n'estoient tenuz de ce faire; d'autant qu'en toutes questions qui sont entre l'archevesque et eux eschevins comme eschevins, et qu'ilz veullent se deffendre à l'encontre icelluy, qu'ilz sont en possession et saisine de procéder pardevant le roy en sa court de parlement, et le roy en possession et saisine de y avoir la cognoissance, et qu'ayant bonne raison pourquoy ilz ne sont tenuz d'obéir audict commandement d'eslire des [tailleurs?] que la cognoissance en debvoit estre renvoyé à la court. Les autres bourgeois qui estoient aussy appelez pardevant ledit bailly avecq lesdicts eschevins demandèrent que on leur baillast des juges, et qu'ilz respondroient; d'autant que ledit bailly fit emprisonner lesdicts eschevins, lesquelz eurent recours au roy et luy remonstrèrent que de tout temps ilz avoient [esté?] francs et exempts desdictz fraiz et despens, et demandèrent à estre recreuz, et que l'archevesque fut ad ce contrainct. L'archevesque proposant au contraire, le roy bailla la patente ainsy que s'ensuit.... »

Rogier, à qui nous empruntons cette note (Bibl. de Reims, mss. 1, fol. 34, verso), transcrit ici un recordatum, donné en 1287, du jugement de 1272 (voir plus haut, n° CCCLXVII); puis il donne le jugement que nous rapportons ci-dessus dans notre texte, et ensuite il continue :

« Pour satisfaire à l'ordonnance du roy, les eschevins de Reims firent imposer la somme que on leur demandoit sur ceux qui possédoient des héritages en la seigneurie de l'archevesque, à laquelle imposition y eust débat par aucuns qui soustenoient que ceste servitude debvoit estre personnelle et non pas réelle, mais il fut respondu que les servitudes personnelles ne pouvoient estre sur les personnes franches comme estoient les habitans de Reims, et ce recognoist apparemment par la procédure qui fut faict audit temps, que c'estoit une charge nouvelle que l'on vouloit establir sur lesdictz habitans, encor que les sacres des rois avoient de tout temps esté faictz en ladicte ville. »

tenebat pro eo quod, cum eisdem precepisset ut ipsi, pro parte expensarum factarum in coronacione nostra ipsos contingente, tailliatores eligerent, et assisiam facerent, hoc facere recusabant. Dictis scabinis et civibus ex adverso dicentibus, se non teneri ad solvendum aliquid de expensis predictis; dicto archiepiscopo contrarium asserente et dicente, quod alias factum fuerat super hoc judicium contra ipsos; auditis hinc inde propositis, visis eciam dictis judicio et carta, pronunciatum fuit per curie nostre judicium, quod non liberarentur nec recrederentur, et quod non obstantibus propositis ab ipsis, partem de dictis expensis ipsos contingentem solvent, et ad hoc, si necesse fuerit, compellentur; et tenebitur judicium antedictum [1].

Postmodum ad instanciam civium, adjuncta fuit huic arresto clausula que sequitur : Et est sciendum, quod non est, nec fuit intencionis nostre, nec nostre curie, quod dictis civibus remensibus, quantum ad privilegia et cartas suas, occasione predicti judicii, in aliis casibus in futurum, prejudicium aliquod generetur.

CCCCXLII.

Concilium remense, ab archiepiscopo remensi et ejus suffraganeis habito, in quo ordinatur, quod omnes abbates, priores, decani, capitula, parochialium ecclesiarum rectores non exempti, remensis provinciæ, centesimam redituum et proventuum suorum, solvere teneantur, occasione cujusdam prosecutionis in curia romana, ubi de concessione Fratribus Minoribus et Prædicatoribus facta a Martino papæ IV, super confessionibus audiendis et pœnitentiis injungendis, agebatur [1]. 1er octobre 1287.

Marl., II, 580, fragm. — Concil., Hard., VII, 1129. — Labb., concil. XI, part. 2, 1317.

[1] Les cinq dernières lignes de cet acte ne se trouvent que dans l'*Olim*.

[2] Voir aussi le fragment publié par D. Martenne, Thes. nov. anecd., IV, 207. — Consulter si l'on veut Labbe, Concil. XI, 2441, on y trouvera un concile de la province métropolitaine de Reims, que n'indique pas l'*Art de vérifier les Dates*, et qui se rapporte au XIIIe siècle.

CCCCXLIII.

2 novembre 1287.

Lettres de Haymmes li Frizon, prévôt de Reims, par lesquelles il donne congé à l'abbé et au couvent de Saint-Denis de Reims de faire deux bouiaux de dix pieds de long desous le chemin, et une avant-loge de quatre pieds de saillie desus, une autre avant-loge en une maison près la porte Saint-Denis. Donné en l'an M° CC° LXXXVII°, le dimanche après la feste de la Toussaints.

Lettres de Thomas de Blamont, vidame de Reims, par lesquelles il accorde la même permission que le prévost de Reims avoit accordé par ses lettres du précédent article.

Cart. de Saint-Denis, p. 266.

CCCCXLIV.

27 novembre 1287.

Quærimonia capituli per scabinos et tailliatores coronamentorum gravati, ad archiepiscopum.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. XI.

Reverendo patri ac domino Petro Dei gratia remensi archiepiscopo, H. præpositus, N. decanus, J. cantor, cæterique remensis ecclesiæ fratres, quicquid domino atque patri. Significamus paternitati vestræ, quod nos, non absque gravi cordis amaritudine, propter multas injurias et damna gravia, prout infra describitur, nobis et ecclesiæ nostræ remensi et nostris subditis, per ministros et subditos vestros in quos potestatem et omnimodam jurisdictionem habetis, illatas, super quibus competenter requisitus, ut faceretis emendari et damna restitui, hæc non fecistis, nec facere curastis, licet præmissa damna et injuriæ adeo sint et fuerint notoria Remis, quod nulla possint tergiversatione celari, cessare intendimus a divinis, prout nobis licet, tam per privilegia, quam per compositiones olim inter remense capitulum et nonnullos prædecessorum vestrorum initas, necnon et secundum ipsius ecclesiæ consuetudines obtentas et observatas a temporibus a quibus memoria non existit, et cessationem aggravare, quando nobis videbitur expedire, nisi prædicta damna restituta, et præfatæ injuriæ, infra mensem a tempore quo præsentes litteræ præsentatæ vobis fuerint, nobis et remensi ecclesiæ fuerint emendatæ. Et ne vos, aut aliquis ministerialium ves-

trorum, contra nos, seu nostros, vel contra cessationem hujusmodi aliquid attentare [præsumatis?], et ne [*sic*, aut?] etiam contra privilegia, consuetudines, compositiones, aut statuta remensis ecclesiæ nostræ, et subditorum nostrorum, [*sic*, nos et subditos nostros?] et bona omnia [nostra?] protectioni sedis apostolicæ supponentes [*sic*, supponimus?]. Causas autem propter quas cessare intendimus, injurias et damna nobis et nostris illata, in præsenti instrumento publico sigillo remensis capituli sigillato, vobis transmittimus.

Assignamus et asserimus indebite nos gravatos, super eo quod scabini vestri remenses, necnon et tailliatores banni vestri remensis per scabinos eosdem electi ad imponendam tailliam pro expensis factis in coronatione illustrissimi regis Francorum, ad quas expensas solvendas præfati scabini vestri et omnes banni vestri fuerunt, ut dicitur, in præfati domini regis curia condemnati, nostris hominibus, francisque servientibus, tam propriis, quam communibus, necnon mansionariis ad hoc nec condemnatis in aliquo, nec etiam evocatis, de novo, in grave præjudicium privilegiorum, libertatum et consuetudinum remensis ecclesiæ, domos francorum servientium nostrorum in quibus vos nullam omnino, nos autem omnimodam tam spiritualem sive ecclesiasticam, quam temporalem jurisdictionem habere dignoscimur, in quibus etiam domibus, vos aut ministeriales vestri, nullam omnino exactionem, nullam redhibitionem, nullius etiam rei obsequium, nullamque prorsus jurisdictionem habetis, violenter intrantes, seu intrari procurantes, ab ipsis domibus, invitis præfatis francis servientibus et subditis nostris, vasa argentea, vestes, aliaque plura bona mobilia, quorum declaratio seu specificatio inferius est expressa : a domo Johannis de Bourgoigne, mansionarii nostri, coronam auream, tissutum argenteum, et unum mantellum de escarlatte, foratum de minutis variis; a domo Petri de Avesnis, franci servientis remensis ecclesiæ, scyphos argenteos ponderis quinque marcharum argenti, vel circiter; a domo Guieti dicti Cochelet, franci servientis nostri, unum platellum argenteum, scutellas argenteas, ponderis triginta quinque marcharum argenti, una uncia minus; a domo Theobalis dicti Gorde, franci servientis remensis ecclesiæ, quinque scyphos argenteos sine pedibus, godetum argenteum ponderis novem marcharum cum

uncia; item housiam de viridi forratam de crupis variis, supertunicale muliebre de viridi forratum de minutis variis, et quoddam cooperto-rium de perso forratum de minutis variis, et unam pelliciam nigram; item a domo Herberaudi de burgo S. Dyonisii remensis, mansionarii nostri, supertunicale de viridi forratum de variis, et mantellum de perso forratum de sandelio rubro; et a domo Ponsardi convicini dicti Herberaudi, mansionarii nostri, scyphum argenteum cum pede deaurato intra et extra, duos scyphos sine pedibus, quorum unus deauratus est infra, et alius non, ponderis trium marcharum, absportaverunt, absportari procuraverunt et fecerunt, et adhuc in nostrum præjudicium detinent absportata. Multa etiam bona mobilia a præmissis absportaverunt, et absportari fecerunt, de domibus supradictis et aliis domibus servientium nostrorum, tam propriorum, quam communium, qui gaudent consimili libertate. Item conquerimur nos gravatos super eo quod, præfati scabini et tailliatores propriam terram nostram, nostræ jurisdictioni omnino subjectam, violenter intrarunt, vel intrari fecerunt; et de domibus mansionariorum nostrorum vasa argentea, et alia quædam mobilia, similiter per suam vim et potentiam absportarunt, et absportari fecerunt, et adhuc detinent absportata. Item super eo quod tailliatores villæ vestræ de Chaumisiaco, villam nostram de Marfaut violenter intrantes, ab ipsis domibus plurimis in quibus jurisdictionem omnimodam temporalem habemus, vos autem nullam, vestes, vasa argentea, et alia plurima bona mobilia per violentiam absportarunt, et adhuc detinent absportata. Item conquerimur nos gravatos super eo quod vestri ministeriales de Betignivilla ceperunt, seu capi fecerunt, quosdam homines nostros de Ponte Fabricato, absque causa rationabili, in nostrum præjudicium et gravamen, maxime cum prædicti homines capti, de omnibus ab eis petitis, parati sint coram nobis seu nostris in curia nostra stare juri, et obtulerint, si opus fuerit, ad hoc idoneam cautionem. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, die Jovis post festum B. Catharinæ.

CCCCXLV.

Novembre 1287. [Judicium] in pallamento Omnium Sanctorum [prolatum].

Olim, II, fol. 78.

Digitized by Google

Cum quidam qui se dicebant burgenses de Chaudarde, causám haberent in curia ista contra archiepiscopum remensem, dictum fuit quod dicta lite cessante, ordinatio facta super burgesiis servaretur.

CCCCXLVI.

PROVOCATIO et appellatio remensis archiepiscopi ad sedem apostolicam, contra canonicos remenses, qui propter injurias francis servientibus occasione coronationis expensarum illatas, a divinis cessare intendebant. 10 décembre 1287.

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. XI.

Universis præsentes litteras inspecturis, magister Guillermus Rephenelli, officialis curiæ domini Alberti de Lavania remensis archidiaconi, salutem in Domino. Noverint universi, quod anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, feria quarta post festum B. Nicolai hiemalis, personaliter constitutus magister Guillermus dictus de Nivernis, canonicus nigellensis, sigillifer curiæ remensis, procurator reverendi patris Petri miseratione divina remensis archiepiscopi, per litteras sigillo dicti reverendi patris sigillatas quarum tenor talis est :

Universis, etc., etc. . . . . Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, die Mercurii post festum B. Andreæ apostoli [1] ;

In capitulo, præsentibus decano et capitulo remensi, coram Radulpho dicto le Rade et Gerardo de Flevines, clericis fidelibus, positionariis dictæ curiæ remensis archidiaconi, ad hoc a nobis specialiter destinatis, quibus[dam?] articulis ex parte dictorum decani et capituli dicto reverendo patri traditis, ut dicebat, respondit, et etiam appellavit, et appellationem de verbo ad verbum legit in modum qui sequitur :

Cum vos venerabiles viri et discreti, decanus et capitulum ecclesiæ remensis, reverendo patri domino Petro miseratione divina archiepiscopo remensi, conquerendo miseritis quosdam articulos, sigillo vestro sigillatos, formam quæ sequitur continentes : Reverendo, etc. [2].

Ego magister Guillermus dictus de Nivernis, canonicus nigellensis

[1] 3 décembre 1287.

[2] Voir la pièce donnée plus haut, p. 1028.

et sigillifer curiæ remensis, procurator dicti reverendi patris, nomine procuratorio ipsius, et pro ipso, de ipsius mandato speciali, ad contenta in ipsis articulis respondeo, quod si scabini, tailliatores et ministeriales de quibus in dictis [articulis?] fit mentio, in impositione et exactione tailliæ, et expensis in coronatione illustrissimi regis Franciæ factis juxta curiæ regiæ judicium vel mandatum, vel alio modo quolibet, in vestrum et ecclesiæ remensis præjudicium excesserunt, vel etiam deliquerunt, quod illud de voluntate vel mandato dicti reverendi archiepiscopi non processit; super quibus idem reverendus pater paratus est, et vobis offert celeriter, cum effectu, vocatis coram eo qui ad hoc fuerint evocandi, quantum in se est, exhibere justitiam de eisdem; dicens, quod idem reverendus pater nec scit, nec credit, utrum notorium [sit] vel manifestum, quod per privilegia, compositiones, libertates et consuetudines de quibus in eisdem articulis fit mentio, si quæ habetis, spretis responsione et oblatione hujusmodi, a vobis contra eum cessare liceat a divinis; de quibus privilegiis et compositionibus peto, nomine quo supra, cum omni instantia, mihi copiam, quam dictus reverendus pater nondum habet vel habuit, exhiberi; et de libertatibus et consuetudinibus prædictis, dictum reverendum patrem plenius informari, ut super hiis informatus, vobis faciat de præmissis quod justum et consonum fuerit rationi. Præterea ego magister Guillermus, procurator prædictus, tam ex certis causis et verisimilibus, quam ex certis conjecturis quas ex communicationibus vestris concepi, merito timens et suspiciens ne vos, domini decane et capitulum remensis ecclesiæ, spretis responsione et oblatione hujusmodi, ob causas a vobis superius assignatas, quæ neque sunt notoriæ neque manifestæ, contra dictum reverendum patrem et ecclesiam suam remensem minus rationabiliter a divinis cessetis, et cessationem hujusmodi postmodum aggravetis, cum talis cessatio et aggravatio, non solum in dicti reverendi patris et ecclesiæ suæ remensis, verumetiam totius cleri et populi dicto reverendo patri commissi, et ecclesiarum civitatis et diocesis remensis præjudicium redundavit, pro dicto reverendo patri, ecclesia sua remensi, cæterisque ecclesiis civitatis et diocesis remensis, clero et populo sibi commisso, sibique adhærentibus in hac parte, contra vos et vobis adhærentes in hiis scriptis, nomine quo supra, sedem

apostolicam provoco, et appello; dictus reverendus pater statum suum, ecclesiam suam remensem, cæterasque ecclesias civitatis et diocesis remensis, clerum et populum sibi commissum, sibique adhærentes in hac parte, protectioni ipsius supponendo....; protestans, quod si spretis responsione et oblatione hujusmodi, contra ipsum et ecclesiam suam remensem minus juste, quod absit, cessaveritis a divinis, de pœnis canonis [*sic*] infligendis. De quibus dicti decanus et capitulum petierunt copiam, quam eisdem fecerunt dicti clerici cum effectu; nihil aliud respondentes, legitime requisiti, prout dicti clerici jurati nostri, quibus ad hoc et majora fidem plenariam adhibemus, nobis vivæ vocis oraculo retulerunt. In quorum testimonium et munimen, præsentibus litteris sigillum curiæ dicti domini archidiaconi remensis duximus apponendum. Datum die et anno prædictis.

CCCCXLVII.

[Mandatum baillivo viromandensi directum, de muro quem archiepiscopus remensis construi fecerat juxta castrum suum Porte Martis]. In pallamento Pentecostes, anno Domini M° CC° LXXX° VIII°. Juillet 1288.

Olim, II, fol. 79.

Audita relacione baillivi viromandensis super muro quem archiepiscopus remensis construi faciebat juxta castrum suum Porte Martis; quia locus ille est in baronia et justicia ipsius archiepiscopi, non obstante impedimento quod ibi ponebat capitulum, preceptum fuit baillivo [1] quod manum suam amoveret, et fiet jus capitulo, si super hoc voluerint experiri.

CCCCXLVIII.

Supplique des échevins au roi, afin d'obtenir que dans la répartition des frais du sacre l'estimation soit faite des immeubles et non des meubles. Vers 1288.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, sacres, liass. 1, n° 2.

Supplient les eschevins et habitans du ban révérent père en Dieu

[1] L'ordre donné au bailli se trouve Biblioth. Roy., mss. Reims, cart. III, art. de *Pierre Barbet*.

Digitized by Google

monseigneur l'arcevesque de Rains, que comme il ait esté dit par droist en parlement dairennement passé, que lesdiz eschevins et habitanz sont tenuz à contribuer partie à euz afférant des despens des couronnemens les roys de France, et il n'ait pas esté dit par ledit arrest, ne desclairié, en quele manière et sus quiex biens lesdiz despens doivent estre levez, ne quele partie il en puet et doit appartenir..... auzdiz eschevins.....; ançois a la court commis à certains comissaires qu'il voisent au lieu, et s'enfourment des facultez des singulères personnes des parties qui y puent estre tenus ès diz despens, laquele chose seroit trop préjudiciaus ausdites parties se il estoit ainsi fait, pour ce que celle inquisicion des facultez contient muebles et non-muebles, liquel mueble croissent et amenuisent, et meismes les personnes se peuent transporter en autres juridicions et seignouries; si que les personnes qui seroient plus chargies selonc les facultez de leurs muebles, se porroient transporter par devers ceus qui en seroient le mains chargiez, et ainsi ne seroit pas l'imposicion juste pour le temps à venir, ne pour le roy, ne pour les parties; si ne porroit estre faite ladite inquisicion que ce ne fust en trop lonctemps, et à trop grant coust, et si n'a pas ainsi esté faite ou temps passé, si comme il sera trouvé; qu'il soit mandé et commis ausdiz comissaires, ou à autres que la court y vaurra envoier, que lesdites comissions premières du tout mises au nient, il voisent au lieu, et s'enfourment sommèrement et de plain, comment et sus quiex biens lesdiz despens doivent estre levez; et l'enqueste faite, qu'ele soit raportée par devers la court, afin qu'il soit desclarié en quele partie lesdiz eschevins et habitans seront tenuz à contribuer des despens dessus diz.

CCCCXLIX.

28 janvier 1289.

Carta Philippi regis, de gisto in abbatia S. Remigii perperam exacto.

Archiv. de Saint-Remi, liass. 2, n° 1.

Philippus.... Notum facimus, quod cum religiosi viri abbas et conventus S. Remigii remensis conquererentur, super eo quod nos levari fecimus nuper gistum nostrum ab eis, licet non pernoctassemus, nec declinassemus, ad predictam eorum abbaciam, sed jacuissemus in domo

Digitized by Google

remensis archiepiscopi; nos ex hoc nolumus eisdem religiosis prejudicium in aliquo generari; nolumusque per hoc, quod nobis, dictoque archiepiscopo, et predicto monasterio, jus novum aliquod acquiratur. In cujus rei..... Actum Parisius, die Veneris ante Candelosam, anno Domini M° CC° octogesimo octavo.

CCCCL.

[Lettres du roi] pour informer comment se lève la taille. 25 février 1289.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, sacres, renseign., liass. 1, n° 2. — Bibl. Roy., mss. Reims, cart. XI, fragm. de Rogier, p. 122.

Phelippe par la grâce de Dieu roy de France, à noz amez mestre Phelippe Suart chanoine de Laon, et Baudoin de Mooleins chevalier, salut et amor. Nous vous mandons que vous, appellez ceus qui serunt à appeller, anquéreiz diligemment de quex persones la taille de nostre coronnement a esté escoustumée estre levée, à Rains et hors, ou ban et an la juridiction de l'arceveschié de Rains. Item, à quex persones elle fu ammise por le coronement nostre père, et de quex personnes elle fu levée, et se elle fu levée des religieus et des clers de la cité et de la dyocèse de Rains. Item, de la manière et de la forme de lever icelle. Item, savoir mon si elle a esté levée an pez, ou non. Item, des injures et des violences feites au religieus et aux clers devant diz en levant icelle taille. Item, savoir mon se icelle taille est escoustumé estre anmise et levée sur les meubles et non-meubles, ou sur les meubles tant seullement, ou sur les non-meubles tant seullement. Item, se elle est levée sur les meubles, et l'en celle aucuns d'iceus, ou les porte l'en ailleurs pour la taille eschever ou apeticier, savoir mon se lesdiz meubles doient estre taillé, ou aient esté escoustumé à estre raporté au leu de la taille, ou la valeur d'iceus. Et quanque vous trouverez de cler sur ce, fenisseiz et commandés estre feit et estre gardé, et lesdites injures et violences, desquelles clère chose sera, estre amendées; et ce qui sera andoté desdites choses, raporteiz-nous à ce prochein venent pallement à Paris. Adecertes nos commandons à noz subjez par la teneur de cez présentes lettres, que il vous obéissent an ce qui apertient as devant dites choses. Ce fu donné à Paris, le vendredi après les Cendres, an l'an de grâce M° CC° IIII^xx et VIII.

Digitized by Google

CCCCLI.

16 avril 1289.

MANDATUM Philippi regis ad baillivum viromandensem, de terra capituli non infringenda a serviente quem rex archiepiscopo concessit ad ejus gentes adjuvandum in levando tailliam coronationis.

Livre Blanc du chap., fol. 116, verso. — Archiv. du Roy., L, cart. 22, n° 279.

Philippus..... baillivo viromandensi salutem. Cum nos ad peticionem dilecti fidelis nostri archiepiscopi remensis, eidem quendam servientem concesserimus ad adjuvandum gentes suas in levando tailliam impositam pro expensis factis in coronacione nostra Remis, tamen nostre intencionis non est, nec fuit, quod prefatus serviens terram infringeret alienam, eidem archiepiscopo non subjectam, aut aliquas prisias faceret in terris, sive locis, in quibus archiepiscopus jurisdicionem non obtinet temporalem. Verum quum nobis ex parte decani et capituli remensis datum sit intelligi, super hoc graviter conquerencium, quod dictus serviens terram ipsorum infringendo, in qua omnimodam habere dicuntur jurisdicionem temporalem, in pluribus locis prisias fecerit, irrequisito dicto capitulo, ut dicitur, in ipsorum prejudicium et gravamen; mandamus tibi quatinus, si ita est, quicquid indebite contra dictum capitulum inveneris esse factum, ad statum debitum reduci facias et reponi, quociens ex parte ipsius capituli super hoc fueris requisitus. Actum apud Pontisaram, sabbato post Resurrectionem dominicam, anno M° CC° LXXX° IX°. (*Scellé en cire jaune.*)

CCCCLII.

Août 1289.

VIDIMUS litteræ custodiæ, seu gardiæ ecclesiæ seu monasterii S. Nichasii remensis, remensi archiepiscopo adjudicatæ.

Marl., II, 576.

CCCCLIII.

2 décembre 1289.

ARBITRIUM prolatum inter abbatem et conventum S. Dionisii, super eo quod abbas, contra voluntatem et assensum prioris, et maturiorum monasterii, instituerat duos officiales seu ministros.

Cart. de Saint-Denis, p. 277.

Digitized by Google

Litteræ magistri Ruffini de Fiteclo archidiaconi remensis, et fratris Willelmi de Kayoto lectoris Fratrum Prædicatorum remensium, quibus patet (inquiunt dicti archidiaconus et lector) quod cum in monasterio S. Dionisii remensis oriretur quædam sintilla discordiæ et dissentionis, super eo quod abbas, contra voluntatem et assensum prioris et maturiorum dicti monasterii, instituerat duos officiales seu ministros, fratres Renerum de Camoin grenetarium, et Huetum de Castellione senescallum, quod poterat de jure facere et debebat, ut dicebat dictus abbas; dicto priore et maturioribus contrarium asserentibus, et dicentibus quod prædicta, secundum observantias et consuetudines antiquas dicti monasterii, a prædecessoribus suis hactenus pacifice in dicto monasterio observatas, non poterat facere nec debebat sine consilio et assensu prioris et maturiorum; nos toto nisu anhelantes ad pacem dicti monasterii et personarum ejusdem, auditis hinc inde propositis, roga[vi]mus abbatem quod dictos Renerum et Huetum ab officiis suis amoveret, et fratrem Willelmum de Gotis grenetarium, et fratrem Renerum vestiarium faceret. Roga[vi]mus etiam priorem, elemosinarium, thesaurarium et plures alios, quod prædictæ ordinationi seu institutioni consentirent. Qui omnes in prædictis benigne consenserunt, Huetum ab officio amotum ordinationi abbatis et maturiorum relinquentes. Datum anno M° CC° LXXX° IX°, feria sexta post festum B. Andreæ apostoli.

Hæ litteræ recognitæ sunt coram Odone de Senonis, et Gerardo de Marla, canonicis et officialibus remensibus, a fratre Guillelmo dicto de Kayoto, priore Fratrum Prædicatorum, anno M° CC° XC° I°, feria sexta post *Jubilate*, et ab officiali Alberti de Lavania, remensis archidiaconi, iisdem anno, die, et mense.

CCCCLIV.

CHARTA qua ecclesia cathedralis Remorum, quum penuria presbyterorum laboraret, suppetias petit a dionysianis remensibus. Ann. 1289.

Gall. christ., IX, 292.

CCCCLV.

REQUISITIO, ad omnes canonicos remenses, a remensi capitulo Ann. 1289.

Digitized by Google

directa, ut conveniant ad tractandum super defensione libertatum remensis ecclesiæ.

Cocquault, III, p. 249, verso.

Omnibus canonicis et fratribus ecclesiæ remensis, salutem et sinceram in Domino caritatem. Quot et quantis honoribus olim splenduerit remensis ecclesia mater nostra, quantisque privilegiis ab antiquis temporibus fuerit insignita, prudentiam vestram credimus non latere. Sed, proh dolor! ipsius ecclesiæ antiqua lætitia modernis temporibus in amaritudinibus est conversa, dum illius privilegia infringuntur, jura, et immunitates, et libertates antiquæ, per vim majorem, cui resistere non possumus, enervantur. Unde nos in anxietate positi, necesse habemus recurrere ad consilium et refugium illorum quos ipsius ecclesiæ reputamus fideles filios, benivolos et devotos.

Quia igitur præsentia vestra, præfatæ ecclesiæ matri vestræ, multis afflictæ langoribus, gravibusque vulneribus sauciatæ, fore dignoscitur memorabiliter oportuna, ideo dilectam fraternitatem vestram omni affectione qua possumus, et sub fidelitate qua eidem ecclesiæ tenemini, requirimus et rogamus, quatinus tali die (*sic*) ad consolandum ecclesiam ipsam in amaritudinibus suis, ad tractandum nobiscum super deffensione libertatum ipsius ecclesiæ, ad eandem, omni occasione postposita, accedatis. Valete. Datum.... (*sic*). *Du chartrier de l'église de Reims.*

CCCCLVI.

Ann 1289. De l'an IIII^xx et IX [1], sus les fais des escondit.

Livre Rouge de l'Échev., p. 63.

Par devant le bailli furent trais en cause Jehan des Bains et sa femme, et leur fu faite demande dez baturez à sanc faitez à Perresson Populus et Jehan le Roy, concluans par escondit. Après ny, ilz s'escondirent, disans : Sire, par les sains de cy encontre, des baturez dont vous me poursivez contre P. et J. je sui, etc..... (*sic*) Li procureur d'office proposa qu'il avoit fali en disant : *Contre,* et en ce qu'il n'avoit mie dit : *A sang*. L'autre procureur dist qu'il souffisoit.

[1] L'écriture de notre manuscrit nous paraît ici bien moins ancienne que celle des feuillets précédents, et nous la rapporterions volontiers à l'an 1389; mais les jugements qui précèdent immédiatement cette notice sur la même page, sont datés de 1288.

Digitized by Google

Si fu dit par droit, que bien s'estoit escondit, et sa femme pareillement; et furent délivrés.

[N'] Conseiller à Laon et à Paris.

CCCCLVII.

Anno Domini IIII^xx IX. [Li jugement de ceste année.] Ann. 1289

Livre Rouge de l'Échev., p. 64.

[1] Gerars li Plas trast en cause, par devant le prévôt, Jaque le Cantel; et disoit en proposent cilz G. que cilz Ja. estoit tenus à lui en LX s. de annuel sorcens, pour la raison des maisons que cilz J. tenoit en la Macequerrie de Reins, qui estoient obligies à celui G. pour le sorcens devant dit, douquel sorcens et des arriérages cilz J. avoit estet condempnez par sentence de arbitres envers celui G. et ses frères et ses suers et leur mainbours; et disoit G. qu'il avoit droit en requerre ce dit sorcens par parsons loiaument faites entre eus; et se si frère et ses suers y orent onques nul droit, si li avoient-il donnet; et disoit que cilz J. estoit en défaut de paier cel sorcens et les arriérages de trois années passées; si requéroit que cilz J. fust contrains à faire satisfaction à celui G. dou sorcens qui estoit à paier présentement et des arriérages. Et disoit encore cilz G. que les maisons estoient maisement retenues, et estoient décheues et n'estoient mie habitées souffisemment, par quoi il peust avoir son sorcens paisiblement et entièrement; si requéroit qu'eles fussent retenues et habitées souffisemment, par quoi il poist son sorcens avoir, ou il li clammast quite l'éritage; et offroit à prouver de ces choses cilz G. tant qu'il souffiroit. A ceste demande respondi li Cantiaus, que li sorcens de quoi on plaidoit n'estoit mie cheus en la part celui G. contre son frère et ses suers, et qu'il ne li avoient mie donnet le droit et l'accion qu'il y poorent avoir. A ce répliqua cilz G. que il avoit sa querele atainte quant as autres articles qui sont en la demende, pour ce que la coustume de court laie est tele, que toutes foyes que pluseurs articles sont en une demende, et on en nie aucuns, et aucuns en lait-on à nier, cil qui ne sont mie niet valent autant comme conneut; si voloit avoir sa querelle atainte, se il pooit prover les niés; et les prouva par lettres.

[1] « Justice. »

S'en fu droiz dis d'eschevins, et par conseil de bonnes gens, que Gérars avoit bien prouvée s'entention contre Jaque le Cantel.

Thiébaus li toiliers avoit achatée une maison en Mez Rolant. Hues Guillars la reprist par proïsmée. Lors le trast en cause cilz Th., et li demenda coustanges et despens qu'il avoit fais et soustenus neccessaires pour la maison, par pluseurs parties, tout mis à une somme; c'est à savoir, d'un mur refait nuef, une cheminée, le couvretage de la maison, les letres de l'achat, et autres choses. A ces choses toutes respondi H. Guillars, et dit qu'il n'avoit fait nule nouveleté, car ce qu'il y avoit fait, estoit en retenence de la maison. Et nia H. la menuevre novele que T. disoit qu'il avoit mise en la maison; et nia encore cilz H. toutes les mises que cilz Th. disoit qu'il y avoit mis en marriens, en autres menus ouvrages, en cherpentiers, en massons, et en menovriers. Et fu la demende Th. tele : il demenda pour grève III s. et I d.; pour estancener, III s. et demi; pour abatre le mur deseur le toit de la maison Boiliaue, XII s. et demi; pour le mur refaire, IIII liv. VIII s. et VIII d. pour sa part, et li parceniers en avoit autant paiet pour le mur refaire deseur la maison Boiliaue; XXX s. pour chaus; VI s. pour torcheurs; XVIII s. pour le noc [1] de fust; VII s. et II d. pour III journées de cherretés; VI s. et demi pour terre saudée; XXVIII d. pour II fenestres coucières; III s. pour I cherpentier; et XL s. pour mairrien; XXXIX s. et IIII d. pour corde à cheminée; X d. pour rouge terre; VIII d. pour arzille et quarriaus; XXXV d. pour III cheverons; III s. et demi pour claus; IIII s. et IIII d. pour recouvrir le toit Boiliaue; XVI s. pour le couvretage de la maison; XVI s. pour la letre do vendage; XIIII s. pour le planchier afaitier; IIII s. pour la taille do couronnement; XL s. et XXIIII s. que li ostes qui demouroit en la maison rabati quant on refit la maison; et de ce, ou de tant qu'il souffiroit, offri Th. à faire foi. A ces demendes respondi cilz H, et dit qu'il n'en voloit riens paier, se drois no disoit; car se il les y avoit mis, s'avoit estet en retenir la maison, car qui tient héritage, et y met, et proïsmes y revient, il n'est tenus à riens paier de ce qu'on y met, fors que de nouveletet. Et disoit cilz H. qu'il n'i avoit

[1] Gouttière.

Digitized by Google

nule noveleté, ains estoient retenences nécessaires à la maison. Et li nioit, et moult y ot de barres d'une part et d'autre.

S'en fu drois dis par eschevins, et par conseil de bonnes gens, que, veut le lieu par eschevins qui y avoient estet, cilz H. Guillars renderoit do mur, item de la cheminée, item de couvretage, et des letres do vendage, à l'estimacion de ouvriers et de bonnes gens.

[1] Ernaus de S.-Remi trait en cause, par devant le prévost, Rose la tripière; et disoit cilz Ernaus, qu'il avoit IIII liv. VI s. et III d. de sorcens, chascun an, à tousjours, sor III maisons, et sor III estaus où on vent char, qui siéent en la Macéquerrie de Reins, atenent de la ruèle de la Poulerie; liquel estal sans devision tiennent et doient tenir as dites maisons à mortaises et à chevilles; et que cele Rose avoit I des estaus ostet, disjoint, et deschevilliet de l'une desdites maisons contre la volentet et en préjudice de celui E.; à ce que ladite R., ou autres qui l'estal tenroit, porroit dire que li estaus ne seroit mie des dites maisons, ne des appartenences, et qu'il ne seroit mie tenus en dit sorcens auvec les autres maisons et estaus : si requéroit cilz E. que ladite R. fust contrainte à ce que li dis estaus fust remis, rejoins et rechevilliez à ladite maison en autel point comme il avoit autre foie estet, se ladite R. le connoissoit, et se elle le nyoit, li dis E. l'offroit souffisemment à monstrer, ou à prouver, outant qu'il soufiroit. A ce respondi ladite R., et disoit qu'ele n'estoit mie tenue de respondre à ladite demende, pour ce que cilz E. n'avoit mie encor monstret que lesdites maisons et li estal fussent tenut à lui en dit sorcens. Lors respondi cilz E. que il ne li convenoit mie monstrer, car chose qu'il deist ne li estoit de riens noié, pour quoi il voloit avoir sa querele atainte, outant comme drois l'en donroit. Et fu niet de par ladite R. que li dis estaus n'avoit mis estet aguilliez et chevilliez en la mannière qu'il avoit estet dit; et fut veus li lius par acort des parties par eschevins; et se misent en droit.

S'en fu drois dis d'eschevins, par conseil de bonnes gens, que li estaus Rose la tripière, qui est desous la saillie de sa maison qui siet en la Macéquerrie de Reins, de quoi cilz E. avoit plaidiet à ladite R. et

[1] « Justice. »

à Wiet son fil, estoit des appartenences des maisons qui estoient tenues à paier audit E. IIII liv. VI s. et III d. de sorcens, chascun an, à perpétuel; et que cilz estaus devoit estre rechevilliez et emmortaisiez ens estaches et ens appartenences de cele maison, et que cilz dis estaus estoit tenus en devant dit sorcens avec les autres maisons et estaus qui en ce sorcens sont tenues.

Thommas c'on dit li Asniers, clers, fit ajourner par roie de terre Colin Gellais (*sic*), boulengier, et Marie sa femme, par devant le prévost; et fist sa demende, que comme li enfant Evrart de Juncheri eussent vendue une maison à Gellais, et à ladite Marie, femme celui Gellais au tens que cilz Gellais vivoit, et maintenant femme celui Colin, parmi I certain pris, laquele maisons siet à Reins à Porte Valoise, de laquele maisons Watiers Faignons estoit hoirs par raison de prometée li plus prochains qui poïst estre; et eut li dis Watiers donnet à celui Th. en pure et perpétuel aumosne le droit et l'action que il avoit et pooit avoir en la proïsmée, et l'establit procureur en sa chose, requist cilz Th. à la justice, que à ce fussent contraint cil Colins et M. sa femme, que la moitiet de ladite maison laquele il tiennent, vausissent à celui Thomas délivrer et laissier, pour autel pris comme ele fu vendue, par les causes et raisons desusdites; et offroit cilz Th. vin et ventes, et ce qui afféroit au marchiet. A ce respondi cilz Colins, pour lui et pour sa femme, que la demende ne devoit nule responce; car la demende estoit oscure, à ce que, se ensi estoit que li dis W. li eust fait don, si ne desclairoit-il mie le jour, ni le tens, que li dons li fu fais. Si requéroit Colins que il li desclairast, ou droit; et disoit encore Colins que se ensi estoit que li diz W. li eut donnet le droit et l'action de la proïsmée, si comme il est desus dit, si ne desclaire mie li dis Th. combien cilz W. estoit as diz enfans de linage, ne en quel gré, ne que ladite maisons venit à celui W. de son rain; si requéroit cilz C. que ceste déclaration li fust faite, ou droit. Item, disoit encore li diz C. que, se ces raisons desusdites ne li valoient, si ne devoit la demende nule response; car se ensi estoient que li dis Watiers eut fait ce don, se n'i affiert-il nule response; car dons qui est fais à plus fors persone d'action demender que cilz n'est qui la donne, ne vaut riens;

Digitized by Google

et comme li dis Th. soit clers, et cilz W. lais et plus flèbe persone à requère que li dis Th., maiement comme on ne puist donner sa proïsmetée à autre persone qui ne soit dou linage, et à ce s'acordant drois et raisons, et nule coustume ne l'oste, disoit cilz Colins que cilz dons ne valoit, et que à cele demende nule response n'afféroit. Si requéroit cilz C. que, par ces raisons desusdites, et de chascune descendent droit, que la demende fust de nule value, outant comme droit l'en donroit, et faisoit ses retenuez; et sor ces paroles desus dites, se misent les parties en droit.

S'en fu drois dis par eschevins, et par conseil de bonnes gens, que la demende estoit de nule value, et qu'il n'estoit mie tenus à respondre à la demende.

Et avoit juret cilz Thomas en jugement, par devant eschevins, qu'il avoit xxv ans ou plus, et promist par sa foi qui tenroit le jugier d'eschevins, et renonsa à toutes choses; et de ce s'establist Jehans li Ferrons plège et renders; et ce fu fait devant ce que jugemens fust rendus; et là furent D. li Ferro, Ja. de Roisi, G. de Chaumont, R. d'Aumenancourt comme eschevin.

CCCCLVIII.

Mandement aux officiaux de lever l'excommunication qu'ils avoient prononcée contre les eschevins et ceux qui avoient fait la taille, à l'occasion de quelques gages pris par les gens du roy en des lieux qui n'estoient pas permis. Vers 1289.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, sacres, renseign., liass. 1, n° 3. — Rogier, 1, 35.

P. miseratione divina remensis archiepiscopus, dilectis officialibus nostris, etc. Litteras domini regis recepimus sub hac forma :

Philippus, Dei gracia Francorum rex, dilecto et fideli suo archiepiscopo remensi, salutem. Ex parte scabinorum remensium datum est nobis intelligi, quod officiales vestri, ipsos [scabinos] et tailliatores taillie que facta fuit Remis pro expensis coronationis nostre, tenent excommunicatos, et in foro ecclesie, occasione quarumdam pignorationum per gentes nostras factarum in locis illicitis, licet ipsi scabini et tailliatores de hoc non sint culpabiles, nec suum ad hoc assensum

Digitized by Google

prebuerint. Inde vos requirimus, quot si est ita, predictas sentencias relaxari faciatis, taliter super hoc vos habentes, quod de vobis justam materiam non habeant conquerendi. Datum apud Montem Tricardi, die Lune post Decolationem B. Johannis.

Inde est quod vobis mandamus, quatinus in causa scabinorum et tailliatorum, si quam occasione premissorum habent coram nobis, salvo jure cujuslibet, vos taliter habeatis, quod predicti de vobis non habeant materiam conquerendi, exhibentes eisdem justicie complementum. Datum die Veneris ante Nativitatem B. Marie virginis [1].

CCCCLIX.

Juin 1290. [De prisione et toragio burgensium remensium Lauduni detentorum.] In parlamento Penthecostes, anno Domini M° CC° XC°.

Olim, II, fol. 86, verso. — Mém. concern. les Pairs, pr., p. 82.

Cum plures burgenses dilecti et fidelis nostri remensis archiepiscopi missi fuissent Laudunum, ut tenerent ibi prisionem pro defectu solucionis expensarum factarum in coronacione domini regis, toragerius laudunensis nisus fuit habere toragium ab eisdem, licet in prisione clausa non fuerint, sed prisionem in villa tenuerint. Dictum fuit per arrestum, quod hujus[modi?] prisionarii solvere toragium non tenentur; verumptamen si aliquis magnus homo accusatus de crimine, vel de aliquo enormi facto, haberet graciam quod per securitatem, vel alias, posset ire per villam, et non teneretur in prisione firmata, nichilominus toragium solvere teneretur.

CCCCLX.

Septembre 1290. Carta quod [nos monachi S. Remigii] non debemus habere furcas in territorio S. Leonardi.

Cart. A de Saint-Remi, p. 388. — Cart. C du chap., fol. 189.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod cum religiosi viri abbas et conventus S. Remigii remensis fecissent erigi et levari quasdam furcas

[1] Sur l'original de cet acte, une note récente lui donne pour date 1286. Rogier, I, 35, paraît lui assigner celle de 1293.

Digitized by Google

in quodam certo loco, sito in territorio S. Leonardi, extra Remos, infra tamen banleucam remensem, et ad eas quendam latronem suspendi, quas dilectus et fidelis noster archiepiscopus remensis fecerat demoliri, dictis abbate et conventu super hoc nostre curie conquerentibus; per eandem curiam nostram extitit ordinatum, et dictum per arrestum, quod dictus archiepiscopus ad plenum resaisiret dictum locum de dictis furcis, et quadam figura; qua resaisina facta, nos tanquam superior, propter contentionem partium, caperemus dictas furcas in manu nostra, et quod inquireretur de saisina et jure utriusque partis, traditis articulis hinc et inde. Dicta vero resaisina facta, et visa inquesta super hoc facta, quia inventum fuit dictum archiepiscopum fecisse quod potuit et debuit, judicatum fuit quod predicte furce in manu nostra capte, cadent, et quod dicti abbas et conventus in dicto loco furcas non habebunt pro executione alicujus delicti facienda. In cujus rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini.... M° CC° nonagesimo, mense septembri.

CCCCLXI.

ARBITRIUM inter archiepiscopum remensem, et capitulum remense prolatum. 4 décembre 1290.

Archiv. du chap., lay. 1, liass. 1, n° 9. — Livre Blanc du chap., fol. 110, verso. — Cart. AB du chap., fol. 19, verso. — Cart. E du chap., fol. 17. — Marl., II, 580, fragm.

In nomine Domini, amen. Orta dudum inter venerabilem in Christo patrem Petrum, Dei gratia remensem archiepiscopum ex parte una, et providos viros R. prepositum, N. decanum, J. cantorem, ceterosque remensis ecclesie fratres, sive canonicos et capitulum ex altera, super certis articulis pro quibus dicti [et] capitulum in ipsa ecclesia suspenderant organa a divinis contra archiepiscopum supradictum, videlicet pro effractione terre ipsius capituli, et domorum servientium propriorum ejusdem capituli atque communium, et bonis inde, ut dicebatur, per gentes ipsius archiepiscopi et ministeriales ejus, sive ipsis procurantibus, absportatis, necnon destructione sepis vinee dicti capituli de Porta Martis, ac super processibus factis et habitis inter

Digitized by Google

partes predictas coram decano parisiensi, et per ipsum decanum, seu ejus mandato, auctoritate apostolica sibi in hac parte commissa, et appellationibus ex parte predictorum prepositi, decani, cantoris, canonicorum, et capituli, et eis adherentium, ad sedem apostolicam interjectis, super dissaysina quoque domus ejusdem capituli site juxta Portam, seu in porta, Vidule facta, ut asserebatur, per gentes archiepiscopi memorati, super effractione insuper terre predicti capituli et domorum francorum servientium ejusdem capituli, tunc, de novo, ut dicebatur, facta ad instantiam et procurationem scabinorum, et talliatorum remensium, ac super contingentibus articulos processus, et appellationes predictas, seu super aliquibus ex premissis, materia contentionis; sanctissimus in Christo pater, et dominus noster, dominus Nicolaus divina providentia sacrosancte romane ac universalis ecclesie summus pontifex, nos miseratione divina Gerardum episcopum sabinensem, et Benedictum S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, ad gallicanas partes pro urgentibus negotiis, et cordi suo quam plurimum insidentibus, destinando, habens ad eandem remensem ecclesiam, et ad archiepiscopum et capitulum supradictos specialis considerationis intuitum, et cupiens eos in statum tranquillitatis et pacis in posterum conservare, apostolicas nobis direxit litteras formam hujusmodi continentes : Nicolaus, etc. [1].

[1] Voici cette commission dont nous abrégeons le texte : « Nicolaus, etc. Venerabili fratri Gerardo, et dilecto filio Benedicto... Inter venerabilem Petrum archiepiscopum ex parte una, et decanum et capitulum remense ex altera, super diversis articulis materia dissentionis exorta, cujus occasione dicti decanus et capitulum organa suspendentes a divinis, in remensi ecclesia diutius cessaverunt, nos turbationi eorum occurrere cupientes, et dissentionem hujusmodi, inquisita veritate, de plano, sine strepitu et figura judicii, pace et concordia, vel saltem judicio celeri, terminari, [eam?] dilecto filio decano parisiensi, juxta prefatam formam commisimus terminandam : quo, in hujusmodi negotio procedente, ab ejus processu fuit, ut dicitur, ex parte predictorum decani et capituli ad sedem apostolicam appellatum, nosque te, fili noster, Benedicte, concessimus, in hujusmodi negotio partibus auditorem. Quia vero propter absentiam tuam nequit ad presens idem negotium finaliter expediri, cum oporteat vos ambos pro urgentibus ecclesiæ romanæ negotiis personaliter ultra montanas partes adire, nos nolentes tantam dissentionem ulteriori tempore prorogari, sed per vestre discretionis industriam eam desiderantes omnino decidi, discretioni vestre presentium authoritate committimus et mandamus, quod vos, vel alter vestrum, super dicto negotio inter partes memoratas concordiam tractare et ordinare curetis, facientes, authoritate nostra, per vos vel per alium, id in quo super premissis concordatum fuerit, inviolabiliter observari; contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo.... Datum Rome apud S. Mariam majorem, iii calend. maji, pontificatus nostri anno tertio. »

Digitized by Google

Deinde, nobis ad partes ipsas, et etiam ad civitatem remensem personaliter accedentibus, et pro reformatione concordie inter archiepiscopum, prepositum, decanum, cantorem, canonicos et capitulum supradictos, quam plenis cupiebamus affectibus et optamus sollicite, laborantibus, idem archiepiscopus, prepositus..... pro bono pacis et concordie, se ordinationi, dispositioni, et arbitratui nostris, alte ac basse, sub infrascripta forma supponi curaverunt : Universis, etc., etc.[1].

Nos igitur, hujusmodi mandati apostolici, ac submissionum partium predictarum, auctoritate, virtute, ac potestate suffulti, ad ordinationem, dispositionem et arbitratum inter partes ipsas super premissis processimus in hunc modum : In primis super effractione terre capituli supradicti, cum nos cognitioni et executioni eorum vacare minime valeamus, volumus, ordinamus, arbitramur, pronuntiamus, et dicimus de consensu expresso predicti archiepiscopi, et procuratorum dicti capituli, scilicet Galcheri de Novavilla, Guillermi de Lauduno, et Oddonis de Nealpha, canonicorum remensium, quod venerabiles patres, Symon parisiensis et Guillermus atrebatensis episcopi, quibus presentibus, et recipientibus in hac parte, committimus vices nostras, per se, vel alium, seu alios quos ad hoc duxerint eligendos, infra quindenam festi Resurrectionis dominice proxime venturi, de plano, sine strepitu et figura judicii, informationem de iis recipiant in capitulo remensis ecclesie, et si invenerint quod predictus archiepiscopus, aut officiales vel ministeriales ipsius, eodem archiepiscopo ratum habente vel fieri mandante, aliqua levaverint in terra dicti capituli, vel a francis servientibus ipsius capituli, dictus archiepiscopus, ea resaisiri et emendari facere teneatur. Si vero alii justiciabiles dicti archiepiscopi inventi fuerint hoc fecisse, predicti episcopi hoc eidem archiepiscopo nuntiabunt, et idem archiepiscopus hoc faciet resaisiri et emendari. Si autem alii non justiciabiles ea fecerint, capitulum jus suum prosequatur contra tales, et archiepiscopus eis ad id assistat favorabiliter, more patris. Quod si alter predictorum episcoporum, quod absit, forte decesserit, vel si ipsi non impleverint quod eis est in hac parte commissum infra terminum memoratum, utrique parti jus suum salvum remaneat in pre-

[1] Ici nous omettons les actes par lesquels l'archevêque et le chapitre se soumettent à l'arbitrage des commissaires, sous peine de 1,000 liv. par. d'amende.

missis, et nichilominus omnia premissa, et infrascripta, in sua remaneant firmitate.

In articulo vero sepis predicte, volumus, ordinamus, pronuntiamus, arbitramur, et dicimus quod capitulum, sive archiepiscopus qui invenietur debere habere possessionem dicte sepis, restituatur ad possessionem illius, salvo jure in proprietate illi cui competere debet; ita tamen quod murus, qui est ibi prope de novo factus, minime diruatur.

Super articulo autem predicte domus supra portam [Vidule?], volumus, ordinamus, pronuntiamus, arbitramur, et dicimus, quod capitulum restituatur ad eandem possessionem ipsius domus in qua erat, salvo jure proprietatis illius cujus esse debet. Volumus autem, et ordinamus atque precipimus, quod prefati episcopi super proprietate predictarum sepis et domus, partes ipsas, si possint, studeant ad concordiam revocare.

Super eo autem de quo capitulum conquerebatur, videlicet quod quedam persone ecclesiastice remenses que ad ipsorum mandatum tenebantur cessare, eis cessantibus et invitis organa resumpserunt, ex quo dicebat capitulum, se, quantum ad illos, possessione vel quasi juris sui spoliatos fuisse; archiepiscopo proponente, quod hec fecerant ad mandatum predicti decani parisiensis; nos ut privilegium remensis ecclesie non ledatur, prefatam possessionem restituimus capitulo supradicto; volentes et decernentes, quod de cetero privilegium ipsum conservetur illesum, nec per presumptionem predictam ipsi capitulo, vel privilegiis ejus, aliquod possit in posterum, prejudicium generari. Volumus quoque, ordinamus, pronuntiamus, arbitramur et dicimus, quod capitulum predictum nil petere aut exigere possint vel debeant a sacerdotibus et aliis qui in civitate remensi, ad mandatum predicti decani parisiensis, factum auctoritate apostolica supradicta sibi commissa, sua organa resumpserunt. Sententias vero suspensionis, excommunicationis, et interdicti, per predictum decanum parisiensem in remense capitulum canonicos et clericos remensis ecclesie, necnon in abbates, et abbatissas eorumque conventus, presbiteros parochiales, aliosque ipsi capitulo adherentes, auctoritate apostolica sibi commissa, prolatas, ex potestate nobis super hoc ab apostolica sede commissa relaxamus ad cautelam, omnesque predictas personas, si absolutione

Digitized by Google

indigeant, vere absolvimus ab excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis supradictis, et cum ipsis super irregularitate, si quam incurrerint, occasione sententiarum ipsarum, si dispensatione indigeant, dispensamus, et hiis mediantibus ordinamus et volumus quod omnes processus occasione premissorum usque in presentem diem habiti, et appellationes interposite, hinc et inde nullius penitus sint momenti.

Ad perpetuam insuper memoriam, ne archiepiscopi remenses qui pro tempore fuerint, proni sint, vel faciles, ad prebendas occasiones seu causas cessandi a divinis contra eos capituli memorati, et ne capitulum ipsum similiter de facili cessandi causam assumant, volumus, ordinamus, pronuntiamus, arbitramur, et dicimus, ac mandamus, tam ipsi archiepiscopo, quam capitulo, sub excommunicationis pena, et alias etiam sub pena in compromisso apposita, quod quelibet ipsarum partium, infra annum a die hujus pronuntiationis, teneatur ac debeat facere, atque fieri faciat, unam imaginem argenteam valoris sive pretii quingentarum librarum turonensium ad minus, quarum una sit ad similitudinem unius episcopi cardinalis, et in ea scribatur : *Gerardus episcopus sabinensis;* altera vero fiat ad similitudinem unius diaconi cardinalis, in qua scribatur : *Benedictus, S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis;* et ambe ipse imagines sint mitrate, que quidem imagines perpetuo ponantur et poni debeant singulis solemnibus festivitatibus supra majus altare predicte remensis ecclesie dum missa inibi celebrabitur, nec unquam possint vel debeant predicte imagines per archiepiscopum, aut capitulum remense vendi, alienari vel obligari, aut ad usus alios deputari. Retinemus autem nobis, nos predicti cardinales, ordinatores ut supra, secundum formam hujusmodi mandati apostolici, et submissionum partium predictarum, ac de assensu dictarum partium, potestatem in premissis omnibus et singulis, et ad eadem omnia singula addendi, diminuendi, mutandi, corrigendi, declarandi, interpretandi, et in melius reformandi, quandocumque secundum predicta, et prout nobis videbitur faciendum.

In quorum omnium testimonium, et evidentiam pleniorem, presens publicum instrumentum per Nicolaum notarium infrascriptum exinde scribi, et publicari mandavimus, ac nostrorum sigillorum fecimus

appensione muniri. Datum et actum apud S. Clodoaldum parisiensis diocesis, sub anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, indictione tertia, die quarta intrantis mensis decembris, pontificatus predicti domini Nicolai pape quarti, anno tertio; presentibus venerabilibus patribus, Dei gratia Simone parisiensi et Guillermo attrebatensi predictis, ac Petro aurelianensi, et J. cathalaunensi episcopis, et magistro Gerardo de Malomonte precentore bituricensi, et Johanne Normando presbitero capellano predicti archiepiscopi remensis, ac Guillermo de Claromonte in Bassigneyo clerico, testibus ad hoc vocatis et rogatis.

Au-dessous est le paraphe dudit notaire, et plus bas est écrit ce qui suit :

« L'ordonnance de taillier la cité de Reins est telle, c'on doit taillier dou cent de l'éritaige, X s., dou cent dou mueble, XX s.; et doit-on taillier les villes foraines de trois lieues près Reins, dou cent de l'éritaige, III s. et III d., et du cent dou mueble, VI s. VIII d. »

DE LA RIVIÈRE D'ARDRE.

Sarci. — Blanguy. — Chaumisi. — Reuillon. — Sépilli. — Courguyer. — Bulain. — Merfaut. — Guitron. — Pourcy. — Praelles. — Courton. — Nanthuel. — Courtaingnon. — La Nué-Ville à Saint-Ymoge. — Germaingne. — La Nué-Ville à Biauvoir. — Beu **.

Somme, XVII villes [*sic*, XVIII ?].

EN LA RIVIÈRE DE NOÉRON.

Pusines. — Bouleuse. — Toisi. — Primeci. — Mairi. — Saincte-Freze. — Clarisel. — Aubilli. — Boneus. — Villers. — Boulli. — Aurezi. — Ville-Melle. — Courmas.

Somme, XIIII.

EN LA MONTAINGNE DE REINS.

Sapicourt. — Beseignes. — Courcelles. — Ronnay. — Germeni. — Janveri. — Guex. — Vergni. — Coulommes. — Pargny. — Joy. — Ville-Domenge. — Saci. — Escueil. — Chaumeri. — Nogent. — Sarmiers. — Courtomont. — Flori. — Caurzi. — Vilers-Alerant. — Rilly ***. — Chaugny. — Ludes.

* Le procureur des habitants se fit délivrer, le 9 mars 1468, un vidimus de cette note, où nous trouvons, sur le Livre Rouge de l'Échevinage, des renseignements qui servent à constater que nous possédons encore ce précieux cartulaire.

« A tous ceuls..... les eschevins de Reins, salut. Sachent tuit que nous, à la requeste de Jehan de Gravelle, procureur de habitans séculiers de la ville de Reins, nous avons fait extraire par manière de vidimus, d'un livre ancien couvert de bois et de cuir (il est maintenant couvert de carton et de veau-fauve), ouquel on avoit, en l'ancien temps, acoustumé de escrire et poser les préviléges et franchises de ladicte ville de Reins, ce qui cy-après sera escript, contenu en ung fueillet dudit livre en parchemin, au commencement duquel feuillet est escript ce qui s'ensuit : « Ce sont les paroles telles comme « Jehans li Gius dit as eschevins. . . . . »

Effectivement le feuillet 151, où est contenue la liste que nous donnons, commence comme l'indique le vidimus.

** Le dernier nom, celui de Beu, paraît ajouté à la liste par une main postérieure. Le Livre Rouge, où cette addition paraît faite, ne porte que XVII villages à la *somme*; le vidimus, qui est postérieur à l'addition, rectifie le chiffre, et porte XVIII villages au total.

*** Le Cartulaire Rouge ayant été rogné de trop près par le relieur, le nom de Rilly ne s'y trouve plus; il nous a été rendu par le vidimus.

Digitized by Google

vel circiter, a dicta villa circumquamque, qui utilitatem habituri sunt ex clausura predicta, sive subditi nostri sint, sive subditi prelatorum et aliorum fidelium aut subditorum nostrorum, quilibet pro rata competenti, contribuant in expensis et munitionibus faciendis pro clausura predicta; mandamus vobis quatinus juxta ordinacionem nostram predictam, dictam villam firmari absque more dispendio faciatis, sicuti quod nos dilecto et fideli nostro J. domino de Dampiere nostris damus litteris in mandatis, ut si in hiis agendis vos forsitan invenerit defectuosos, vos ad id ex parte nostra compellat. Actum Parisius, in crastino Candelose, anno M° CC° XC° IV° [1].

— Mailli. — Verzenay. — Verzelay. — Viler-en-Serve.

Somme, XXVIII villes.

SELONC LA RIVERÈRE DE PAR-DEVERS LA MONTAIGNE.

Courmeloy. — Biaumont. — Silleri. — Puisines. — Taisi. — Courmonstrerueil. — Trois-Puis. — Mombrés. — Chanflori. — Viler-as-Nex. — Besennes. — Les Mainiex. — Ourmes. — Tilloy. — Mont-Saint-Pierre. — Champigny. — Tancquex. — Muisons.

Somme, XVIII.

D'AUTRE PART VERELLE PAR-DEVERS LA CHAMPAIGNE.

Vez. — Prunoy. — Saint-Liénart. — Vrilli. — Moucheri. — Bainne. — Nogent-l'Abéesse. — Russisson. — Sarney. — Berru. — Espoye. — Lavenne. — Caurel. — Tremeri [*]. — La Nué-Ville. — Burigni. — Pommacle. — Marqueuse. — Coleaingne. — Fraine. — Bourgoingne. — Aumenencourt. — St.-Estève. — Le Pont-Givart. — Ourainville. — Brimontel. — Brimont. — Roquignicourt. — Conroi, [Courcy?]. — Jeheri. — Loyvre. — La Nué-Ville-le-Trésorier. — Viler-Franquex. — Cauroy-delez-Hermonville. — Hermonville. — Toussicourt. — Marzilli. — Brémericourt. — Merfi. — Til. — Saint-Thierri. — Puillou. — Villers dessous Saint-Thierri. — Chiennay. — Châlon. — La Nué-Ville amon Rantien. — Trigny. — Ruffi. — Tourrisel. — Betteni. — Ponton. — Le Chastel-l'Arcevesque. — Courcelles as-Porions. — Saint-Bri; et se vous volez Saint-Orbuel. — Nutrenay. — Et Châlon-le-Merdex.

Somme, LVII villes.

Somme toute, VI^XX et XV villes [**].

LI SEIGNEUR DE SAINT-REMI DOYENT TAILLIER CES VILLES :

Cheinni. — Villers-en-Serve. — Rilli. — Villers-Alerant. — Saci. — Coulommes. — Vergni. — Janveri. — Sapicourt. — Beingne. — Moucheri. — Vrilli. — Saint-Liénart. — Chiennay. — Hermonville. — Pommacle. — Champflori.

Somme, XVII.

[1] Il se trouve dans la même liasse des lettres semblables adressées à l'archevêque et à MM. du chapitre; plus, une commission donnée à J., sire de Dampiere, et à T. de Saint-Dixier, pour obliger l'archevêque, le chapitre et l'abbé de Saint-Remi à faire contribuer leurs sujets, ainsi que le roi le leur a mandé.

[*] Au lieu de ce nom, le vidimus met celui de Witry.

[**] Le Livre Rouge porte : VIII^XX et 11 villes.

Digitized by Google

CCCCLXXXVII.

MANDATUM Philippi regis, quod archiepiscopus remensis non teneatur cum civibus ville remensis, in clausura dicte ville contribuere. 27 février 1295.

Cart. C du chap., fol. 111, verso, et 129, verso. — Suppl. de Rogier, p. 99.

Philippus, Dei gracia Francorum rex, dilecto et fideli militi domino Domus Petre, salutem et dilectionem. Mandamus vobis, quatenus litteras dilecto ac fideli nostro remensi archiepiscopo, a nobis ex certa causa concessas, quod non teneatur cum civibus ville remensis, et aliis cujuscumque ordinis vel status habitatoribus dicte ville, locorumque vicinorum de tribus leucis, vel circiter, a dicta villa remensi circumquaque, in clausura dicte ville contribuere, pro eo videlicet, quod idem multas et graves expensas fecerat in castris et fortalitiis suis firmandis, et muniendis gentibus et servientibus ad arma, pro tuitione regni nostri, non obstantibus aliis litteris quibuscumque, teneri faciatis ac etiam observari juxta tenorem et continentiam earumdem; certum sibi servientem idoneum deputantes, qui ad ejus requisitionem compellat personas eidem non subjectas in villa remensi predicta, sive in locis vicinis de tribus leucis, vel circiter, a dicta villa circumquaque manentes, ad contribuendum secundum cujuslibet facultates, pro rata cuilibet competenti, in clausura dicte ville facienda. Datum apud Vicennas, die lune post dominicam qua cantatur : *Reminiscere*, anno Domini M° CC° XC° IV°.

CCCCLXXXVIII.

QUITTANCE de LXX livres versées par la paroisse Saint-Hilaire de Reims, pour le denier la livre. Avril 1295.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

A tous ciaus qui ces présentes..... Je J. Juin, procurères Biché et Mouchet Guy, frères, vallés et receveurs nostre signeur le roi de France, salut. Sachent tuit que je ai receust de J. de Villedomange et P. Bellesuer, bourjois de Rains, tailleurs et receveurs de la paroche Saint-Ylaire, LXX liv..... pour le denier de la livre. En tesmoing ai scellé de mon propre scel.... L'an.... M. CC. IIII^XX XV, ou mois d'avril.

Digitized by Google

CCCCLXXXIX.

5 mai 1295. PER solum baillivum Viromandie debet remense capitulum gardiari.

Livre Blanc du chap., fol. 66, verso, Liberté LXII.

Philippus Dei gracia Francorum rex, baillivo Vitriaci, salutem. Mandamus vobis, quatinus pretextu ordinacionis curie nostre nuper facte super gardiis, justiciis, et ressortis remensis capituli, de justiciando idem capitulum in predictis vos nunquam intromitatis; sed ipsum per baillivum nostrum viromandensem, modo ab antiquo solito justiciari et gardiari sinatis. Actum Parisius, die Jovis ante Ascencionem Domini, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto.

CCCCXC.

25 mai 1295. MANDEMENT de Philippe-le-Bel au sénéchal de Beaucaire, pour faire marcher à Reims les troupes de la sénéchaussée.

Menard, Hist. de Nismes, I, 138.

CCCCXCI.

1er août 1295. COMMISSION donnée au bailli de Vermandois, pour contraindre le chapitre de Reims à contribuer à la clôture et à la refection des murs de la ville [1].

Bibl. de Reims, mss. Rogier, I, fol. 83.

CCCCXCII.

26 septembre 1295. EPISTOLA Bonifacii pape VIII, quæ citationem Johannis abbatis S. Remigii, decano remensi delegat.

Thes. anecdot., I, 1275.

[1] « Il appert par une commission donne le jour de la Sainct-Pierre-aux-Liens, en l'an mil deux cens quatre-vingtz-quinze, adressante au bailly de Vermandois pour contraindre le chappitre de Reims à contribuer à la closture et refection des murs de ladicte ville par saisie de leur temporelle, que chacun ne fut pas d'accord au commencement de ladicte contribution, et que les ouvrages ne furent sitost commencé; et est à croire que le chappistre de Reims ne fut pas seul refusant à ladicte contribution, d'autant qu'il se trouve que les clercs marchans et mariés estoient aussi refusans à y contribuer; de sorte que lesdictz ouvrages pour la closture et fermeté ne se firent sy promptement, qui donna occasion ausdictz habitans d'en faire plainte et remonstrance au roy Phelippe de Valois, en l'an mil trois cens trente-huict, comme ladicte ville estoit très mal fermée et que ce n'estoit pas leur coulpe.... »

Digitized by Google

CCCCXCIII.

IMMUNITAS manus mortuæ, a Philippo rege monasterio S. Nichasii concessa. Novembre 1295

Archiv. du Roy., L, cart. 22, n° 286.

Philippus..... Notum facimus....., quod nos litteras infrascriptas vidimus formam quæ sequitur continentes :

Universis..... Cujardus dictus Ponons canonicus suessionensis, et Lisiardus dictus li Jaunes civis laudunensis deputatus, missi ab illustrissimo principe Philippo..... rege, ad financias recipiendas pro ipso domino rege et nomine ipsius, sub feodis, retrofeodis, censibus et allodiis, ab ecclesiasticis personis, domibus religiosis, universitatibus et ignobilibus, in bailliva viromandua a quadraginta novem annis citra acquisitis, salutem in Domino. Noverint universi quod nos recepimus et habuimus in pecunia numerata, a viris religiosis abbate et conventu monasterii S. Nichasii remensis..., decem et octo libras et octo solidos parisienses, ratione quorumdam acquisitorum ab eisdem quæ inferius continentur. Primo videlicet acquisierunt iidem religiosi, titulo elemosinæ, quoddam pratum, sub territorio [de] Baalons, in retrofeodo domini archiepiscopi remensis. Item, triginta sextaria frumenti annui redditus, ad mensuram de Attigniaco, assignatos et percipiendos singulis annis a viris religiosis supra quasdam terras arabiles sitas in territoriis villarum de Chuffilli et Mairi; quem quidem redditum.... acquisierunt dicti abbas et conventus titulo elemosinæ supradictæ; quæ acquisita, sunt ad valorem novem librarum quatuor solidorum parisiensium annui redditus legitime estimata. In cujus rei testimonium præsentibus litteris, finationem hujusmodi pro domino rege nostro [et nomine?] ipsius recipientes, sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno millesimo cc° nonagesimo v°, die Mercurii crastino B. Lucæ evangelistæ.

Nos autem financiam hujusmodi ratam et gratam habentes, volumus et concedimus quod præfati religiosi res prædictas teneant et perpetuo possideant, absque coactione vendendi et extra manum suam ponendi, salvo in justicia, et aliis, jure nostro quolibet alieno. Quod ut firmum... Datum Parisius, anno M° cc° xc° v, mense novembri.

Digitized by Google

CCCCXCIV.

Ann 1295. [Anno Domini M. CC. IIII^xx XV. Li jugement de ceste année.]

Livre Rouge de l'Échev., p. 67.

Jehans li courriers de Nostre-Dame, qui fu sergens le doyen Huon, et Ysaberons qui fu fille Remi la Late, demandoient à Warnesson le cirier c'on dit de Vaus, et à Marie sa femme, XXV s. de annuel sourcens à paier à deux termines, c'est à savoir à la S.-Jehan la moitiet, et à Noël l'autre, seur une maison séant à Rains en la Mercerie, entre la maison Ysabel la Vennaire qui fu, d'une part, et la maison Bertremot le sellier d'autre; et disoient li dit Jehans et Ysaberons que I jour qui passez estoit, ladite maisons estoit tenue obligie en dit sourcens à monsigneur Jehan de Baillues chevalier, et que à ce tens qu'ele estoit obligie, li diz chevalier vendi ledit sourcens à monsigneur Huon, doyen de Nostre-Dame, et avoient requenut Climence li cirière et Robins li Persone ses maris, que ladite maisons estoit obligie audit chevalier en devant dit sourcens; encor disoient li dit Jehans et Ysaberons que li drois dou dit sourcens appartenoit à eus, pour raison de ce que li diz doyens avoit donnet à eus et ottroiet tout le droit et toute l'axion que il avoit et pooit avoir en devant dit sourcens; et les fist procureurs d'en penre et dou recevoir comme la leur chose. Respondi Adans des Jardins, pour lesdiz Warnier et sa femme comme procurères, que se li diz Jehans et Ysaberons métoient leurs lettres en mains des eschevins, et eschevin eswardoient qu'il fussent tenut à paier ledit sorcens, il le paieroient.

Eschevin veirent les lettres que li diz Jehans et Ysaberons meittent en leurs mains, et deirent par droit, et par consel de bonne gens, que li dit Jehans et Ysaberons avoient bien provet leur sorcens. Cis droiz fu renduz en présence desdites parties, l'an de grâce M. CC. IIII^xx et XV, le lundi devant Penthecouste.

Li pourveur des Chartriers de la parroche S. Pierre-le-Viez trairent en cause par-devant le prévost de Rains, Drouyn des Mainius, et li demandoient XX s. de annuel sourcens enquez il disoient que une maisons que cis Drouyns tient, séant à Rains, asson la porte dou mez d'Au-

Digitized by Google

viler, par-devers Nostre-Dame, estoit tenue as diz chartriers chascun an à II termines, c'est à savoir à Pasques la moitiet, et à la S.-Remi l'autre; et con cis Drouyns en eut plaidiet par procureur, c'est asavoir Heudoul le parmentier c'on dit de Laitre, pour bien de pais cil Heudous, comme procurères doudit Drouyn, requenut que ladite maisons estoit tenue et obligie chascun an à tousjours en devant diz XX s. de sorcens, as II termines devant diz. Là furent présent Guiars de Germeni prévos de Rains, Pierres Cuyssars, et Jehans de Vaus eschevin de Rains. Ce fu fait l'an de grâce M. CC. IIII^XX et XV, la semainne devant l'Ascension.

Comme Hues [1] de Chaumont eut fait demande à Bernier de Briaingne peletier, et à Marie sa femme, de LXIII ℔ et X s. de tournoi pour peleterie baillie et délivrée, et li diz Berniers et sa femme eussent respondut que il avoient respit de ladite dette juques à la S.-Martin, ne n'eussent mie niiet que il ne la deussent, et li diz Hues leur eut niiet ce respit, et cis Berniers et sa femme l'eussent offert à prouver, et eussent eu jour de prover, le prumier jour, le secont, et le tiers; et com li diz Berniers et sa femme se feissent deffendre par procureur, et li diz procurères eut eu jour certain de prover s'entencion par-devant le bailli, au jour cis procurères ne vint ne n'envoia, ains fu dou tout défaillans; et pour ce défaut que il fit, li diz Hues dit que il devoit avoir atainte sa querele, pour ce qu'il avoit à prover le respit de ladite somme, et pour ce que il n'avoient mie noiet ladite dette, ains connoissoient bien que il les devoient, et pour ce qu'il défali de prover disoit li diz Hues que il devoit avoir atainte sa querele. Après ce li diz procurères vint an siége d'eschevins, et dit que li diz Hues n'avoit mie pour lesdiz défaus sa querele atainte, ains voloit estre quites de tous ses défaus pour paier I défaut. Et seur ces raisons devant dites li diz Hues et li diz procurères se misent à droit.

Droiz fu diz des eschevins, par consel de bonne gent, que li diz Hues avoit sa querele atainte.

Colars de Fimes et Jehans li Blans trairent en cause par-devant l'ar-

[1] Entre cet acte et le précédent, il y en a un de l'an 94; nous l'avons donné plus haut sous cette date.

cevesque Rose la Gaiteresse, et li feirent demende, et dirent qu'il avoient estet plége pour li pour le mariage de sa fille envers Huet le Gras, liquel requirent à estre warentis de celie Rose.

Plais estoit meus entre Aalis qui fu femme Gérard Truyete, Margaron Dywys et Robin Cuyssart d'une part, et Jehesson de Montfaucon d'autre, seur I mur commun entre lesdites parties séant en la viez Cousture, au chief d'une grange des viez bains, par-devers la maison celui Jesson, disans ladite Aalis, Margaron et Robin, que li fondemens de cedit mur par-devers ledit Jesson estoit ostez et deschaussiez; si requeroient que li diz Jessons fût contrains audit fondement et ledit mur refaire au sien. Respondi li diz Jehans que ce n'estoit mie sa courpe, ainsois estoit par la courpe de la vaute desdiz bains qui recevoit les yawes de laiens; si requerroit li diz Jessons que ladite vaute fût ritraete arier, par quoi damages ne li veint par les yawes de ladite vaute; disant ladite Aalis, Margaron et Robin, que ce n'estoit mie voirs. Et seur ce les parties se meirent à droit.

Et veues et considérées les choses, droiz fu diz des eschevins, par consel de bonne gent, que ladite vaute estoit bien tant arier dou dit Jehesson et si fort haubregié, qu'ele devoit demourer en tel point comme ele estoit; et que on cercheroit le fondement doudit mur endroit la fosse, par-devers celui Jehesson, juques au fons, et ramenroit-on de massenage de croie, juques à III piez près dou deseur de terre, et d'enqui de pierre juques à l'ouvrage de quarriaus; et estoit assez soufisans li murs de massonnage juques à clausure.

Comme Jehans de Verdun, marchans de pourciaus, eut fait pluseurs demandes contre Haimmart de Boy, entre lesqueles li une estoit de XL ℔ XIII s. et IIII d. parisis, pour pourciaus venduz et délivrez; et li diz Haimmars eut proposet que li diz Jehans les avoit donnez à son frère, ne n'en voloit respondre à celui J., ains offroit à prover ce don, et ot son prumier de prover, le secont, tiers, et quart. Adonc dit Heudous, procurères doudit Haimmars, comme procurères, que il voloit avoir waran de ladite dette; mais il ne disoit mie cui, ne par quele cause; et toutes les autres demandes metoit-il en ni. A ce respondi li diz J., que cis warans, ne cis nis, que li diz procurères faisoient,

Digitized by Google

n'avoient mie liu, pour ce que, quant uns hons vuet avoir waran, et il vuet estre receus à ce faire, il convient de droit que il die et dénomme celui waran, et que cis diz warans ait payé cele dette ou fait wevre qui soufise. Encor disoit li diz Jehans que li diz procurères ne devoit estre receus ne à niier la demande, ne à traire le warant; car il samble que quant la responce fu faite de celui Haimmart ou de son procureur, et disoient que cis Jehans avoit données cesdites dettes à son frère, dont appert-il et samble que ce soit quenoissance. Et pour ce disoit li diz Jehans qu'il ne devoit estre receus, ne à ni, ne au warant, se droiz n'en disoit.

Drois fu diz des eschevins, par consel de bonne gens, qu'il ne devoit mie avoir warant, ainsois estoit encheus de la demande de XL ℔ XIII s. et IIII d. Et lors fu-il enjoint à celui Haimmart, par la justice, que il les eut paiés dedens VIII jours, ou il feit le droit de la vile.

Après, selon les raisons deseur dites, fu drois diz, et injoncions [1] faite, de IX ℔ IIII s. d'une part, et de C et IIII s. d'autre.

CCCCXCV.

CARTA qua Philippus rex Franciæ concedit hominibus manentibus in villa de Aumenancourt, ut ipsi appellantes, vel appellati, ad curiam laudunensem venire non teneantur [2]. Février 1296.

Archiv. du Roy., L, cart. 22, n° 285.

Philippus.... Notum facimus universis..., quod nos subditorum nos-

[1] Les premières *injonctions* qui nous soient conservées se trouvent dans les volumes intitulés : *Plaids en baillie et en prévôté* (voyez notre Notice bibliogr., p. lviij; voyez aussi le volume intitulé : *Juridiction volontaire*, ibid., p. lxiv). Ces injonctions appartiennent au XIVe siècle; mais on voit ici que l'usage de l'injonction faite pardevant les échevins était en vigueur dans le XIIIe.

[2] Cette pièce est une de celles que nous n'avons pu réunir qu'en trop petit nombre pour servir à l'histoire du bailliage de Vermandois. En voici une seconde qui ne porte point de date, mais que nous croyons à peu près contemporaine de la première, et qui a quelque analogie avec l'ordonnance du 24 novembre 1221 que nous avons extraite du cartulaire Vert de Laon; elle est prise du cartulaire lacéré de la même ville, n° XIV.

[*Carta regis?*] *De provocatione ad curiam.*

« Placet, rationabilis consilii tenore perpenso, de locis de quibus appellatur ad curiam nostram laudunensem, in tribus casibus, appellationes admitti, secundum quod ab antiquis retro temporibus extitit observatum. Primus est si a judice appelletur. Secundus est si ab arbitris appelletur, eo quod compromissi formam excedunt, seu etiam non observant, aut quod in eorum dicto, tanta patenter reperitur iniquitas,

Digitized by Google

trorum tranquillitatem, pacem, et commodum affectantes, Johanni domino de Aumenancourt, et ejus hæredibus, atquè servientibus eorumdem, et hominibus manentibus et mansuris in villa de Aumenancourt prædicta, in districtu, jurisdictione, ac dominio eorumdem, duximus concedendum, mediantibus quinquaginta duabus libris et decem solidis turonicis, de quibus nobis ab eodem Johanne exstitit integre satisfactum, ut ipsi appellantes contra quoscumque, vel a quibuslibet appellati, occasione quarumcumque appellationum vel quocumque nomine censeantur, ad nostram curiam laudunensem venire, vel [*sic*, nec?] appellationes ipsas, imo nec adjornamenta occasione dictarum appellationum facta, prosequi teneant [*sic*, teneantur?]; verumtamen prædicto Johanni, ac ejus hæredibus atque servientibus et hominibus in dicta villa de Aumenancourt manentibus et mansuris, extra dictam villam, districtum, et juridictionem, alios [*sic*, alios quoscumque?] que manentes et mansuros, in eisdem appellationibus subjectos, liceat appellare et appellationem prosequi juxta consuetudinem hactenus observatam; appellationes supra pravo judicio et defectu juris interpositas in præmissis, nobis et nostræ curiæ laudunensi, vel ei ad quem consueverunt fieri, retinentes. Quod ut firmum.... Datum Parisius, anno.... M° CC° XCV°, mense februario.

quod merito redigi debeat ad arbitrium boni viri. Tercius est si extra judicium appelletur a presenti et injuriosa violentia, vel que per injuriam in presenti imminet facienda. In quibus casibus quotiens appellatus, in appellatione succubuerit seu non venerit, vel appellationi non detulerit, illud volumus observari quod hactenus extitit observatum; et ad reprimendam maliciam temere appellantium, ordinavimus observandum, quandiu nostre placuerit voluntati, quod si appellator et appellatus ad curiam nostram venerint, et appellator inventus fuerit in casu non concesso temere appellasse, et curie nostre prestet emendam, et appellato satisfaciat in moderatis expensis. Quod si appellator veniat, et ad diem statutam non venerit appellatus, requiratur appellator ex qua causa duxerit appellandum; et si inveniatur secundum relationem appellationis ipsum temere appellasse, appellatori silentium imponatur, et appellatus propter hoc non vexetur. Et si verisimiliter videatur ipsum rationabiliter appellasse, secundum narrationem ipsius citetur appellatus; et si docere non potuerit se taliter appellasse, emendam nobis prestet appellator, et appellato moderatas expensas. Quod si ad diem assignatam ab appellatore veniat appellatus, appellatore minime comparente, emendet nobis appellator, et pro defectu diei cogatur appellato satisfacere in moderatis expensis, ex quacumque causa duxerit appellandum. Hanc autem ordinationem nostram precipimus in assisiis publice divulgari.

Digitized by Google

CCCCXCVI.

Lettres du roy Philippe, par lesquelles il volt que l'aide à lui fait pour la deffence de son royaume, ne tournast à préjudice aux drois des bourgois de Reins. 10 mars 1296.

Livre Blanc de l'Échev., fol. 314, verso. — Bibl. de Reims, Rogier, I, fol. 63. — Marl., II, 585, in marg.

Philippus..... Notum facimus, quod cum cives remenses mutui centesime et quinquagesime subvenciones nobis pro defensione regni nostri fecerunt, nolumus quod ob hoc privilegiis, libertatibus..... eorum, ullum futuris temporibus prejudicium generetur. In quorum..... Actum apud Lorriacum, die x^a marcii, anno.... M° CC° XC° V°.

CCCCXCVII.

Epistola Bonifacii papæ VIII, de querelis archiepiscopi et capituli remensis componendis. 28 avril 1296.

Suppl. de Rogier, p. 47.

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri G. episcopo atrebatensi, et dilectis filiis Joanni de S. Verono archidiacono..... aurelianensis, ac Grimerio thesaurario bajocensis ecclesiarum, salutem et apostolicam benedictionem. Nuper inter venerabilem fratrem nostrum P. archiepiscopum ex parte una, et dilectos filios decanum et capitulum remense ex altera, super certis articulis materia dissentionis est exorta; cujus occasione discordiæ, prædicti decanus et capitulum, in majori, et nonnullis aliis ecclesiis civitatis remensis, a divinis organa suspenderunt. Negotio itaque dissentionis hujusmodi, per appellationes partium earumdem ad sedem apostolicam interjectas, ad eandem sedem deducto, et nobis per procuratores dictarum partium sub patentibus litteris et instrumentis publicis præsentato; nos turbationi earum occurrere cupientes, et dissentionem eandem, veritate inquisita, de plano, sine strepitu et figura judicii proponentes celeriter, authore Deo, terminare; discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus per eundem archiepiscopum, infra unius mensis spatium post receptionem præsentium, mille libras

Digitized by Google

parisienses apud monasterium S. Victoris prope Parisius, ordinis sancti Augustini, deponi faciatis, ut de ipsis, prout jus dictaverit, juxta sedis prædictæ beneplacitum, si eum in præmissis in culpa reperiri contigerit, disponatur. Quo facto deposito, statim plene, ut prius, resumi jubeatis suspensa organa divinorum, prædictum archiepiscopum ad depositionem hujusmodi faciendam, decanum vero, capitulum, et alios, ad organorum resumptionem, si opus fuerit, authoritate nostra appellatione postposita, compellendo. Petrum autem dudum præpositum archiepiscopi supradicti, qui dilectum filium Petrum Caputii canonicum remensem, postquam ei constitit quod esset cononicus remensis, incarceravit et detinuit carceri mancipatum, quem præpositum dictus archiepiscopus, iis ad ejus notitiam deductis, a præposituræ officio non amovit, quemque nos, in ipsius præpositi pœnam, ex nunc ab eodem officio amovemus, authoritate apostolica, et privamus, ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra duorum mensium spatium post citationem nostram, sic amotus et privatus nostro se conspectui personaliter representet, imploraturus absolutionis beneficium super sententia excommunicationis quam incurrit occasione incarcerationis et detensionis hujusmodi, et recepturus pro meritis, nostrisque beneplacitis pariturus, aut suam, si potuerit, innocentiam ostensurus. Cæterum ut per vos nobis liqueat plenius de negotii veritate, testes, litteras, instrumenta, et alia quæ partes ipsæ in eodem negotio producere voluerint coram vobis, de plano, sine strepitu et figura judicii, infra quinque menses post receptionem præsentium, apud civitatem remensem studeatis prudenter recipere, ac examinare diligenter, secundum articulos et interrogatoria ab eisdem partibus exhibenda, quæ a vobis fuerint approbata, facientes describi fideliter hujusmodi litteras et instrumenta quæ duxerint producenda; si vero alterutra partium, testes, litteras et instrumenta alterius voluerit reprobare, testes qui super hujusmodi reprobatione producti fuerint, infra duorum mensium spatium, prædictos quinque menses immediate sequentium, prudenter recipere et examinare curetis; depositiones omnium prædictorum testium fideliter in scriptis redactas, cum articulis et interrogatoriis supradictis, et transcriptis litterarum et instrumentorum quæ partes, ut prædicitur, duxerint producenda, nec-

Digitized by Google

non et tenoribus litterarum et instrumentorum exhibitorum, ut præmittitur, coram nobis, quas vobis pro informatione ipsius negotii sub bulla nostra transmittimus sub nostris inclusas litteris, ad nostram præsentiam transmissuri, ac significaturi nobis quæ et quanta fides sit eisdem testibus, instrumentis, et litteris, adhibenda; præfixo eisdem partibus termino peremptorio competenti, quo vel se, vel procuratores idoneos, cum omnibus actis, juribus, et monimentis prædictum negotium contingentibus, apostolico se conspectui representent, diffinitionem et terminationem salubrem et celerem, dante Domino, recepturi, nisi eas interim super iis contigerit concordare. Dies vero hujusmodi citationis et præfixionis, et formam, ac quidquid super iis duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras harum seriem continentes, fideliter intimetis. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore, substraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Per hujusmodi autem provisionem, ordinationem et mandata nostra, juribus, privilegiis, consuetudinibus vel statutis partium earumdem, vel alicujus ipsarum, alias in nullo nolumus derogari. Quod si non omnes iis exequendis potueritis interesse, tu frater episcope, cum eorum altero, ea nihilominus exequaris. Datum Romæ, apud S. Petrum, IV k. maii, pontificatus nostri anno secundo.

CCCCXCVIII.

Commission du roi au bailli de Vermandois, pour s'emparer des enfans de Ruffi qui désoloient les environs de Reims. 14 août 1296.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus Dei gracia Francorum rex, baillivo viromandensi, salutem. Cum frequenter rumores audiverimus querulosas de maleficiis quampluribus, per liberos de Ruffeyo, de regno nostro, suis culpis exigentibus, bannitos, ac eorum complices et fautores, perpetratis infra regnum, et precipue in baillivia tibi commissa, nuper eciam accepimus quod ipsi cum suis complicibus, pejora prioribus committere non verentes, quandam grangiam monasterii S. Nigasii remensis in nostra gardia existentem combuxerunt (*sic*), homicidiaque, roberias, et plura

Digitized by Google

alia capitalia crimina in tua baillivia perpetrarunt quasi palam et publice, ac de novo, miramur, quod tua huc usque diligencia non advertit qualiter foret tot et tantis iteratis excessibus obviandum. Verum cum talia non possent absque receptatoribus atque fautoribus sub potestate tua degentibus committi, tibi mandamus districte, sub pena indignationis nostre et offense, et quanquam erga nos committere potes si circa hoc negligens vel remissus poteritis reperiri, precipientes quatinus circa captionem et detentionem ipsorum malefactorum, modis quibus poteritis, sic attente et sollicite invigiles, ut zelus quem habes erga justiciam appareat per effectum. Actum Parisius, in vigilia Assumptionis B. Virginis, anno Domini millesimo cc° nonagesimo sexto.

Vidimées en septembre par le garde de la prévôté de Paris.

CCCCXCIX.

28 septembre 1296.

ARBITRIUM inter archiepiscopum remensem et capitulum remense prolatum.

Archiv. du chap., lay. 1, liass. 1, n° 10. — Cart. A de l'Arch., fol. 33, verso. — Livre Blanc du chap., fol. 104. — Marl., II, 586, fragm. brev.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Universis presentes litteras inspecturis, Grimerius thesaurarius bajocensis, Gaufridus de Placencia tornacensis, Johannes cantor, et Odo de Senonis remensis ecclesiarum canonici, arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores, electi a partibus infrascriptis in causa que vertitur inter reverendum in Christo patrem dominum Petrum, Dei gratia archiepiscopum, ex una parte, et venerabiles et discretos viros, dominos decanum et capitulum remense, ex altera, prout in litteris eorumdem super hujusmodi compromisso confectis, quarum tenores inferius anotantur, plenius continetur, salutem in eo qui vera salus existit. Noverit universitas vestra, quod discreto viro magistro Thoma de Trelodio, supradicti reverendi patris procuratore, de cujus mandato per patentes litteras, sanas et integras, omni suspicione carentes, sigillo ejusdem domini archiepiscopi sano et integro, sigillatas, evidenter constabat, quarum quidem litterarum tenor inferius continetur, necnon discreto viro magistro Guillermo de Claromonte, procuratore venerabilium virorum

Digitized by Google

dominorum decani, et capituli remensis ecclesie, de cujus mandato per patentes litteras, sanas et integras, omnique suspicione carentes, sigillo eorumdem dominorum decani, et capituli, sano et integro, sigillatas, constabat etiam evidenter, quarum litterarum tenores similiter inferius anotantur, in nostra presentia constitutis, ac volentibus et petentibus quod ordinationem nostram, arbitrationem, seu amicabilem compositionem in causa predicta pronunciaremus, eas protulimus in hunc modum :

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Nos Grimerius thesaurarius..... Gaufridus de Placencia, etc. [1], arbitratores super discordia occasione factorum et articulorum de quibus, in litteris compromissi super hoc confectis, plenius continetur, quarum litterarum tenores inferius continentur, qui tales sunt :

Universis presentes litteras inspecturis, Petrus miseratione divina remensis archiepiscopus, salutem in Domino. Notum facimus quod cum discordia verteretur inter nos ex una parte, et venerabiles viros decanum et capitulum ecclesie nostre remensis, ex altera, super eo quod ipsi decanus et capitulum, in remensi, et nonnullis aliis ecclesiis civitatis remensis, cessaverant et cessari fecerant a divinis, causis et articulis assignatis et expressis ex parte eorumdem, per quos juste cessaverant et cessari fecerant contra nos, ut dicebant; videlicet occasione captionis, ductionis in carcerem, incarcerationis, ac etiam in carcere detentionis Petri Capuchii canonici remensis; item occasione Gobini quondam dicti Li Partoys mansionarii, et justiciabilis eorum in solidum, ut dicebant, capti et suspensi per prepositum, seu justiciarios nostros; item occasione destructionis clausure jardinorum terre sue, ut dicebant, in vico, seu retro vicum de Barbastro, prope fossata; necnon occasione diruptionis, et destructionis quorumdam edificiorum, jardinorum, sepium, clausurarum, et arborum in vico de la Tirelire, et aliis locis terre sue, ut dicebant, factarum per subditos, seu justiciabiles nostros, ut dicebant; item occasione cujusdam injurie et violencie commisse in claustro remensi per subditos et justiciabiles

[1] Ici sont répétés les noms qui figurent déjà plus haut.

nostros, ut dicebant, Guidone de Germeneyo preposito remensi presente et vidente, nec prohibente, nec ipsos injuriatores nobis subditos puniente, cum tamen hoc potuisset et debuisset, ut dicebant; item occasione saysine et detentionis quorumdam bonorum mobilium Milonis dicti Engermeyt, vicecustodis et servientis altaris ecclesie nostre remensis, in cujus persona et bonis mobilibus habebant, et habent insolidum, omnimodam jurisdictionem, ut dicebant, facte per ministeriales nostros, ut dicebant, prout in articulis, nobis ex parte dictorum decani et capituli traditis, et etiam assignatis, hec et alia plenius continentur; nobis contrarium asserentibus, justis causis et rationibus; tandem pro bono pacis, nos super predictis compromittimus, una cum decano et capitulo predictis, in viros venerabiles et discretos dominos Grimerium thesaurarium bajocensem, Gaufridum de Placencia canonicum tornacensem, Johannem cantorem, et Odonem de Senonis canonicum remensem, tamquam in arbitros, arbitratores, seu amicabiles compositores, ita quod possint super premissis omnibus procedere, ordinare, dicere, statuere seu pronuntiare, de alto et basso, sine strepitu et figura judicii, promittentes bona fide, et sub pena mille librarum parisiensium solvendarum parti servanti arbitrium, a parte altera non servante, ratis nichilominus arbitrorum, ordinatione, dicto, statuto, seu pronuntiatione permanentibus, nos observaturos, et adimpleturos quicquid per ipsos quatuor, vel per dictos dominos Grimerium, et Gaufridum, cum uno predictorum, non obstante contradictione vel absentia alterius, dum tamen fuerit evocatus, vel requisitus, super premissis inter nos et dictos decanum et capitulum, bona fide, fuerit in predictis processum, ordinatum, dictum, statutum seu pronuntiatum; et poterit in presenti compromisso procedi, pronuntiari, et diffiniri in scriptis, vel sine scriptis, diebus feriatis, et non feriatis, partibus presentibus, vel absentibus, vocatis tamen. Insuper actum est quod testes et probationes que recipientur et fient super predictis in hujusmodi compromisso, non faciant fidem, nec valeant, nec prejudicent in aliquo alio judicio ordinario, vel extraordinario; et durabit hoc compromissum usque ad instantem diem sabati, ipsa die exclusa et non ultra. In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus litteris apponendum. Datum anno Domini mille-

Digitized by Google

simo ducentesimo nonagesimo sexto, die Jovis post festum B. Matthei apostoli.

Item [littere compromissi] predictorum dominorum decani et capituli [1].....

Nos omnes unanimi consensu, ex potestate nobis a partibus ipsis tradita, et amplitudine potestatis predicte, pro bono pacis, et concordie, volumus, ordinamus, et arbitramur in hiis scriptis, in modum qui sequitur : In primis, quod reverendus pater dominus remensis archiepiscopus litteram patentem suo sigillo munitam, infra decem dies a die presentis pronunciationis, dabit remensi capitulo predicto, formam que sequitur continentem :

Universis presentes litteras inspecturis, Petrus miseratione divina archiepiscopus remensis, salutem in Domino. Notum facimus quod detentio facta in castro nostro Porte Martis de Petro Capucii canonico remensi, post requisitionem factam per decanum, et dominum Adam de Ceylliaco canonicum remensem, de restitutione seu redditione ejusdem, facta fuit bona fide, et non animo injuriandi seu prejudicandi in aliquo dicto Petro Capucii, seu etiam dicto capitulo remensi, sed fuit ipsius Petri restitutio dilata propter horam dumtaxat que ad restitutionem predictam incompetens videbatur; quem Petrum in mane sequenti ad justiciandum restituimus, seu reddidimus remensi capitulo supradicto. In cujus rei testimonium, etc., etc.

Item volumus, et ordinamus, et arbitramur, quod reverendus pater predictus, Petrum dictum le Gouvernour, quondam prepositum remensem, talem habeat et faciat, quod dictus Petrus excessum quem commisit in personam venerabilis viri domini Petri Capucii canonici remensis, predicto capitulo remensi, in loco et hora capituli consuetis, infra sex dies, publice et solemniter emendabit; facta autem emenda, incontinenti dictus Petrus le Gouvernour, in aliquo loco a capitulo deputando, per duos dies et duas noctes continue prisionem tenebit, et octo vel decem personas dumtaxat secum habere poterit ad associandum eum, et sibi necessaria providendum. Item quod dictus Petrus le Gouvernour chorum remensem euntem processionaliter sequetur in camisia

[1] Ici se trouve un compromis du chapitre semblable à celui de l'archevêque.

et bracis, capite, tibiis, et pedibus denudatis, Remis, in duabus processionibus solemnibus quas infra annum remense capitulum indixerit eidem; et insuper idem Petrus le Gouvernour sequetur choros trium cathedralium ecclesiarum suffraganearum ecclesie remensis euntes processionaliter, in qualibet ecclesia quemlibet ejus chorum una vice tantum, si, ubi, et quando, remense capitulum predicto Petro le Gouvernour infra annum predictum duxerit indicendum. Quibus peractis et adimpletis, dictum Petrum le Gouvernour quondam prepositum remensem, ab omni actione, petitione, et persecutione, que occasione excessus commissi in personam domini Petri Capucii remensi capitulo competerent, et competere possent, contra eumdem Petrum le Gouvernour, fore volumus, et decernimus, Petrum ipsum prepositum liberum, quietum, et immunem.

Item super articulo de Gobino quondam dicto Le Partoys taliter ordinamus et pronuntiamus, quod dictus Gobinus figuraliter et ymmaginarie, per gentem reverendi patris predicti, reddetur genti remensis capituli, et incontinenti a gente dicti capituli reddetur genti domini archiepiscopi supradicti, pro executione facienda prout in talibus fieri consuevit.

Item super articulo occasione destructionis clausure jardinorum terre capituli, in vico seu retro vicum de Barbastro, prope fossata civitatis remensis, necnon occasione diruptionis et destructionis quorumdam edificiorum, jardinorum, sepium, clausurarum, et arborum, in vico de la Tirelire et aliis locis terre capituli remensis, etc.; taliter ordinamus et pronuntiamus, quod reverendus pater remensi capitulo redditum annuum dabit et assignabit quatuor libras parisienses, ita quod si damnum datum excedat, illud residuum cedat ad meritum anime ipsi domino archiepiscopo supradicto. Insuper infracturam terre capituli remensis predicti, per suos faciet, prout moris est, emendari.

Item super articulo dato occasione cujusdam injurie et violencie commisse in claustro remensi, etc.; volumus, ordinamus et arbitramur, quod dictus reverendus pater remensis archiepiscopus Guidonem de Germeneyo remensem prepositum talem habeat et faciat, quod idem Guido remensi capitulo, ac venerabili viro domino Reginaldo dicto

Digitized by Google

Paynier canonico remensi, emendabit; de emenda autem erit in arbitrio venerabilis viri et discreti domini Petri de Claseyo canonici remensis, et Reginaldi predicti.

Item super articulo occasione saysine et detentionis quorumdam bonorum mobilium Milonis dicti Engermeyt, etc.; volumus, ordinamus, et arbitramur, quod cum dicta bona ipsi Miloni sint restituta, quod hujusmodi restitutione mediante, remense capitulum sit contentum.

Premissa autem omnia, et singula premissorum, ex amplitudine potestatis a partibus nobis date, et tradite, pro bono pacis et concordie, ut supradictum est, nos predicti quatuor arbitratores, etc., etc., concorditer volumus, ordinamus et arbitramur, sub pena in compromisso apposita, a prefatis partibus inviolabiliter observari, et sic sit pax et finis perpetuus litis et discordie inter partes predictas super omnibus et singulis articulis prelibatis, et in eis contentis. Procurationum vero ipsorum dominorum, archiepiscopi, decani et capituli, tenores tales sunt, etc., etc.

In quorum omnium testimonium certius, et evidenciam pleniorem, presens publicum instrumentum per Jacobum notarium infrascriptum exinde scribi et publicari mandavimus, ac nostrorum fecimus sigillorum appensione muniri. Actum et datum Remis, in hospicio in quo nos Grimerius et Gaufridus hospitabamur, presentibus discretis viris dominis Tancredo de Florencia legum professore, Bonifacio et Guillermo de Vercellis, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis; anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indictione decima, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri universalis domini Bonifacii pape octavi anno secundo, die tertio, exeunte mense septembri.

Et ego Jacobus dictus Grassus, de Vercellis, clericus publicus, apostolica et imperiali authoritate notarius, predictis ordinationi, arbitrationi, et sententiarum pronuntiationi, ac omnibus aliis ibidem actis, coram suprascriptis dominis, arbitris, arbitratoribus, seu amicabilibus compositoribus, una cum memoratis testibus, dum agerentur, presens interfui, et ea omnia singula de mandato ipsorum dominorum arbitrorum, seu amicabilium compositorum, rogatus a procuratoribus supradictis, propria manu scripsi, in hanc publicam formam redegi, prout ibi seriatim acta fuerunt, et signo meo consueto, una cum appen-

sionibus impressionum ipsorum dominorum arbitrorum, arbitratorum, seu amicabilium compositorum sigillorum, signavi, anno, indictione, pontificatu, et die tertio exeunte mense septembri. — Et au-dessous est le paraphe dudit notaire, et scellé en cire verte.

D.

Ann. 1296. SUPPLICATIO Bonifacio VIII papæ facta per archiepiscopum remensem et suffraganeos ipsius, ut ipse papa provideat super quadam constitutione ab ipso facta.

Différ. de Bonif. VIII, etc., etc., pr., p. 26. — Bulæus, Hist. Univers. paris., III, 526. — Marl., II, 585, fragm.

DI.

Ann. 1296. ANNO Domini M° CC° IIII^xx° et XVI°. Li jugement de ceste année.

Livre Rouge de l'Échev., p. 80, verso.

En l'an de grâce M. CC. IIII^xx et XVI, le juedi devant la Division des Apostres, requenut Robers Chenovèle que tuit li mur qui sont entre lui et Hue le Large fil jadiz Jehan le Large, qui font clausure dou jardin ledit Hue de sa maison qui siet en chemin de Porte Checcre, entre la maison Jehan Maigret d'une part et Sebile la Perrecarde d'autre, sont commun. Là furent comme eschevin Oudars de Bourgongne, Toumas li Late, et Jehans Cauchons, à la requeste des parties.

Robers li Larges trait en cause Ernoul des Jardins, et li demanda X s. de sorcens sor une maison que cis Ernous tenoit à Rains derier le Change, entre la maison qui fu Rogier de Grantchamp d'une part et la maison qui fu Brune la Joutière d'autre. Cis Ernous dit que à tort l'en siuoit, car il en avoit estet assaus, et à plain, par sentence diffinitive de la court l'arcediacre de Rains. Cis Robers li nia. Cis Ernous l'offri à prover. Cis Ernous failli de sa preuve. Robers dit qu'il avoit atainte sa querele pour ce quiconques propose barre péremptoire, et il en chiet, qu'il doit cheoir de sa querele selons l'us de la court laie; et en penroit droit.

